

Exemplar variæ Themidos Studiiq, quod unquam
Vendidit humano Musa labore, vides.
Archetypon mens ipsa Viri est, namq omnia grandi
Continet ingenio STRAUCHIUS ista suo.

Illustri: Icto
Consiliario Hassiaco ac Saxonico, Academiæ
Giessenæ ProCancellario et Professor primario
Doctori ac Patrono optimo
scrib.
Io. Georgius Kulpis
Iur. Licent.

Gies. d. XXII. Kl. May.
A. cIↄ Iↄc LXXIX.

JOHANNIS STRAUCHII, JCTI ET ANTECESS. IN ACAD. Hasso-Giessena,

DISSERTATIONES JURIS PUBLICI, DE CONTROVERSIIS QVIBUSDAM ILLUSTRIBUS

superiori seculo, scriptis publicis, agitatis,

OPUS VERE NOVUM ET AUREUM.

Cum Indice locupletissimo.

FRANCOFURTI & LIPSIÆ
Apud JOHANNEM HENRICUM ELLINGERUM, Bibl. Lipsiensem & Wittebergensem.
ANNO M DC LXXX.

PER-ILLUSTRI AC GENEROSISSIMO DOMINO, DOMINO JOH. EUTELIO von Dieden/ Zum Fürstenstein/ IMPERIALIS CASTRI, JUXTA ATq; CIVITATIS FRIDBERGENSIS BURGGRAVIO, HASSIACI TRIBUNALIS, UTRIq; LINEÆ COMMUNIS PRÆSIDI, CONSILIARIO DARMSTADINO INTIMO, LIBERÆ IMPERIALIS NOBILITATIS WETTERAVICÆ CAPITANEO PRÆTORIIq; COMITATUS NIDDANI PRÆFECTO, &c.

Mæcenati ac Domino meo,

JOHANNES STRAUCHIUS, DOCTOR.

FAciam permissu vestro, Domine, quod Naupegi olim, qui naves suas Diis Deabusve consecrantes effigiem etiam eorum in puppi positam, Tutelæ nomine honorabant. Hactenus enim lucubrationum mearum Academicarum quædam, quas exo-

tericas inſcribere placebat, arbitrio rem librariam cauponantium velut fluctuum ludibrio, permiſſæ ferebantur, neq; Tutelam, neq; παράσημον præ ſe ferebant, verumq; dominum mutaturæ, pro derelicto habitæ, videbantur, ſi porrò ita in alto jactarentur. Quam jacturam æquo quidem animo juxta cum lectoribus ipſe ferre poteram; niſi jamdudum in navigatione meà Academicâ, non nimis ſecundâ, voti me reum conſtituiſſem, æternitati nominis veſtri me meaq; ſtudia conſecrandi. Equidem decebat, animoq; ſedebat meo, opus majoris, ut ſic dicam, abollæ, auſpiciis veſtris edere, quod plusquam affectum jam habebàm: Sed interceſſere propenſiſſimæ voluntati res meæ adverſæ, cum aliæ, tum noviſſimus deſperatæ valetudinis ſtatus, quo de longioris vitæ uſurâ periclitabar. Ex quo, DEI benignitate, tanquam ſalutis naufragio elapſ9, votiq; damnatum me agnoſcens, naviculam hanc exiguam Tutelæ veſtræ imagine inſignire auſus ſum. Eritis, ſi dignus ſum, Διόσκουροι mihi, quorum icone claſſis olim Alexandrina, Romam deſtinata, Paulum Apoſtolum, ut eſt ἐν τῇ τῶν πράξεων ἱστορίᾳ ex Melita inſulâ vehebat. Eritis, ſi mereor, puppis meæ Tutela, proræ παράσημον, quibus adverſus tempeſtates ſecurior navigem.

Quod

Quod si per fata majus, quod dixi, opus perficere non licebit, liceat saltem exiguo isto libello posteritatem auctorare, ut justissimam, quæ summis virtutibus tuis debetur, venerationem hoc magis admiretur, intimiusq; in animam admittat. Equidem celebrandæ ingentium tuorum, Domine, meritorum gloriæ grandiori opus esse cothurno fateor. Ego verò quo minus id tentem, singulari tuâ modestiâ prohibeor, quâ efficis, ut cùm omnes celebritatis gradus assecutus sis, non tamen annumerari eos Tibi patiaris.

Quod superest, gratulor Hassiæ, quæ Heroidem celsissimam, Sax. Ducem, Principem virtutibus & pietate Parenti, jam inter cœlites serenanti, æmulam, Principem re & nomine Hassiæ à DEO, velut ἀπὸ μηχανῆς donatam nacta est, cujus ope, quæ modò multimodis attentabantur publici egregii fata, non sine vestris consiliis, Domine, restituta firmataq; fuere. Sed revoco me, non ut invidiæ concedam: Sed revoco me; non ut invidiæ concedam: Sed ut verecundiæ vestræ obsequar. Gisæ Hassorum, quo anno acclamabatur:

MaCte, age! sVb rVtâ VIrIDI VaLet HasIa tVta.

ELEN-

ELENCHUS
DISSERTATIONUM HOCCE IN OPUSCULO CONTENTARUM.

DISSERTATIO I.

De Statu totius Europæ currente ſeculo XVI.

II. De cauſis & Controverſiis Illuſtrium Familiarum circa Electionem Imperatorum.

III. De trium Secularium Electorum Controverſiis circa Electionem Imperatoris.

IV. De Illuſtribus Controverſiis circa Electionem Karoli V.

V. De Controverſiis Illuſtribus circa ſtatum Eccleſiaſticum.

VI. De Lutheri Excommunicatione & Proſcriptione.

VII. De cauſa Proteſtationis, Appellationisq; Ordinum Proteſtantium.

VIII. De Conciliis & Colloquiis Religionis controverſæ causâ habitis.

IX. De Tumultu Packiano, Impreſſione in Epiſcopatus Moguntinum, Herbipolenſem, & Papæbergenſem eorumque expilatione.

X. De Ejectione & Reſtitutione Ducis Wirtebergenſis.

XI. De Juribus quibusdam Saxonicæ Domus in Controverſiam fruſtrà adductis.

XII. De Controverſiis quibusdam inter Landgravium Haſſiæ, & alios Ptincipes exercitis.

XIII. De Recuſatione Judicii Cameralis.

XIV. De Statu Germaniæ poſt debellatos Smalcaldici fœderis ſocios: De transactione Paſſavienſi; Pacificatione Auguſt. & Reſervato Eccleſiaſtico.

XV. De Partibus Romani Pontificis circa electionem Imperatorum.

Σὺν τῷ Θεῷ.

DE

ILLUSTRIUM FAMILIARUM CAUSARUMQUE CONTROVERSIIS SECULO XVI. AGITATIS

DISSERTATIO I.

DE STATU EUROPÆ CURRENTE SECULO XVI.

RESPONDENTE

JOHAN-MAGNO à GERSDORF, Nobili Lusato.

I.

Finiente seculo XV. Anno Christi 1493. Imperii Germanici sceptra suscipiebat Maximilianus, hoc nomine primus, Friderici III. Imperatoris & Leonoræ, Portugalliæ Reginæ F. Rudolfi Habsburgensis, primi majestatem Imperatoriam domui Austriacæ, extinctâ Suevicorum Impp. familiâ, inferentis, trinepos. Erat Rudolfus Comes Habsburgensis: sed & Landgravius Alsatiæ, antiquissimi domûs Austriacæ patrimonii, quæ pacificatione Monasteriensi regno Galliæ ab Imperatore & domo Austriacâ cessa est, superiori anno 1648. cum Suntgoâ, præfecturâque provinciali decem civitatum Imperialium in Alsatiâ sitarum. Comitatus autem Habsburgensis appellatur eine Gefürstete Graffschafft/ & Imperatores Austriaci, Gefürstete Grafen von Habsburg. Hic Rudolfus primus Au- *Maximilianus I. Imperator.* *Comes Habsburgensis.*

striam

ſtriam ab Ottocaro, Bohemiæ Rege, velut Imperii feudum, morte Friderici, Ducis Auſtriæ, ſine maſculis defuncti vindicavit, & ſibi ipſi dedit. *Schard. de Orig. Elect. c.* 10. Dicebatur olim Auſtria, Orientalis Marchia, quod ultimus eſſet limes Regni Francorum Orientalis. Univerſum enim illud regnum antiquitùs in Orientale & Occidentale fuit diviſum, quorum illud Auſtraſia, hoc Neuſtria appellabatur. Auſtraſia Franconiam & Bavariam complectebatur, quibus tandem Karolus M. adjecit Saxoniam. Fuit itaque hic tractus Marchionum, circa Ottonum tempora, usque ad Fridericum Barbaroſſam, poſteà Duces eum habuerunt, & tandem Archiduces.

Auſtria, feudum Imperij.

II. Imperatoris autem Maximiliani. I. Conjux prior erat Maria unica, Karoli Audacis, Ducis Burgundiæ, filia. Hic Karolus apud Nancejum, Lotharingiæ oppidum, anno 1477. ab Helvetiis interfectus, hanc filiam Burgundiæ, aliarumque provinciarum Belgicarum heredem ex aſſe reliquit. Quare dotem, non minus atque puellam, quam plurimi procabantur. In primis Ludovicus XI. Rex Galliæ, Karolo, necdum octo annis majore, filio ſuo deſponſari ambiebat: Sed prælatus eſt Maximilianus ſuffragio Halvviniæ, nobilis Burgundæ, *Comin. lib. 6. c.* 3. quo matrimonio ditiones Burgundicæ, cum univerſo Belgio, familiæ Auſtriacæ illatæ ſunt. *Gerhard. de Roo, Auſtr. lib.* 8. *&* 9. Ludovicus igitur Gallus, quâ per matrimonium exciderat, ſpem bello inſtaurabat. Itaque non ſolùm Burgundiam; ſed & Arteſiæ etiam & Piccardiæ bonam partem invadit & occupat. Color & prætextus occupationis erat, quod Ducatus Burgundiæ à Philippo Pulcro Rege Francorum, ut feudum maſculinum, dependeret. Omnia autem à Rege Franciæ dependentia feuda ejusdem conditionis eſſe, cujus regnum ſit, legeque Salicâ regi. Deficientibus itaque Burgundiæ ſucceſſoribus maſculis, quod accidit à morte Karoli Audacis, feudum ad Regem Franciæ rediiſſe.

Imperatrix Maria Burgunda.

Fruſtrà à Ludovico Gallo ambita.

Ducatus Burgundia an Gallia feudum.

At

At Maximilianus Ducatum Burgundiæ Regni feudum unquam fuisse negabat. Jam enim ab anno Christi 1020. Regem Burgundiæ fuisse Rudolfum generum Burchardi Ducis Suevorum. Hic Conradum Imperatorem, ejusque Filium Henricum heredes successoresque testamento instituit, præterito Odone, qui sororem Rudolfi duxerat. *VVippo in vitâ Conradi Salici. Otto Frising. 6. c. 30.* Cumq; Odo Regni Burgundici beneficiarium se à Conrado ejusq; Filio fieri peteret, repulsam tulit, & ita Burgundia, quæ per 150. annos Reges proprios habuerat, juris Germanici esse cœpit. *Vignerius Chron. Burgund. ad ann.* 1034. Et fatetur Bodinus *lib. 2. de Republ. cap. 3.* ut primum Burgundionum Reges se in Imperatoris Germani obsequio futuros jurassent, regium nomen exuisse. Notum denique, quod Burgundiæ Dux sessionem inter Principes Imperii habet, Imperioq; paret. Vide transactionem Burgundicam, quam repræsentat *Eberhard. à Weyhe lib. 2. Meditam. pro fœderibus c. ult. p. m.* 350. *Pontus Heuterus, lib. 2. Belg. ad fin. Et Limn. libr. 5. cap. 2. n.* 50. Et manet etiamnum hodie circulus Burgundicus Imperii membrum, pacificatione Monasteriensi Cæsareo Gallicâ. Ut ut fuerit, Maximilianus, etsi & causa & victoriâ, prælio inter Tornacum & Ariam commisso, superior, tamen pacem certam incertæ belli aleæ prætulit. Ideoque anno 1482. in hæc pacta conventum est. Ut Ludovici Filius, Karolus, posteà IIX. duceret Maximiliani filiam, Margaritam, cumque eâ Boloniensem, Matisconensem, Altissiodorensem & Karolatensem agrum in ditionem acciperet. Ipse vicissim Atrebatum terram restitueret, reservatâ tamen eâ urbis parte, quam ipse muniverat. *Comin. libr. 6. cap. 9. Gaguin. de reb. gest. Franc. libr.* 10. At Ludovico Galliæ Rege, mortuo, Filius Karolus IIX. non solùm contrà pacta sponsalitia Margaritam, Maximiliani Filiam, jamdudum Galliæ Reginam repudiat: Sed & quam sibi desponderat

Pacificatio I. de Burgundiâ.

Quam Karolus 8. violat.

An repudium Margarita Austriaca de jure licitum?

Maximilianus Annam Britannicam, Carolus partim vi, partim blanditiis adactam sibi matrimonio jungit, quo magis Britanniâ minore seu *A*remoricâ, cujus jam maximam partem tenebat potiretur. *Vide Gvicciardinum hist. lib.* 1. *Comineum, editionis Barthianæ lib.* 7. *cap.* 4. *Et programma Senatûs Mechliniensis, quod est apud Goldastum*: In Politischen Reichs-Handlungen. Repudium sanè Galli hoc colore defendebant, tum quod Margarita cum desponderetur, ultra quatuor non haberet annos. Ergo *per c.* 1. *&* 7. *& passim X. de despon. impub. Adde Nauclerum in anno* 1491. tùm quod Galli dicerent, Maximilianum sponsalia hæc semper improbasse. Quicquid sit, & hanc quantumlibet duplicatam injuriam, anno 1493. intercessores transactione sopiverant, ita ut Gallus *A*ttrebatum agro Philipo *A*ustrio Maximiliani Filio penitus cederet.

Pacificatio. II. qua Gallus repudiat jus in Atrebantes.

Camera Imperialis instituitur.

III. Jam biennio ante susceperat Imperii majestatem Maximilianus, cum suis auspiciis in Comitiis primis Wormatiensibus Camera judicialis Imperii instituebatur, anno 1495. De forma judiciorum, qualis illa sub Imperatoribus Francicis fuerit, dictum à nobis alibi fuit. De causis quidem Principum ab illo tempore usque ad Maximiliarum nostrum non nisi Principes judicavêre. Circa verò tempora Maximiliani I. judicia ista multum sunt mutata Primò enim aliquot familiæ Principum arbitria quasi ordinaria constituerunt, quæ appellabantur, die Außträge. Deinde non ipsimet Principes ampliùs aut Cæsar cognoscendis dirimendisque litibus operam dabant; Sed omnem hanc curam ministris mandare cœperunt. Denique expedita & brevis ac simpliciter procedendi ratio in longâ litium protela abiit, ita ut litibus augescentibus necessariò tandem statum aliquod tribunal erigendum esset, quo de multum de liberatum fuit, Maximiliano Cæsare, donec anno 1530. in hunc usum Spira Nemetum comitiis Augustanis consecrata fuit. Sed de his, & aliis Imperii judiciis, infra.

IV.

IV. Anno 1500. Imperator comitia Augustæ habuit, in quibus regiones Imperii in sex partes, quas circulos appellant, divisæ fuere. Kammergerichtsordn. zu Costentz anno 1507. tit. Wann das Kammergericht angehen sol. §. Anno, & R.A. zu Cölln de anno 1512. §. item sollen. Dissentit Goldast. *de rag. Bohem. lib. 4. c. 8. n. 2.* Fuerunt autem illi Franconicus, Bavaricus, Svevicus, Rhenanus, Westphalicus, Saxonicus: Quorum usus fuit præcipuè in præsentandis Cameræ Assoribus. R.A. zu Augspurg de anno 1566. Und sollen unserm/ &c. Quib. postmodùm Austriacus & Burgundicus acelsêre. Deinde usus sex circulorum in comitiis fuit, quando per circulos consultationes habendæ. *Vide Reinking de regim. sec. libr.* 1. *cl.* 3 *c.* 2. *n.* 6. *Limn. libr.* 1. *cap.* 7. *num.* 24. *& ibi addit. pag.* 40. Sed postea anno 1512. decem circuli facti sunt in comitiis Trevirensibus. R.A. zu Trier und Cöln *de anno* 1512. §. darauff haben wir sampt den Ständen. Sunt autem isti: Austriacus, Burgundicus, Bavaricus, Svevicus, Francicus, Rhenanus, Electorius, Saxonicus superior, Rhenanus superior, Westphalicus, Saxonicus inferior. Ubi, an Bohemia peculiarem circulum, scilicet undecimum faciat, quæritur? Videtur id velle Goldast. *Bohem. lib.* 1. *cap.* 2. *n.* 5. *p.* 15. *& lib.* 4. *cap.* 8. *& Consult. de Off. Reg. Boh. num.* 113. Sed refutari ampliter potest vel ex solâ Ferdinandi I. confessione in gravaminibus anno 1548. Comitiis Augustanis exhibitis, ubi hæc verba: Dieweil die Reichssteurn bißhero allein auff die Stände in den X. Kreysen bestimmet/ geschlagen worden / und aber die Kron Böhmen in keinem Kreyß befunden wird. *Vide Arum. ICtum Ienensem famâ immortalem tract. de comit. c.* 2. *num.* 21. & Carpzov. *de L. Regiâ c.* 5. *sect.* 8. Junge *Recess. Imp. Noribergensem de anno* 1522. *tit.* 2. Cæterum fuit hoc prudentissimum ita dividendi imperii institutum, quo & paci publicæ consultum fuit, & legum auctoritati, quod contra immorigeros Status Principi cujusque

Circulorum Imperii initium.

Et usus.

An Bohemia constituat circulum XI.

Utilitas circulorum.

circuli proximo exſecutio mandari poſſit. Denique ſi non & ad promovẽdos limites, aut recuperanda amiſſa, ad defendenda tamen, quæ ſupererant, in primis ad libertatem Ordinum conſervandam illis inſtitutis ſufficere ſibi Germania potuit. *Vide Thuani judicam lib.2. Hiſt. Zeiler tract. de decem circus. præfat.*

An in ſingulis circulis tres ordines Statuum, Ius circulorum.

V. Porrò notandum, non omnes circulos ex tribus Ordinibus conſtare, Principibus ſcil. Eccleſiaſticis, ſecularibus & civitatibus liberis. Nam nec Auſtriacus ullas habet civitates liberas, nec Saxonicus ſuperior. Habent autem hoc ſinguli circulorum, ut poſſint ſibi Præfectum conſtituere einen Kreyß-Obriſten/ illuſtri dignitate præditum, eique quatuor adjungere conſiliarios laicos. Erklärung des Landfriedens zu Nürnberg *de anno* 1512. *tit.* Welcher Geſtalt durch einen jeglichen/ *&c.* Cui cura pacis publicæ, exſecutionis ob cauſam proſcriptionis & banni, monetæ, contributionum & vectigalium & ſimilium incumbit. *Vid. Limn. addit. ad lib.* 1. *c.* 7. *n.* 32. Utrum verò Præfectus vel Dux circuli ſui cujusq; Status eſſe debeat, an alia quoq; perſona idonea eligi posſit, utut extranea, dubitatur. Verius videtur, quod alii quoque perſonæ illuſtri mandari poſſit, dummodò imperio obnoxiæ, ut docent verba *Receſſ. Auguſt.* 1555. §. und auff den Fall/ *ibi:* da aber ein Kreyß einer ſonderen Perſohn auſſerhalb der Kreyß-Ständen/ *&c.* Quare cum Imperator Ferdinandus II. Regi Daniæ Chriſtiano IV. hanc præfecturam dubiam faceret, quod ante ipſum nemo Regum Daniæ eam geſiſſet: Deinde quod Imperii conſtitutiones ei ſoli hoc munus deferant, qui Imperio ſoli devinctus ſit, Danus regeſſit, Chriſtiano III. Regi illud electione facta oblatum fuiſſe. Ad alterum dubium oppoſuit exempla contraria. *Vide Lundorp. act. par.* 3. *lib.* 8. *p.* 824.

Utrum Præfectus circuli, ejusdam ſtatus eſſe debeat

An Eccleſiaſtis mandari præfectura poſſit.

An verò & ſtatui Eccleſiaſtico mandari circuli præfectura poſſit, non convenit Statibus. Videtur poſſe, cum politicam

& ipſi

& ipsi Ecclesiastici personam gerant. Videatur *Dn. Limn. addit. lib. 1. c. 7. p. m. 49.*

VI. Possunt etiam in circulum referri & qui cives Imperii non sunt, qualis in Rhenano est, der Hertzog von der Maaß/ qui hodiè Dux Bullioneus appellatur, ad quem Ducatum spectat Principatus Sedanensis & Jametianus, Imperii quondam feudum. Talis est & Princeps Cabillionensis, Printz von Schalon/ in eodem circulo descriptus, & Marchio Roetelanus in Galliâ Belgicâ. Denique Comes Novocastellanus, Welsch Neuburg quam civitatem Dux Novovillanus à Burgundia in feudum possidet, sub eodem circulo Rhenano comprehensus, auctore *Goldasto de reg. Boh. libr.* 4. *cap.* 8. *n.* 6. Vide tamen Limnæum *addit. ad lib.* 1. *cap.* 7. *p. m.* 44. Sic & respectu rei, quam quis possidet, circulo comprehendi potest. etsi ratione personæ non contineatur. Ita in circulo Svevico continentur die Inhaber der Graffschafft Kirchberg/ Dissen/ der Herrschafft Justingen/ der Sonnenbergischen Güter/ &c. Ut ita verum sit, in circulum relatos, propterea Status non necessariò argui, & quod perinde est, votum ac sessionem habere. *Goldast. de reg. Bohemiæ lib.* 4. *c.* 8. *n.* 6.

An referantur in circulos, qui non sunt Status.

VII. Denique habet quivis circulus einen oder zwey außschreibende Fürsten/ darunter der eine geistlich/ der ander weltlich. Müntzordn. *Ferdin. de an.* 1559. §. wir wollen auch/ *fol. m.* 607. qui reliquos convocandi jus habent. Et quidem in circulo Rhenensi habentur Episcop⁹ Wormatiensis & Landgravius Hassiæ Darmstadensis. In Westphalico Archiepiscopus Coloniensis, tanquam Administrator Episcopatus Monasteriensis & Dux Juliacensis. In Saxonico superiori Elector Saxoniæ. Per inferiorem Episcopus Magdeburgensis & Dux Brunsvicensis, vel Lüneburgensis. In Bavarico Archiepiscopus Salisburgensis & Dux Bavariæ. In Franconico Episcopus Bambergensis & Marchio Brandeburgico-Culmbacen-

Außschreibende Fürsten.

bacensis. In Suevico Episcopus Constantiensis & Dux Würtembergensis.

Res Galliæ. VIII. In Galliâ sub finem seculi XV. regnabat Karolus IIX. qui regnum Neapolitanum invadens intra annum vertentem rursus ejicitur, operâ potissimum Ferdinandi Consalvi, Hispanicarum copiarum Ducis. Ita Fridericus Arragonius regno iterum redditur. De jure partium disceptatum fuit. Species autem facti hæc est; Johanna Regina Neapolis, cum liberos non haberet, adoptavit Alphonsum Regem Arragonum, eumque heredem regni Siculi testamento instituit, anno 1420. Alphonsus ex pellice Nothum Ferdinandum testamento successorem denominavit, præterito fratre Johanne, Arragoniæ Rege. At Karolus VIII. Gallus nitebatur jure quodam Renati Andegavensis. Cum enim diffidere inter se cœpissent Johanna & Alphonsus, illa, adoptione hujus antiquatâ, Ludovicum III. Andegavensem, & hic fratrem Renatum, Lotharingiæ Ducem, heredes designavit. Renatus fratrem Karolum, & iste Ludovicum XI. Regem Galliæ heredes per causam testati scripsit. Ludovici autem XI. Filius successor in regno fuit Karolus VIII. qui & testamento Johannæ niti præ se ferebat, quod tamen falsum fuisse Pandulphus Collenutius, idoneus auctor est, libr. 6. histor. Neap. Hic Ferdinandum II. Alphonsi II. filium, Ferdinandi nothi nepotem regno pellit. Sed Karolo fatis functo, Hispanorum ac Venetorum auxiliis, Gallis pulsis, Neapolim iste recipit. Successit ei Fridericus patruus. Sed & Ferdinandus Catholicus, Rex Hispanus, in Neapolim jus sibi esse asserebat. Nitebatur consangninitate ab Alphonso primo ductâ. Erat enim Alphonsus ejus patruus, ex Johanne fratre nati, & propterea Ferdinando notho, ceu turpi personæ, heredi instituto præferendus, si modò testamentum ab initio constitisset. Contra Fridericus tendebat, Alphonsum peculiari &

Prætensio in Renum Neapolitanum.

Prætensio Hispani in idem.

ac

ac Arrogoniæ regno ſeparato jure Neapolim accepiſſe, ideòque ceu rem propriam Ferdinando notho tradidiſſe

IX. Succeſſerat in Galliâ Karolo IIX. Ludovicus XII. Valeſius, Dux Aurelianenſis. Itaque ut Ferdinandus Catholicus ſpei certius fieret compos, ſocietatem belli cum Ludovico pactus eſt, dividendique regni Neapolis. Cujus diviſionis hæc debebat eſſe ratio, ut Gallo Neapolis cum totâ Leborii agri regione, Aprutiiq; provinciâ: Ferdinando verò Apulia & Calabria obtingerent. Sed ortâ mox de finibus contentione, Galli toto regno penitus pulſi ſunt. *Vide Guicciard. lib. 5. Thuan. initio libr.* 1. Controverſia de finibus inde orta, quod in diviſionis pacto fines nominibus eſſent demonſtrati, qui aliud olim, aliud poſteà ſignificabant, ubi vetera Galli, præſentia Hiſpani urgebant. Quæſtio ergò juris erat, in quæ tempora nomina eſſent accipienda? Ad quam reſpondendum videtur, præſentis temporis ſignificationem attendi oportere, *arg. l. ſi ita. 7. & ibi Bart. ff. de Aur. & arg leg. Bart. l. 1. pr. ff. de feriis. & in l. demonſtratio falſa, inf. pr. in ult. quæſt. Alexand. lib. 5. Conſil. 35. A. Gent. lib. 3. de I. Belli c. 17. p. m. 629.* Sed tandem inter Ludovicum Galliæ, & Ferdinandum Catholicum, anno 1505. convenit, ut hic Germanam Foxiam, Ludovici ſororis Filiam duceret. *Thuan. princ. libr.* 1. eâ lege, ut illi Rex Galliæ Regni Neapolitani partem, quæ ad ſe ſpectabat, dotis nomine daret. Quod ſi Regina Marito ſuperſtite ſine liberis decederet, pars illa regni Neapolitani Ferdinando Catholico permitteretur; ſin illa Ferdinando ſupereſſet, ad Galliæ regnum rediret. Obiit autem Ferdinandus ante uxorem. Itaque Galli ex pactis dotalibus regnum Neapolitanum in ſe transmiſſum credebant. Alia autem erat Hiſpanorum ſententia: Eaque hoc prætextu adſtructa. Cum Ferdinandus à Pontifice Julio II. inveſtituram regni Neapolitani peteret, Pontifex eam, niſi eo cenſu, quo veteribus Regibus data erat, concedere recu-

Ludovicus XII. R. G. paciſcitur cum Ferdinando Catholico de Neapoli.

Q.

Pacificatio II.

 ſabat.

ſabat. At verò Rex non plus, quam Ferdinandus patruelis penderat, dare voluit. Quare Ferdinandus inveſtituram totius regni ſuo nomine & tanquam ſucceſſor Alphonſi patrui petiit, atque obtinuit. Unde Hiſpani arguunt, Ferdinandum non aliter ex tabulis dotalibus teneri voluiſſe, quàm ſi Pontifex conſentiret. Quo autem diſſentiente, inveſtituram ſe jure proprio impetrâſſe, & ad poſteros transmiſiſſe. *Guicciard.lib.7.Thuan.lib.1.princ.* Quod & rationem habet. Neq; enim ſine conſenſu domini feudum alienari poteſt. 2.*F.*52.*&* 55. Itaq; Vaſallus, qualis in præſenti ſpecie Rex Galliæ videbatur, nec in dotem dari poterat. *Dn. Carpz. Diſput. feudal.7.th.* 21.*Roſenth.de feud.9.c.9.* Accedit felonia Ludovici, quam adverſus Pontificem commiſiſſe arguebatur, protegendo conciliabulum Piſanum adverſus Pontificem, quâ re Julius II. motus, ſolenniſſimam inveſtituram Hiſpano, abolendo omnes alias inveſtituras, conceſſit. *Ciacon. in vita Iulii II. Zurita in hiſtor.Reg. Arrag. lib.4.cap.*11. Ita ad Hiſpanos Neapoleos regnum pervenit, cujus poſſeſſione ſe poſteà Franciſcus I. Gallus, bello captus ad Ticinum penitùs abdicavit, & ab omni jure & actione diſceſſit.

Quo jure ad Hiſpanos venit Neapolis.

Pacificatio III.

Galli prætenſio in Mediolanum. Hoc feudum eſt Imperij.

X. Hæc quidem de Neapoli. Circa Mediolanenſem Ducatum non fuit conſtantior fortuna. Eundem enim Ludovicus Gallus occupans, iterumque amittens mox recipiebat. Fuit Mediolanum jam olim feudum Imperii. *Ioh. de Imolâ Conſil.* 15. *Receſſus Imperii Noricus*, 1545. und wie nun. *Bodin.de Republ.l.9. Comin.edit.Barth.lib.8.cap.9.pag.*566 ac propterea per Imperii Vicarios fuit gubernatum, qui vulgò Vice-Comites. Poſteà verò Johannes Galeacius Vice-Comes primus Mediolani Dux, ab Imperatore Wenceslao creatus & inveſtitus eſt, reſervato Imperio jure directo. *Blond lib.*7. Habuit Galeacius filiam Valentinam, Ludovico Aureliano Duci, Karoli V. Galliæ regis filio nuptam. Mortuis itaque Ga-

leaci

leaci filiis absque masculâ stirpe, Ludovici Aurelianensis Nepos, Ludovicus XII. Rex Galliæ jure materno Mediolanensem Ducatum ad se pertinere contendit, vi dotalis instrumenti, cujus formulam refert additio ad Alexandrum *lib.2. cons.87.* Mediolanenses verò cives nitebantur tabulis fiduciariis seu investiturâ Wenceslai Cæsaris, secundum quam solis masculis deferebatur successio, cui nec pacta dotalia derogare possent. Hâc de re vide Verantwortung des Röm. R. uff die Klage des Königes von Franckreich: Antreffend die Belehnung des Hertzogthums Meylands / rc. *apud Goldast. in* Polit. R. Händeln.

(a) Iohannes Galeacius Vice Comes, primus Dux Mediolanensis, gignit
- *Iohannem & Philippum Mariam, cui filia*
 - *Blanca nupta Francisco Sfortia. Vi. de filii*
 - *Galeacius, Iohannes, Philippus Ascanius*
 - *(e) Ludovicus Sfortia*
 - *(d) Maximilianus*
 - *Franciscus (f)*
 - *Karolus*
 - *Philippus*
 - *Iohannes.*
- *(b) Valentinam, filiam, nuptam Ludovico Aurelianorum Duci. Vnde natus Ludovicus XII. Rex Galliarum, cujus filia Claudia, nupta Francisco I. Regi Galliæ.*

Sed Ludovicus Rex armis decernere malebat, Ducatumque subigebat, cùmque de invadendâ etiam Neapoli cogitaret, ne interim Maximilianus Cæsar Mediolanum denuò ei eriperet, pactis sibi cavit. Convenere itaque in hunc modum, ut Claudia primogenita Karolo, adhuc puero, Maximiliani ex Philippo, Nepoti, posteà Imperatori hujus nominis V. in matrimonium locaretur, & Maximilianus Cæsar investituram Ducatus Mediolanensis, omnibus aliis investituris rescissis Regi Ludovico pro se suisque filiis masculis traderet. Quod si mascula proles Regi nulla foret, Mediolanum Karolo cederet. Karolo autem matrimonio nondum celebrato, defuncto, investitura Claudiæ, Karoli fratri nupturæ, *Pacificatio I.*

 inte-

integra maneret. Sed non magis hoc connubiale pactum, quàm alia id genus, servavit Gallus, Claudiâ Francisco Angelomensi, posteà *Regi* Galliæ, in matrimonium datâ. Hâc de re vide die Verantwortung / auff die Klage des Königs von Franckreich: apud Gold. Polit. R. Hendel.

Franciscus I. *Gallus Mediolano exturbat Sfortiam,*

XI. Successit mortuo Ludovico, Galliæ Regi, Franciscus I. Valesius, Comes Angelosmensis, anno 1515. qui primo regni anno Maximilianum Sfortiam Ludovici Filium Mediolano exturbat, & cæsis ad Morignanum Helvetiis, exercituque omni profligato capit, captumque in Galliam mittit, ubi & vitam ipse finiit, ut patet. Quod etsi contra pacta à Francisco Gallo fieri ægrè ferret Maximilianus Imperator, denuò tamen pactis factis transactum est, & possessio Mediolani Gallo relicta. Mortuo autem in carcere Maximiliano Sfortiâ, frater ejus Franciscus Ducatus restitutionem apud Cæsarem assiduè flagitabat, cujus causæ cum & Pontifex faveret, cum Cæsare fœdus contra Galliæ Regem pactum inter Cæsarem & Pontificem est, ut bellum in Insubriâ contra Gallos conjunctis viribus moverent, eâque occupatâ Parma & Placentia Pontificatui vindicaretur, Francisco autem Sfortiæ reliqua *Guicciard. libr.* 14. Cæptum itaque est bellum Italicum, perq; quinquennium extractum, donec anno 1525. Galliæ Rex Franciscus Papiam per hiemem obsidens commisso prælio victus, captus, atque in Hispaniam Madritium deductus est. Posteà tamen Madritianâ formulâ certæ leges comprehensæ, in quas juratus Franciscus, liberatur, Quas inter fuit, ut Cæsaris soror, Eleonora, quæ Lusitaniæ Regi Emanueli nupta ante fuerat, desponderetur Francisco, Cæsare in dotem promittente quædam in Heduis loca, de quibus inter ipsum & Regem erat controversia: Rex domum reversus, Burgundiæ principarum, quem Galliæ Reges jam per quadraginta annos tenuerant, Cæsari redderet, Mediolani, Nea-

Pacificatio II.

Pacificatio III. Madritiana.

polis

poli, Genuæ, Aſtæ, Flandriæ renunciaret: Henrico Navarræ, Karolo Duci Geldriæ, Ulrico VVirtebergico Duci, Roberto Comiti Marchiano nullam ferret opem: Eâdem, quâ dimitterentur horâ, filios, Franciſcum Delphinum, & Henricum obſides ei relinqueret, & niſi pacta ſervet, ſe denuò captum ſiſteret. *Sleid. lib. 6 Beuth. Comm. libr. 2. Mart. Bellaj. libr. 3. fol. n.* 84, *Guicciard. lib.* 16. Hoc fœdus, quantumvis juratum, & liberis obſidibus vadatum, ſervare tamen in animum vix eſt, ut unquam Franciſcus induxerit. Cœptum enim eſt diſputari, utrum Rex Galliæ teneatur pactis, quibus pars regni à ſe ſine conſenſu Parlamenti, cujus auctoritas in alienationibus interponi debeat, alienetur. *Hoſtienſ. c. dilecti de Major & obed.* Itemque utrum Rex captivus ad ſervanda pacta tædio carceris extorta, obligetur. De quibus, & quidem priore videatur. Hotom. *qq illuſtr.* 1. *Grot. de I. B. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 3. De poſteriore idem ille *qq* 7. *Hic d. l. libr.* 2. *cap.* 11. *Bart. in l.* 5 *ff. de pactis. Baldus Conſ.* 364. *Alex.* 4. *conſ.* 48. *Caſtrenſ. in l. qui à latronibus* 13. *in fin. verſ. ſed non contrahere, num.* 3. *ff. de Teſtam. Bart. in l. qui carcerem, n.* 1. *verſ. contra ff. de eo quod met. cauſ. Fulgoſ. conſ.* 177. *colum.* 1. *Menochius de arb. jud. qq. caſ.* 136. *n.* 4, *Bodin.* 5. *de Rep.* 6.

XII. Gallus itaque cum pactis Madritianis teneri nollet, cum Pontificis & Venetorum legatis de fœdere & mutuâ defenſione agit. Qui, quò magis Karoli V. eis ſuſpecta erat ſuccreſcens in Italiâ potentiâ, eo facilius annuebant. Ejus fœderis hæc fuit ſumma, ut ad tutandam Italiæ quietem aleretur exercitus & compararetur claſſis. Hoſte per Inſubriam & Italiam debellato fieret impetus in regnum Neapolitanum terrâ ſimul & mari, expugnatum Eccleſiæ Romanæ maneret, ſic tamen ut Galliæ Regi aureorum millia 75. annua ſolverentur. Bellum itaque in Italiâ ortum, ſed pace mox inter Cæſarem & Franciſcum, neglectis hujus ſociis, Cameraci confectâ ſolutum.

Gallus fœdera ſancit contra Imperatorem Karolum. V.

Pacificatio IV.

lutum. Conventum autem est, anno 1529. ut Filii Regis Galliæ, obsides in Hispaniâ relicti, pensis Cæsari duodecies centenis millibus aureorum, liberarentur, Gallus iis, quæ in Regno Neapolitano possideret, Flandriæ, item Artesiæ, Tornaci atque Atrebatum juribus sese abdicaret: Libelli deniq; provocatorii, sed & famosi abrogarentur; denique Franciscus Germanicis rebus sese immiscere planè abstineret. Quâ pace confectâ Cæsar Bononiæ à Pontifice coronatus, ejusdem intercessione Mediolanensem potestatem Francisco Sfortiæ reddidit *Guicciard.lib.19. Iovius lib. 27.*

A Francisco toties violata.

XIII. Sed nihilominus posteà fœderatis Smalcaldicis Franciscus sese adjungebat, in Italiâ quoque secreta consilia cum Pontifice miscebat, qui ob Rhegium Lepidi Ferrariensi Duci à Cæsare adjudicatum, adverso erga eum animo factus fœdere cum Rege Francorum inito, Katharinam Florentini Ducis sororem Germanam Henrico, Francisci Regis filio, collocavit. Cùmque per idem tempus Franciscus Sfortia absque sobole obiisset, Rex Franciæ missis legatis à Cæsare postulat, ut sibi suove filio, Aureliorum Duci, ditionem illam concederet. Quod cum facere moraretur, Franciscus in Italiam movebat, Mediolanum accepturus; sed obstare sibi cernebat Avunculi sui Karoli Sabaudi Pedemontanam in Taurinis provinciam eique finitima, per quæ ducturus esset. Ideò id consilii à Pontifice datum, ut vel Sabaudum in partes traheret, vel si non possit, possessione dejiceret. Itaque petito per Sabaudiæ fines transitu, sed negato, Ducem expulit, cujus, tanquam Imperii Principis Clientelam Cæsar jure suscepit. Quod enim causa negati transitus sufficiens sit inferendo bello, in dissertatione de imperio Maris negavimus, & etiamnum negamus, præsertim in nostrâ specie, ubi Sabaudus, Vasallus Imperii, hosti senioris sui transitum concedere nequaquam debuit, *Vide Zasium de feud. pag. 7. num. 43.* Gallo quidem

Sabaudum possessione exturbat, ob negatum transitum.

quidem id mirum accidisse propter vetustum fœdus & arctissimam consanguinitatis necessitudinem, eòque magis, quod post mortem Ludovicæ Sabaudæ Matris, de hereditate cernendâ molestus illi nondum fuerat, quam jure adire licuisset morte Philippi Ducis Sabaudiæ Martinus Bellajus *Commentar. libr.* 4. *fol. m.* 158. ait, species facti ita habet: Philippus Dux Sabaudiæ primis nuptiis uxorem è domo Borboniâ duxerat, ex quâ Philibertum Ducem, & Ludovicam Regis matrem susceperat: secundis nuptiis uxorem è familia Ponti-veranâ accepit, quæ Karolum Sabaudiæ Ducem peperit, de quo nunc sermo est, & Comitem Genevensem, posteà Ducem Nemorensem. Quamobrem Rex Sabaudiam patrimonii jure sibi vindicabat, quod Mater ex primis nuptiis orta, sola Philiberti heres, quippe sine liberis defuncti, relicta fuerat. Sed quia Sabaudia ab antiquo feudum Imperii masculinum, *Baldus consil.* 121. *num.* 10. *lib.* 3. *& consil.* 218. ab Henrici IV. Imperatoris temporibus, inde jure materno non firmiter insistere Gallus videbatur. Sanè de feudis Rocheverani, Olmi, & Cæsollæ, cum iis, quæ ad hæc pertinent novissimâ pacificatione Monasteriensi pro Gallo cautum est, §. *idem conventum est, quod Dux &c. fol.* 46.

Prætensio Galli in Sabaudiam.

VII. Sed ut ad Karolum & Franciscum revertamur, Karolus Imperator Tunetanâ expeditione Neapolim reversus Romam tendit, ubi coram Pontifice & Cardinalium pleno Senatu de Francisci perfidiâ queritur. Oratio ex Italico translata in vernaculam, itemque responsio Francisci ex Gallico versa habetur apud Goldastum in Politischer Reichs-Händel eilften Theil *fol.* 342. Summam orationis Carolinæ ex Paulo Jovio, succinctè repræsentante, referemus. *Quæ habetur principio libr.* 35. *Primum omnium veteres odiorum causas, quæ adhuc inter Gallos Austrianamq; domum vigerent facundissimè commemoravit, ostenditq; neque Franciscum Regem, neque*

Karolus V. queritur ad Pontificem de Gallo.

supro-

superiores Galliæ reges, ictorum fœderum legibus unquam stetisse, quum sibi Burgundiam ereptam, & repudiata atque iniquissimè intercepta connubia quereretur, & passim Franciscum regem acerbè perstringeret, quòd bello victus, captusq́, ac humaniter dimissus, nihil eorum, quæ pro obtinenda libertate pepigerat, custodia statim exiliens, præstitisset, sed abrupta fide jurisjurandi, totum propè terrarum orbem adversum se tam ingratè quàm impiè concitasset, quum ad Turcas usque miserit legatos, ut hostilia pari odio adversum se molirentur, scilicet ut inani aut exoleta jura ostentans Cisalpinæ Galliæ dominatum invaderet quod sibi Augustali atq́, legitimo jure partum, tanquam tuendis reliquis ipsius regnis maximè opportunum, omninò sibi retinendum statueret, ne sibi maritimum adeundæ Hispaniæ , aut terrestre adeundis Germaniæ & Belgarum regnis , tutum & liberum iter præcidatur, quandoquidem nequaquam sit dignitatis in Cæsare per alienas terras transitus facultatem precario petivisse. Propterea Franciscum nefario ausu Karoli Sabaudii avunculi sui Allobrogum regiones in Transalpinis, & Ligurum in Subalpinis immaniter occupasse, ut inde ad invadendum Mediolanense imperium ire pergeret, Gallorum consuetudine, qui novarum provinciarum avidi, quin aliena & proxima quæque occupent, neque pudore, neque jure contineri queant. Quarum rerum in vestigio eos sæpe pœnitere oporteat, quum vi & armis æquo semper Marte judice, eorum insolentia retundi reprimiq́, soleat. Id verè agrestis impudentiæ sibi videri, quòd Franciscus Mediolanensis imperii possessionem ideò sibi concedi expeteret, ut singuli minores ejus liberi, sublata omni honoris atque potentiæ obtrectatione, pariter exornentur atque ditentur , ne scilicet Henricus justo dolore angi possit , quum in fratre minore Karolo Aurelianensem principatum, in Francisco autem majore, non Galliæ modò sed Britanniæ etiam citerioris coronam, ex paterna hereditate conspiciat. Non hoc equidem esse vel dignitatis vel fortunæ suæ, ut alienos potius quàm

suos

suos liberos exornet, & stultissima ratione intempestivæ liberalitatis laudem quærat, qua inimicæ stirpis dubiæq; fidei hominum opes augeantur, quibus aucti rursus adversum se instructiores, uti semper fecerint, inquieta arma resumant. Itaque neque hæc insolenter postulanti tributurum, neque passurum, ut Sabaudius Karolus tanta cum injuria spoliatus dimidia parte regni, diutius ab se, uti antiquitus in Romani imperii clientelam recepto oporteret, justam atq; certissimam opem imploret. Proinde se recta ad Alpes, & in Galliam usq; progredi statuisse, ut propinqui sui, sociique principis, & Romani imperii clientis injurias defendat. Hæc adeò gravi concitataque facundia, oreq; flagranti protulit, ut subjungeret, se invitum in id bellum trahi, in quo multas gentes nihil mali meritas & insontes, ipsorum principum iracundia atque obstinatione, cladem essent subituræ, propterea pietate Christiana tacto sibi satius videri, & reipublicæ quidem utilius, ut ipse & Franciscus ad singulare certamen descenderent, enseque & pugione dimicantes, controversiam finirent.

Tandem interventu Pontificis Pauli induciæ decennales factæ sunt, quibus cuique, quod occupasset, possidere liceret. Tandem novissimo bello confecto Anno 1544. pax postremùm apud Crepinium in Svessionibus conventa in has conditiones, *ut Rex renunciaret juri & petitioni Arragonicæ, Neapolitanæ, Flandricæ, Atrebatensi, Geldricæ: Cæsar itidem ditioni Boloniensi, Peronæ & aliis ad Somam flumen oppidis, ad hæc Burgundiæ inferiori & agro Matisconensi: Deinde Filio Regis, Aurelianensi Duci, Karolo, filiam suam natu majorem, Mariam, aut verò Ferdinandi fratris filiam in matrimonium spondebat, ut utram dare velit intra quartum mensem exponat: si filiam; Brabantiam, Geldriam, Luceburgum, Flandriam, Bataviam, Hannoviam, Atrebates, Namurcum, Frisiam, utricam, & quidquid ibi est regionum; item Burgundiam superiorem in dotem promittit, aut ab ipsius morte utantur, fruantur: Hoc si fiat, Rex juri Mediolanensi*

Induciæ decennales inter utrumque. Et demum pax.

lanensi pro se suisque renunciat liberis: Quod si non relictis liberis filia Cæsaris decedat a vitâ, jam Aurelianus ab omni illa possessione decedat, & integrum ei maneat jus Mediolanense, Cæsari verò Burgundicum: sin Ferdinandi filiam dederit, Principatum Mediolanensem in dotem promittit. Reliquas conditiones vide apud *Sleidanum ad finem lib.* 15. Jovium *lib.* 45.

Res Hispanica Ferdinandus ibi regnat qui Arragoniæ Rex.

XV. Sed relinquemus jam Gallias res Hispanicas perstricturi. Regnabat tum per Hispanias Ferdinandus Arragoniæ Rex. Adhæret Arragoniæ ad Caurum Navarra, ad Vulturnum Catalonia, ad Africum Castilia, ad Aquilonem Pyrenæos habet montes. Arragones corrupta voce veterum sunt Terraconenses, ut Nebrissensis censet. Regum nuperorum hujus Regni ita est series.

Petrus IV. Alphonsi IV. ex Tyresiâ Guilielmi Dantensij F. Iacobi II. N. Rex Arragoniæ.

- *Iohannes I. Rex Arrag.*
 - I. *Iacobus Gerun'a Delphinus. Obiit ante Patrem*
- *Martinus Rex Arragoniæ Vxor Maria, Lunæ Comitis F.*
 - I. *Martinus obiit ante Patrem*
- *Leonora nupsit Iohanni I. Regi Legionis & Castellæ.*
 - *Henricus Rex Castellæ.*
 - *Ferdinandus Rex.* (a)

(a)

- *Alphonsus, Rex Arragoniæ.*
- *Iohannes* II. *Rex Arrag.*
 - *Ferdinandus V. Rex Arrag. Catholicus cognomine. Vxor Isabella Castellæ & Legionis Regina.*
 - *Iohannes, duxit Margaritam Maximiliani I. Imp. F. obiit ante Patrem*
 - *Isabella, Alphonso, & inde Emanueli Regibus Lusitaniæ nupta.*
 - *Iohanna Arrag. Regina nupsit Philippo Austriaco*
 - *Karolus V. Imp. Rex. Vxor Isabella Lusitana*
 - *Philippus* II. *Rex Arrag. Vxor Anna Austriaca.*
 - *Philippus* III. *R. A. Vxor Margarita Austriaca.*
 - *Philippus IV. R. A. Vxor Elisabetha Barbonia.*
 - *Ferdinandus* I.

Iste

Iſte Ferdinandus per Conjugem Iſabellam Johannis II. Caſtiliæ Regis Filiam accepit Caſtiliam, cum provinciis adhærentibus. Hic primò Granatos ſubegit, Mauroſque expulit. Deinde Anno 1490. Canarias Inſulas occupavit, quæ Fortunatæ dicuntur, inventas à Flandro quodam. Ejusdem etiam auſpiciis America detecta. Ejus Filia Johanna Arragoniæ nubens Philippo Auſtriaco Principi Belgii, Maximiliani Imp. Filio, Hiſpanicum ſceptrum cum domo Auſtriaca junxit, Belgicoque & Hiſpanico intulit. Naſcitur eis Anno 1500. Karolus, poſteà ejus nominis V. Imp. Anno 1505. rediturus ex Belgio in Hiſpaniam Philippus, inſtituit Conſilium Magnum Mechliniæ, itemque conſilium arcanum Bruxellis. Karolo Filio minorenni Claudia, Filia unica Ludovici XII. Galli deſpondetur, promiſſis dotis nomine Mediolano, Placentiæ Ducatu, aliiſque aliquot extremis Galliæ Provinciis. At anno proximo urgentibus Gallorum ordinibus pacta illa reſcinduntur, & Franciſco Valeſio Claudia in matrimonium datur. Ita ſpe Regni Gallici hoc matrimonio conceptâ excidunt Auſtriaci. Anno 1506. moritur Philippus. Igitur ejus Conjux, cui ex teſtamento Matris Caſtiliæ regnum legatum, Ferdinandum Patrem è Neopolitano Regno revocat ad Gubernationem, quam gerens in Annum usque 1516. quo è vita diſceſſit, Karolum Nepotem ſuum hæredem omnium ſuorum regnorum reliquit. Acceſſerat Anno 1512. Navarræ regnum, unde Catharinam Abneptem Karoli III. Regis Navarræ, nuptam Johanni Albretano, Ferdinandus Arragonius expulerat. Anno 1518. Karolus in Hiſpaniam navigans, avi materni regna adit, heres potentiſſimus.

In dotem accipit Caſtiliam.

Ejus filia jungit Hiſpaniã domum Auſtriacam, & Belgium.

Conſilium Magnum Mechliniæ, & arcanum Bruxellis.

Claudia Karolo V. promiſſa datur Franciſco.

Karolus V. avi materni heres potentiſſimus.

XVI. Quia Navarræ modò mentio facta, nec illud nobis prætereundum regnum. Habitârunt hîc olim, qui Vaſcones Tacito Plinioque. Hiſpaniæ primum Navarram adſcripſit Ferdinandus Catholicus. Bello enim in Italia arden-

Navarræ regnum quomodo ad Hiſpanos venit: Nempe ex-

communicatione Pontificis & armis Hispani.

te inter Pontificem Cæſaremque & Gallum, cum Gallorum partibus haut obſcurè faveret Navarræ Rex, Johannes Labretanus, Pontifex quod Eccleſiæ hoſtibus faveret, Regem & Reginam Navarræos exſecratur, ditioneque omni ſpoliandos, cunctis Magnatibus dedit. Miſit ergò Ferdinandus Catholicus Legatum, qui officii moneret Regem, ne cum Gallo rem haberet, filium denique obſidem, & tranſitum in Galliam per regnum poſtularet. Quæ cum non impetraret, Navarræo cum Ludovico Galliæ fœdus feriente, Rex Catholicus Navarram ingreditur, & Pampellonam, Metropolin occupat, mittitque Epiſcopum Zamorenſem, qui imperata facere denuò juberet. At Navarrus Legatum capit, exercituque per Galliam collecto, arma, ſed fruſtra, Ferdinando opponit. Inde Leo X. Pontifex Ferdinandum Navarræ Regem ſalutat, eique & poſteris inveſtituram concedit. *Guicciard. lib.* 11. *Iov. lib.* 11. *princ. Thuan. lib.* 1. Johannes Rex iſte Filium reliquit Henricum Labretanum, qui in titulum Navarræi regni & huic Johanna ſucceſſit, nupta Antonio Borbonio, Vindono, à quo Henricus Borbonius, hoc nomine IV. Rex Galliæ natus:

Iohannes
Alani F. Dynaſta Albretanus, duxit Catharinam Gaſtonis F. Gaſtoniis N. Navarræ Reginam

Filii aliquot — *Henricus Albretanus. Vxor Margaretha Valeſia, ſoror Germana Franciſci, Galliarum Regis, Karoli Alenconii Vidua.*
Iohanna Albretana, Navarræ Regina nupſit Ant. Borbonio.
Henricus Borbonius IV. cognomento Magnus, Rex Galliæ Navarræque.
Ludovicus Borbonius XIII. cognomento Iuſtus, Galliæ, Navarræque Rex.

Portugalliæ reg.

XVII. Luſitania, quæ nunc Portugalia, quaſi Portus Cale, quod oppidum Durii fluminis oſtio oppoſitum piſcationis gratia frequentari quondam ſolitum, ex quo quæſtu in Civitatem opulentiſſimam Portogalo dictam evaſit, Primum

Regum

Regum progenitorem habet Henricum, Ducem Lotharingiæ, Comitem Limburgium, qui Tyresiam duxit Alfonsi VI. Castellæ, Legionisque Regis filiam, accepta in dotem eâ Galaciæ Lusitaniæque parte, quæ nunc Portugalia dicitur. Defuncto anno cIɔ cxII. Patri successit Alfonsus I. qui Portugalliæ Ducem se appellans, Regis titulum ab Exercitu accepit, Anno cIɔ cxxxIx. successerunt huic rectâ ferè lineâ Reges, ad Emanuelem Regem XIV. qui regnare cepit Anno 1495. Emanuel tres habuit Uxores, quarum prima, & secunda Maria, fuêre Ferdinandi Catholici filiæ. Ex hâc autem genuit 6. Mares, & 6. puellas, quarum Isabella nupsit Karolo V. Imp. Beatrix Karolo III. Duci Sabaudiæ. Filius Johannes successit Patri in regnum. Henricus omnibus superstes regnum post Sebastianum adiit. Edvardus ex Isabella Ducis Bregenciæ F. suscepit Mariam, quæ Alexandro Principi Parmensi nupsit, & Catharinam, quæ Johanni, Duci Bragantiæ. Johannes III. duxit Catharinam Karoli V. Imp. Sororem, ex quâ nata Maria prima, Philippi II. Uxor, & Johannes, qui in uxorem duxit Johannam Sororem Philippi, Regis Hispaniæ, ex qua natus Sebastianus. Huic in Africa cæso, successit Henricus Cardinalis senex & cœlebs.

Emanuel - - Maria, Ferdinan. Cathol. F.

Isabella Karolus V. Imp. Philippus II. Hisp. Rex.	*Beatrix Karolus III. Sabaudus Philibertus Emanuel Dux Sabaudia.*	*Iohannes successor Patris. Catharina Karoli Imp. Soror*	*Henricus successor Sebastiani.*	*Edvardus-Isabella Brigantina.*

Sebastianus Rex.

Phil. III: Phil. IV.	*Iohan. Emanuel ante Patrem mortuus. Vxor Karoli V. F. Sebastianus.*	*Maria - Philippus II. Rex Hisp.*	*Maria-Alexander Parmensis. Rainutius Farnesius,*	*Catharina-Iohan. Dux Bragant. Theodosius Iohann IV.*

Cùm

Henricus cælebs, Rex

Cùm verò Henrici orbitas & effæta ætas, ac adversa valetudo, brevi regnum vacaturum minarentur, ejus adhuc vivi successionem ambiebant Philippus Hispanus, natus ex Sorore Henrici Isabellâ, avunculi sui. Deinde Philibertus Emanuel Dux Sabaudiæ ex Beatrice, avunculi sui Henrici itidem Sorore. Præterea Farnesius, ex Maria Edvardi Filiâ. Et Catharina Bragantina. Hæc quidem Rainutium, utpote proximior, facilè excludere videbatur. Restabat certamen inter Philippum & Catharinam, pari gradu Henricum contingentes. Catharina tanquam Edvardi masculi filia Philippo præferri contendebat, ex fœminâ nato, quemadmodum suus Pater Philippi Matrem procul dubio exclusisset. Sed Philippus contendebat, Edvardi ante Henricum mortui rationem non posse haberi, utpote semel exclusi. Repræsentatio enim in majoratus successione filio tum demum concedenda, quando ejus Pater si viveret, posset in majoratu succedere, *Molina de Hispan. primogen. libr. 3. cap. 7. n. 1. Ioh. de Castillo, quotid. controv. p. 3. cap. 19. num. 64.* Itaque gradus duntaxat inspiciendus, in quo cum Mater sua, tempore mortis Henrici, Catharinam præverterit, Philippus, ut Masculus, Catharinæ præhaberi debeat. Et hæc à Celeberrimis JCtis Italiæ & Hispaniæ, etiam publicatis scriptis Bononiæ & aliis in locis sunt agitata. Apparebant & alii Competitores, inter quos Pontifex, regnum sibi beneficiarium dictitans, quod tamen ut ridiculum ab omnibus explosum. Mortuo autem anno 1580. Henrico Philippus armis possessionem sibi addidit, in qua successores filios habuit usque ad annum 1640. quo Philippus ab ordinibus Regni abdicatus, inque illius locum Johannes IV. Brigantinus ad regnum evectus est. Qui in primis jus repræsentationis hodiè urget, secundum quod Catharina in Edvardi Patris sui locum intravit.

Post hujus mortem plures concurrunt ad hæreditatem regni. Ius Regis Hispani, & hodierni Regis Portugalensis.

Iohannis IV. Brigantini.

...s An.

XVIII. Angliæ cum regiâ potestate præerat Henricus VII.

Præ-

Præſcribunt ſibi Reges Angliæ, titulum Regum Franciæ, quem habent à Karolo VI. Rege Galliæ. Hujus enim Filia Catharina nupſit Henrico VI. Angliæ, quem Gallus hæredem regni inſtituit, filio Karolo exhæredato. Ab eo tempore Reges Angliæ lilia ſcuto ſuo adjicére. *Ioh. de Laet. Deſcript. Gall.* Poſtquam jam quadraginta annis ante Edvardus III. Galliæ Regnum, ceu heredium ſuum invaſerat armis. Conjugem habebat Eliſabetham, Edvardi IV. Angliæ Regis filiam, quo Conjugio Roſa rubra albæ fuit conjuncta. Erant enim duæ familiæ regiæ, Eboracenſis, & Lancaſtrenſis æmulæ invicem imperii, quarum inſigne roſa, illius quidem alba, hujus verò rubra. Tandem mortuo Richardo III. Eboracenſis familiæ ſumma rerum pervenit ad Henricum VII. Richemontii Comitem Lancaſtrium. Ducta g. Eliſabethâ, Edvardi IV. Eboracenſis filiâ, ultimâ Roſæ albæ hærede, factionum duarum capita matrimonii nodo conſtrinxit. Moriebatur Anno 1509. ineunte, ſuccedente filio Henrico IIX. qui à Ferdinando Catholico Socero (habebat enim in Matrimonio Catharinam, Ferdinandi F. Materteram Caroli V.) ſollicitatus bellum Ludovico XII. Gallo, in Aquitaniam, in quâ ſibi jus Angliæ vindicabat, movit. *Thuan. lib.* 1. Jam inde enim ab anno Chriſti 1184. quo Henricus II. Rex Angliæ, Mathildis Imperatricis & Henrici I. nepos, regnum adiit, poſſedit Normanniam, Aquitanniam, Andegavenſem, Cænomanenſem, & Turonenſem, provincias in Galliâ, per Uxorem Heilonoram, Ducis Aquitanniæ heredem unicam. Quæ cum ſub Edvardo IV. defeciſſet ad Gallum, âque Philippo pulchro Rege Galliæ ei reſtituta eſſet, deſponſata inſuper Philippi Sorore Margaritâ anno 1298. poſtremum amiſſa eſt ſub Henrico V. anno 1452.

gliæ unde titulus Regum Franciæ:

Factiones Roſa rubra, & alba.

Prætenſio Angli in Aquitaniam.

XIX. Cæterùm Henrico magnis promiſſis Ferdinandi fruſtrato, qui Galliam oppugnandi impetum, occupato Navar-

Rex accipit titulum Defenſionis Ecleſiæ.

Navarræ regno remiſerat, tum quidem armis bellari ab Henrico deſitum eſt, & ſtylo pugnari cœptum, Anno 1521. adverſus Lutherum, ubi primo judicium illius de indulgentiis convellit, & Pontificatum defendit, poſt, omnem illam diſputationem de Sacramentis Eccleſiæ reprehendit, ſumpto ſcribendi argumento ex libro de captivitate Babylonica. Quamvis non Henricum, ſed quendam Clericum compoſuiſſe id ſcriptum referat *Pet. Matth. tom. 6 lib. 6. nar. 2.* Et erat hic liber exercitato aliquo Theologo dignior, quàm Adoleſcente Rege, cui quanquam maximè volenti, non licuerit in literarum Studio ætatem terere, ut inde alii Thomæ Mori, alii Fiſcherii Roſenſis, plurimi verò alterius alicujus ſummi viri opus id fuiſſe ſuſpicentur. *Vide annal. Henr. VIII.* Huic Lutherus nimis vehementer atque acerrimè reſpondet. Habetur hoc ſcriptum *tom. 2. latino Ienenſi fol. 546.* At Leo Pontifex honorificum Regi cognomen idcircò tribuit defenſorem appellans Eccleſiæ. Anno 1534. ingens per Angliam in Eccleſiâ mutatio cœpit, quæ ſic accidit.

Mutatio ſtatus Eccleſiaſtici per Anglgiam.

Henricus VII. Angliæ filios habuit, Arturum & Henricum IIX. Arturus duxit Catharinam Ferdinandi Catholici filiam, diſceſſitque ſine liberis. Pater qui cuperet neceſſitudinem hanc perpetuari cum Hiſpanis, Julii II. Pontificis permiſſu Catharinam Arturi viduam Henrico filio tradi curat, Henricus itaq; IIX. cum à morte Parentis eam duxiſſet, poſt complures annos, Epiſcopis animi ſui ſcrupulum exponit, inque deliberationem revocat, an legitimum ſit cum fratris uxore matrimonium. Quamvis alii Regem, non tam conſcientiæ imperio, quàm quod in amores pronior faſtidiret uxorem auſteris moribus fœminam, & ab omni cultu, & venuſtatis curâ abhorrentem, de diſſolvendo matrimonio cogitaſſe ſcribant *Thuan. lib. 1.* Quod veri non abſimile videtur tot divortia Regis poſt ſecuta perpendentibus. Erat quidã Thomas

Occaſione matrmonii Henrici cum fratris viduâ.

Wol-

Wolſæus, ſumma apud Regem gratiâ, Archiepiſcopus Eboracenſis, & Cardinalis regnique Cancellarius, qui ex vanitate animi Pontificatum maximum, Leone X. mortuo, ſpe occupaverat. Verùm cùm Leoni Hadrianus ſufficeretur, operâ imprimis Cæſaris, ut ei ægrè faceret Wolſæus, autor fuit diſſolvendi matrimonii, cum Catharina Cæſaris matertera contracti; Sed opus videbatur ad hoc autoritate Pontificis. Qui ſecundum divortium pronunciare cunctatus, Regem ergà Annam Thomæ Bolenii Equitis filiam inſano amore incenſum, moræque omnis impatientem irà odioque ita commovit, ut continuò decretum faceret, quo ſe, per Angliam Eccleſiæ caput, proximum à Chriſto pronunciaret, Pontificatûs imperio circa ſacra planè abolito, capitis pœnâ conſtitutâ, ſi quis Epiſcopo Romano ſupremam poteſtatem adſcriberet, doctrinâ tamen Romanæ Eccleſiæ ſalvâ. Tributum etiam annuum Romanæ curiæ pendi ſolitum in poſterum ſolvi prohiberet. Tributum illud jam inde ab Anno Chriſti 740. Inæque Regis temporibus, qui opinione religionis ac pietatis regnum ſuum Pontifici vectigale fecerat, per ſingulas domos ſingulis nummis argenteis imperatis, exactum erat, peculiari Quæſtore à Pontifice conſtituto, id vulgò vocabāt S. Petri denarium *Sleid lib. 9. M. A. Dominis lib 6. c. 8. 16.*

Wolſai conſilio diſſoluti.

Henricus per Angliam ſe caput Eccleſiæ profitetur.

Denarius S. Petri Pontifici denegatus.

XIX. Daniæ, Sueciæ, & Norvegiæ Rex erat initio hujus ſeculi Johannes, Filius Chriſtiani, qui extincta veterum Daniæ Regum ſtirpe ex Comite Oldeburgico ad hoc faſtigium, Senatorum Regni ſuffragiis, evectus erat. Huic Pater ſuperſtes adhuc, Ducatum Slesvicenſem, Gerardo fatri ablatum, auctoritate Friderici III. Imperatoris contulerat, unâ cum Dominatu Stormariæ, & Ditmarſiæ. Sed & idem Chriſtianus, Pater, ſubortâ in regno Sveciæ ſeditione, exacto Kanuti filio, Karolo, regnum Sveciæ ſuo conjunxerat. Inde jus Dani in Sveciæ regno. Johannes verò Anno 1500. in Ditmarſos

Res Daniæ.

Ducatus Sleſvicenſis, Stormaria, Ditmarſia, Suecia regnum perveniunt ad Regem Daniæ.

movit,& vix fugâ ex acie vitæ consuluit. Habebat in Matrimonio Christinam, filiam Ernesti, Electoris Saxoniæ, quæ à Svecis Stocholmi captâ, vix tandem Imperatoris & Pontificis minis post biennium liberata. Quam injuriam maritus ulturus, conscriptâ manu, quingentorum millium in Svecos expeditionem moliens, à Lubecensibus anno 1509. ad Bornholmium navali prælio victus, re infectâ cessit. Successit ei Christianus II. Filius, qui editis insignis crudelitatis exemplis, Regno Sveciæ ejectus, cùm nec in Daniâ cædis satiari posset, à Friderico Patruo, Holsatiæ Duce, & Lubecensibus petitus bello, cum Uxore Isabella, Cæsaris Sorore regno excedit. Fridericus ab Ordinibus regni Rex declaratus anno 1523. Cùm Rex de rebellione & Injuria apud Cæsarem quereretur, nihilque proficeret, arma, sed irrito conatu, expediebat, à Patruo etiam insuper captus. Quadriennio pòst mortuo Friderico, successit Christianus III. F. qui Hafniâ captâ, cum sibi à Patruele, quem captivum tenebat, timeret, cum Vicinis Principibus & Civitatibus fœdera novavit, & quia duas filias ex Isabellâ susceperat Christianus captivus, Dorotheam ac Christiernam, quarum prior Friderico Palatino, altera Francisco Sfortiæ primum, deinde Francisco Lotharingiæ Duci nupsit, Christianus III. qui sciret Palatinum à Cæsare sollicitari, ut bellum pro Soceri liberatione, & regni recuperatione susciperet, opus sibi esse amicitiâ Gallorum judicavit, perque Clivensem egit, ut in fœderis, cum Francisco contra Cæsarem initi societatem reciperetur. *Thuan. libr.* 1. *Beuth. lib.comm.* 1.

Pacificatio II. *Fridericus.* *Christianus III.*

XX. Porrò Regibus Daniæ petitio est adversus Hamburgum, propterea, quòd in Holsatico territorio sita sit, cùm nihil in territorio esse possit, quod non alicui jurisdictioni sit subjectum. Unde Jurisdictio quælibet præsumitur, non tantum manasse à Principe, sed etiam concessa fuisse in feudum,

Regum prætensio adversus Hamburgum.

& esse

& esse feudalis. *Paul. de Cast. consil.* 179. *num* 15. *Iacob. à S. Georg. in sua investitura, in verbo, de castro Rubei montis, col.* 3. *vers. si tamen tenens castrum. Cassan. in Consuet. Burg. tit. de feud.* §. 4. *n.* 18. Cujus autem potius jurisdictionem esse aut fuisse credendum est, quam ejus, qui supremam in territorio habet potestatem. *l.* 1. *l.* 8. *C. de Serv. & aq. Alciat. lib.* 2. *de praes.* 3. *A. Fab. lib.* 3. *C. tit.* 12. *def.* 17. nisi singulari privilegio exemptum doceatur. *c. dilectis* 2. *X. de Capell. Monach.* Hinc Rex Daniæ in literis ad Hamburgenses an. 1620. 29. Junii datis illos appellat, gehuldigte Erbunterthanen. Certumq; est, quod Homagium Regi Daniæ, tanquam Duci Holsatiæ præstent. *Reinking. de reg. Sec. libr.* 1. *Class.* 5. *c.* 3. *num.* 23. Hinc anno 1545. cùm Cæsarei fisci patronus Hamburgenses ad collationem pecuniæ, & onera imperii ferenda adigere vellet, illi, Christiano Rege Daniæ & Holsatiæ Ducibus appellatis, consilium eorum, ac defensionem in jure petierunt. Holsati verò amplissimâ ad Karolum IV. legatione tunc decreta, & posteà ad Ferdinandum missâ intercesserant, & obtinuerant, ut ante omnia à Camerâ cognosceretur, an Hamburgum Civitas, & Slesvicensis tractus ad Imperium pertineret, an Holsatiæ Ducibus sine medio subjecta esset. Hæc autem causa cùm in Camera ventilari cœpisset, Hamburgensium legati negabant, se unquã Holsatici juris fuisse, & si qui Holsatici Principes suo nomine appelassent, id sine mandato fecisse. Holsati contrà allegabant: Karolo IV. Cæsare anno 1375. Hamburgensibus in signum libertatis Rolandi statuam in foro erigentibus Tangermundiæ ad Albim, secundum Holsatiæ Principes pronunciatum fuisse, dejecta Rolandi statua. Creditur enim ejusmodi colossus libertatis esse signum. *Kranz. Sax. lib.* 10. *c.* 2. *Fabric. lib.* 7. *Orig. Sax. fol.* 785. in honorem Rolandi, Karoli M. ex Sorore Berthâ nepotis, ob res militiæ præclarè gestas positus. *Sabell. Enn.* 8. *lib.* 8. *Cuspin. in Karolo M. fol. m.* 175. Sed vide *Dn. Conringii*

ringii disput. de Vrb. thes. 71. Inde Cives Christiano I. & ejus fratribus, Christiano III. qui & privilegia ipsorum confirmavit, fidem obstrinxisse, & folium urticæ, Principum Holsatiæ insigne, ab eo tempore passim urbis Insignibus, in curiâ, portis, sigillo publico, ac monetâ sculpsisse. A Cæsaribus ad Cameram citatos, quòd Holsatiæ subjecti essent, forum declinasse, inter Ordines Holsatiæ olim comparuisse. *Vide Thuan. libr.* 45. Etsi autem lis ista demum anno 1618. definiebatur: Daß besagte Stadt/ Ihrer Kayserl. Majest. und dem H. Reich ohne Mittel zuständig unterworffen und verwand/ auch von männiglich dafür zu erkennen/ und deßwegen Sie Bürgermeister und Rath/ des Reichs Anlagen/ Steur und Bürden zu leisten/ auch derselben Anstand zu bezahlen schuldig/ und zu solchen allen zu condemniren und zu verdammen seyn/ &c. *Limn. add. lib. 7 cap.* 23. Tamen ab hâc sententiâ anno 1619. revisio petita illaque pendente anno 1621. convenere: Daß Sie bey dem Fürstlichen Hause Holstein in unterthänigster und gehorsamer devotion stehen und bleiben/ als das guten Leuten gebühret/ und wohl anstehet/ auch deswegen nach Ihrer Kön. Majest. in Dennemark tödtlichen Hintrit/ wofern immittelst die revision nicht erörtert wird/ Ihrer Durchl. dem Herrn Printzen und also successivè Ihrer Königl. Majest. Erben/ wie auch dem Hertzogen zu Holstein Gottorpischer Linie/ so pro tempore allerseits Regirende Hertzogen zu Holstein seyn werden/ nechst vorhergehender assecuration, wie hievor geschehen/ die gewöhnliche Huldigung und Annehmung würklich leisten/ und præstiren wollen / und also vorigen zwischen der Holsteinischen Landsfürstlichen Herrschafft/ und denen von Hamburg vorhin auffgerichteten recessen, und andern in Händen habenden documenten hierdurch/ durchaus nichts benommen seyn solte. *Lundorp. tom. 2. act. publ. lib. 8. tract. 2.*

Res Poloniæ. XXI. In Polonia rerum potiebatur, paulò ante defun-

cto Alexandro Sigismundus I. anno 1506. Hic urbem ac ditionem Smolensco ad Borysthenem amisit perfidiâ Michaëlis Glinskii, Mosco eam tradentis: Cum Borussis, & Alberto Marchione, Ordinis Teutonici Magistro bellum aliquot annis gessit, donec se Polonis subjiceret. Res paulò altius repetenda, Prussia, quæ & Borussia, regio trans Vistulam ad Mare Balthicum porrigitur, Teutonicorum Equitum Ordini sub Henrico VI. Friderici Ænobarbi filio instituto olim paruit: Sed cùm ejus clientelam Poloniæ Reges sibi vendicarent, ut quæ extra Germaniæ limitem sita sit, & Sarmatiæ Europææ finibus includatur; Germani verò Imperatores ad se pertinere contenderent, diu bellis certatum est. Tandem Teutonici Equites magno prælio victi, fidem Casimiro Sigismundi I. Patri per jusjurandum dederunt. Sed cùm Albertus Brandeburgicus Sigismundi Sororis F. Ordinis Magister stare prædecessorum jurijurando nollet, rursus gravi bello se implicuit. Cui gerendo cùm auxilia à Cæsare & Germanis, quorum de jure agebatur frustra exspectarentur, omni ope destitutus pacem cum Avunculo contractam in occasionem privatim sibi consulendi vertit. Nam ex Ordinis Magistro à Polono, cujus se clientelæ credidit, Prussiæ Dux creatus est, statimque mutatâ religione voti vinculum solvit, ductâ Uxore Dorotheâ Friderici Daniæ Regis F. & provinciam, quam anteà ususfructûs titulo obtinebat, jure proprietatis possidendam ad heredes transmisit. *Thuan lib.* 1. *Ius Poloni in Prussiam.*

XXII. Hoc ergò præcipuè allegabant Poloni, pactum nempe Casimiri, Sigismundi Patris, quo Jurejurando obsequium, tanquam Principi suo, firmaverant Equites. Deinde Jusjurandum Alberti ipsius, quo promisit ea omnia facere, quæ fidelem beneficiarium atq; clientem decent erga Polonum tanquam feudi Dominum. Insuper Prussiam post hominum memoriam, & inde ab eo tempore, quo religione *Poloni intentio.*

Christiana primum imbuti fuerunt, & jure belli, & pactionibus multis ad Poloniam pertinuisse. Contrà Magister Ordinis Prussiam ditionis imperii esse docebat. Nempe quod fuerit institutus in barbaros, qui Christianos per Asiam & Africam vehementer affligebant. Massoviæ autem Dux Conradus, graviter à Prussis afflictus, Ordini Teutonico Prussiam omnem dedisse occupandam, donationem Friderico II. Imperatore confirmante, Anno 1226. eamque per annos 53. vix ab Ordinis Equitibus fuisse subactam, inde Episcopatibus, atque Collegiis aliquot arcibusque ac urbibus exornatam permansisse in potestate Ordinis usque ad annum 1450. Porrò transactione Torunii factâ Ladislaum Polonum ab omni lite discessisse, neque se Prussiæ Dominum aut hæredem vocasse, successoresque omnes obligasse, ut intra anni tempus ab accepta potestate jurent, se ratam habituros hanc pacem. Sed servatam non fuisse ultra 14. annos, quin post id temporis magnam partem Prussiæ vi occuparent. Cui Conjurationi accessisse Casimirum Regem, eoque adegisse Magistrum, qui tum erat Ordinis, ut juratò obligaverit se successoresq; suos, quo intra sextum mensem, ab inito Magistratu, Poloniæ Regem adirent, & per jusjurandum, pro Domino agnoscerent. *Vide orationem Magistri apud Sleid. lib. 20. sub initio.*

Depulsio Magistri Ordinis.

XXIII. Utuntur Poloni Reges etiamnum titulo Regum Sveciæ. Johannes enim III. Svecorum Rex duxit Catharinam, Sigismundi I. Poloni filiam, genuitque Sigismundum III. regni Sveciæ hæredem, qui Jagellonidis Poloniæ Regibus extinctis, propter maternum genus Rex Poloniæ electus est. Anno verò 1594. Sveciam ingressus, ad capessendam ejus regni hæreditatem de jurisjurandi capitibus convenire non potuit, cum Proceribus regni. Rex enim qui legatum Pontificium, Franciscum de Mala-Spina secum advexerat, Pontificiæ religionis exercitium etiam in ædibus Sacris Sveciæ,

Reges Poloniæ quo jure titulum præscribant Regni Suecici. Sigismundus III. Rex Poloniæ & Sueciæ,

Holmiæ in primis postulabat, & à Legato Romani Pontificis coronari, quod more Majorum ad Archi-Episcopum Upsaliensem spectabat, sed Lutheranæ religioni addictum. Quæ quidem composita tum sunt, remittente de suo jure Sigismundo. Itaque cùm jurasset Upsaliæ, se privilegia conservaturum, militem externum non introducturum, & solam Augustanam confessionem in Sveciâ admissurum, coronatur tum quidem: Sed quia posteà arguebatur, non stetisse pactis, externumque militem non abduxisse, Jesuitas etiam introducturus fuisse, exauguratur, Karolo patruo suffecto. *exauguratus à Svecis*

XXIV. Pannoniæ seu Hungariæ regno potiebatur Uladislaus II. Jagellonis ex Casimiro filio, Poloniæ Rege Nepos. *Rex Hungariæ.* Hic cum Imperatore Maximiliano I. cui jus per conventionem inter Patrem Fridericum III. Imperator. & Matthiam Corvinum Regem Ungariæ Odenburgi factam in regnum quęsitum erat, pactum Posonii anno 1491. de successione Austriacorum in regnum Hungariæ renovavit, cum consensu omnium Regni ordinum, cœpitq; tum ex pacto Maximilianus titulum sibi Regni Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæq; præscribere. *Pactum cum domo Austriacâ de successione in regnũ Hungariæ.* Defuncto autem Uladislao controversia Ferdinando I. anno 1526. mota fuit de successione à Johanne de Zapoliâ, Comite Zepusiensi, & Transsylvaniæ Weivvodâ cliente Turcico. *Ferdinando I. de successione movetur controversia.* Atque ita duobus Regibus Hungariæ creatis, Johannes ad Turcum receptum quærebat. Sed Ferdinandus cum exercitu cui Ducem præfecerat Casimirum, Marchionem Brandeburgensem in Hungariam profectus, aliquot oppida, castella, & arces occupavit, & regni Proceres ad comitia evocavit. Ibi de Jure Ferdinandi copiosè disceptatum. Ferdinando objectum; pacta Odeburgica de futurâ successione fuisse, adeoq; jure Civili & Canonico improbata. *Eius rationes ex parte Iohannis de Zapoliâ.* Deinde Ordines regni non consensisse his pactionibus. Porrò ipsam Odeburgicam conventionem non loqui, nisi

de Fri-

de Friderico Imperatore, eoque mortuô, de filiis ipsius, quem eorum electuri forent Ordines. Jam morte Ludovici Regis neque Fridericum Cæsarem, neq; Filiorum ejus quenquam superfuisse. Adeoque pacta conventa, quæ strictè interpretanda, exspirasse, loquentia de filiis, non de Nepotibus. *arg. §. fin. Institut. de leg agn. tut.* Imò tempore morientis Matthiæ, ne quidem in rerum natura fuisse Ferdinandum. Denique Imperatores Fridericum & Maximilianum tacitè videri renunciasse pactis, ex quo post mortem Matthiæ Regis passi fuerint Ordines regni uti liberrimâ electione, sibique creare Regem Ludovicum. Quibus ex parte Ferdinandi replicatum: Concessionem hanc minimè esse de successione futura, sed de successionis jam competentis Friderico suspensione, quâ Fridericus promisisset, se Matthiæ vitio creato Regi, ejusque descendentibus cessurum regno, donec ejus familia esset extincta. Quin nec ejusmodi pactionem omnem omninò jure reprobari, quâ de quæstione tractat *Alexander de Imolâ in l. stipulatio hoc modo concepta ff de V. O. Iason in l. fin. C. de pact. Hart. Pist. libr. 4 q 1. 2. 3. 4. 5. 6. Heig p. 1 q. 23.* præcipuè cessare Regulam illam inter milites prohibitivam. *l. 19. C de pact. Hotom. 1. cons 72. n. 33* Nihilque esse receptius, quàm ejusmodi pacta hæreditaria Erbverbrüderungen / quibus illustrium personarum hæreditas, alterutrâ stirpe exstinctâ, alteri destinatur. *P. Heig. p. 1. q. 11. H. Pistor. lib. 4. q. 2. num. 19. cum seqq. Rad. Forner. libr. 4. rer. quot. cap 7.* Quibus omnibus accedere Confirmationes Pontificis & Imperatoris. Sed & certũ esse apud Interpretes juris civilis, nomine filiorum etiam Nepotes comprehendi, *per text. in l. si pactum ff. de probat. l. veteris C. de contr. & comm. stip. l. cum avus ff. de Cond. & demonstr. Barthol. in l. liberorum ff. de V S. & in l. si quis filiabus & seqq ff. de Testam. Tutel. l. uxorem Concubinæ ff. de legat. 3. l. filium ff. ad Sct. Maced. l. Senatus ff. de R. N.* In §. autem opposito singularem

Rationes pro Ferdinando.

rem

rem esse rationem, quòd verbis istis Testatoris gravetur tutor, pupilli autem non intersit fieri extensionem. Ideò strictè ibi accipiendam esse filii appellationem. Allegabatur insuper electio Ferdinandi Posonii facta anno 1557. Denique jus hæreditarium uxoris Ferdinandi, Annæ Uladislai filiæ. Jus enim & consuetudinem per 100. inde annos roboratum esse, ut Rege Ungariæ sine masculis mortuo, regnum illud deferatur fœminis, & ex his cognatis: Reperiri hac de re casus ad minimum V. vel VI. Sic Regi Stephano successisse Petrum, ex Sorore Stephani natum. Item Abbam per Uxorem, Stephani I. Sororem regno potitum, Ludovico I. filia Maria successit, quæ post Sigismundo Imperatori nupta. Sigismundo denique in regno Hungariæ successit Elisabetha, filia, quæ ubi nupsit Archiduci Alberto, inaugurationem cum jure regni ei, ceu fructum dotis attulit. Et quamvis non deessent, quæ hisce obtenderentur ex parte Johannis Weivvodæ, pervicit tamen Ferdinandi causa, isque ad Albam Regalem insignia regni Hungarici adeptus est.

Regni Hungariæ fœmina cap.

XXIV. An. 1594. Transsylvaniæ dominus Sigismundus Batorius per legatos ad Cæsarem impetravit, omnimodam abdicationem petitionum Regibus Hungariæ adversus Transsylvaniam conpetentium: ita ut Princeps & omnis ejus per lineam rectam descendentes potestate libera Principes essent, Deficientibus autem Descendentibus à se natis, omnes ad Transsylvaniam spectantes provinciæ ad regnum Hungariæ redirent, Rege Hungariæ ad hoc solùm obligato, ut dotem congruam filiabus, si quæ sint, Transsylvanicis solveret. Itemque titulum ferret Principis Imperii, sine suffragio tamen & sessione. Atque ità ex cliente turcico ad Imperium rediit Transsylvania.

Transsylvania redit ad Imperium.

HENRICI. I. VII. REGIS ROMANORUM PRIVILEGIUM.

Anno Christi 1311.

Quo confirmantur omnia jura & Possessiones Ordinis in Pomerania, aliisque terris, quas legitimo Emptionis, aut alio justo acquisitionis titulo ipse jam possidet, aut in posterum adipisci poterit.

HEnricus DEI Gratia Romanorum Rex semper Augustus, universis Sacri Romani Imperii fidelibus, præsentes literas inspecturis, gratiam suam & omne bonum.

Regalis Providentia illos consuevit bonis prævenire potioribus, & spiritualibus honorare beneficiis, quibus institutionis suæ primordium Divorum antecessorum nostrorum Imperatorum Romanorum, & Regum infallibiliter autoritas condidit & donavit. Tunc enim Virtutis & rectitudinis cultum exequimur, cùm bonorum actuum eorundem antecessorum nostrorum formam & calcaneum observamus.

Sacrum igitur & DEO dicatum ordinem Sanctæ Mariæ Theutonicorum, Plantulam Imperii, purissimis affectibus amplectentes, in operibus virtuosis Religiosorum Virorum, quos idem Ordo producit, multipliciter delectati, spe retributionis æternæ, ac obtentu devotorum & fidelium servitiorum, quæ per Religiosos Viros Fratrem Conradum de Gundelfingen Commendatorem provincialem per Franc & quosdam alios Con-fratres suos, ex parte Ordinis nobis exhibentur, ad præsens in partibus Italiæ laudamus, confirmamus in perpetuum eisdem Fratribus, & Ordini suo omnia bona; jura, omnesq; possessiones, quocunque vocentur nomine, cum omni utilitate & honore ipsorum in terra Pomeraniæ, quas aut quæ legitimo Emptionis aut alio justæ acquisitionis titulo jam possident, aut in posterum poterunt adipisci. Concedentes iisdem Fratribus, qui pro tempore fuerint, Iurisdictionem ac merum & mixtum Imperium exercendi, monetas cudendi, prout hactenus consuetum

suetum est observari, ac constituendi, & destituendi plenam liberam potestatem. Et, ut amplioris dona gratia de legali largitione se percepisse gaudeant, mineras salis, & omnium metallorum locis terra prædicta ad ipsos Fratres pertinentibus adpræsens, vel quæ in posterum pertinebunt, ut præmittitur, inventas, aut inveniendas, donamus liberaliter Fratribus & Ordini prænotatis: Salvo tamen Iure, & honore Imperii in omnibus supradictis. Cujus rei testes sunt.

Venerabiles, Balduinus Treverensis Archiepiscopus, Germanus noster.

Theobaldus Leodensis
Philippus Aistetensis, &
Gerardus Constantiensis } *Ecclesiarum Episcopi.*

Ac Illustres, Lupoldus Austriæ & Stiriæ, & Amedejus Comes Subaudiæ } *Principes nostri dilecti.*

Nec non spectabiles & Nobiles viri {
Waltherus de Latzenburg Frater noster,
Weinherus de Herenberg
Rudolphus de Werdich, &
N. de Katzenellenbogen } *Comites.*

Anshelmus & Henricus de Rapoltstein,
Hugo de Geraltzecken, & quamplures alii fide digni.

Et, ut omnia præmissa, rata & inconvulsa permaneant, Præsens Scriptum exinde conscribi, & nostro Magistatus sigillo jussimus roborari. Datum in castris ante Brixiam, quarto Idus Iulii, Indictione nona, Anno Domini millesimo, trecentesimo undecimo, Regni verò nostri anno tertio.

Ego Frater Henricus Tridentinus Episcopus, Sacræ Imperialis Aulæ Cancellarius, vice Domini Henrici Coloniensis Archiepiscopi, Sacri Imperii per Italiam Archicancellarii, recognovi.

CAROLI IV. IMPERATORIS AUGUSTI LITERÆ.

Anno Christi 1357. Quibus confirmantur quoque omnia Privilegia, Possessiones, Jurisdictiones, atque jura, cùm à Divo Friderico secundo, aliisque Romanis Imperatoribus ac Regibus, tùm à Sede Apostolicâ Summisque Pontificibus Ordini concessa & confirmata.

IN Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis fæliciter Amen. Karolus IV. divina favente Clementia Romanorum Imperator semper Augustus, & Bohemiæ Rex, ad perpetuam rei memoriam.

Ad apicem Cæs. Maj. assumtus, & eminentis dignitatis gloria redimitus, tanto magis amplioris diligentiæ studio, tantoque graviori libertatis officio superintendere convenit gratiosè, ut inter cæteras subditas Nationes, quas exaltationis adornari honore, aliisq; beneficiis, muneribus congruit præveniri, illorum status & conditio magnificenter uberius & consolationis singularis impendio suportetur, quanto plus vita ipsorum insignior religionis observantia, & fructu salutarium operum decorata, universalem Dominici Regis Aulam illuminat, & currentibus in stadio rectum iter insinuat, quoad Salutis thronum facilius pervenitur.

His sanè per Imperialem nostram Serenitatem attentis, & in examen providæ rationis adductis, Religiosus Magistrum, & Fratres Ordinis Hospitalis beatæ Mariæ Domum Teutonicæ Hierosolymitani viros & Imperii devotos, quorum vita laudabilis, & observantia regularis, se conspectibus omnium exhibent salutares, & ad Imperatoriæ Majestatis honorem eos reddunt in opportunitatibus omni benevolentiæ studio promtiores, si specialis amoris zelo prosequimur, sic ad ipsorum incrementa profectuum synceris mentibus excitamur, & Ordinis & Religionis eorum, qui ex pia largitione claræ memoriæ Divorum quondam Imperatorum, & Regum Romanorum Illustrium, prædecessorum nostrorum, & no-

& nostro divino pullulaverunt munere, & pullulantis de præsenti procuramus honorem & Commodum, & quæ ipsorum exaltationem & status augmentum respiciunt, liberalitatis Cæsareæ beneficio prosequimur. Et ob hoc pro parte Religiosorum ipsorum nomine dicti Ordinis oblata Majestati nostræ per religiosum Christianum de Binsfelt Commendatorem Domus in Confluentia dicti Ordinis, Nuncium eorum specialiter ad hoc missum, devota petitio continebat super pluribus variis & diversi sui & ipsius Ordinis juribus, honoribus, Iurisdictionibus, immunitatibus, libertatibus, prærogativis, Gratiis, donationibus, largitionibus & concessionibus, quæ tàm à nonnullis Imperatoribus & Regibus Romanorum Præfatis, & specialiter à celebris recordationis Divo olim Friderico Secundo Imperatore, Regeq; Siciliæ Magnifico, prout per Privilegium ipsius nostræ Imperiali Majestati exhibitum, & per nos etiam sub titulo Romanorum Regis confirmatum, cujus ad abundantiorem cautelam tenor submittetur inferius, vidimus contineri, quàm à Sede Apostolicâ summisq; Romanis Pontificibus donata sibi & ejusdem ordini, & concessa habeant, ac etiam conformata, eadem privilegia seu indulta, nec non & illa omnia & singula, quæ continentur in ipsis, sub titulo nostro Imperiali innovare, approbare, & de novo concedere de innata clementia dignaremur. Cujus quidem Privilegii Friderici Secundi pridem in Privilegio nostro Regali inserti tenor per omnia dinoscitur esse talis.

Fridericus Secundus, divina favente Clementia Romanorum Imperator semper Augustus, & Rex Siciliæ, Inter alia pietatis opera, &c. ut suprà.

Nos igitur, qui in devotione Personarum dicti Ordinis, in quo, autore DEO, viget Spiritualis vitæ sanctimonia, & observantia regulari plurimum delectamur, attendentes perpensiùs, quanta nobis æternæ retributionis præmia lucri facere poterimus, si divinis institutionibus, in augendo venerabilium, & piorum locorum commoda, sinceris affectibus pareamus; & volentes di-

ctorum Religiosorum supplicantium desideriis grato exauditionis assensu favere, omnia & singula privilegia & indulta ipsis & eorum Ordini sive à prædecessoribus nostris supra dictis; nec non contenta in illis de verbo ad verbum, ac si præsentibus inserta forent, super quibuscunq; rebus, bonis, possessionibus, immunitatibus, Gratiis, prædiis, juribus, Iurisdictionibus, honoribus, libertatibus, servitiis, præstationibus, largitionibus, donationibus aut concessionibus, sive à Sede Apostolica, sive à nostra Celsitudine donata vel concessa sint, aut etiam confirmata, & specialiter per Privilegium Friderici præfati: Nec non & illa jura vel res, in quarum possessione dicti fratres nomine præfati Ordinis esse per injuriam aut violentiam desierint, lapsu alicujus præscriptibilis temporis non obstante, innovamus, approbamus, & ex certa scientia confirmamus, ac de novo & speciali favore concedimus & largimur, de Imperialis plenitudine potestatis, inhibentes expressè sub pœnis infrà scriptis, ac volentes omninò, ne de cætero aliqui Principes, Ecclesiastici, vel Seculares, Duces, Marchiones, Comites, Vice-Comites, Barones, Vicarii, Advocati, Burggravii, Capitanei Rectores, Officiales, Vniversitates Civitatum seu locorum quorumcunq; nostræ Imperiali Ditioni subjectorum, aut aliorumq; sublimes vel parvæ personæ, cujuscunque status, gradûs, præeminentiæ, aut Conditionis existant, in Præmissis privilegiis seu indultis, aut in libertatibus, gratiis, rebus, juribus, Iurisdictionibus, honoribus, largitionibus, concessionibus, & donationibus seu confirmationibus quibuscunque, contentis in propriis seu in quocunq; alio jure pertinente ad Ordinem & Fratres eosdem, ipsos impediant vel molestent, publicè vel occultè, seu per alios impediri, aut turbari vel molestari quocunq; ingenio vel colore quæsito permittant; Sed prædicta privilegia seu indulta, ac omnia & singula suprà expressa, eis illæsa & illibata efficaciter teneant & observent, sub pœna perditionis omnium privilegiorum & libertatum, seu jurium suorum, tam eis, quàm prædecessoribus seu progenitoribus oorum, concessorum quoquo modo,

quæ à nobis & Sacro Imperio hi, qui in præmissis delinquent, obtinere noscuntur, quam infligemus eisdem, postquam ipsos in his nobis deliquisse constabit, nec non sub pœna ducentarum Marcarum auri boni componendarum, quàm immediatè toties etiam, quoties idem delinquens contrafecerit; Se graviter noverit incursaturum, quarũ medietas fisco nostro Imperiali, reliqua verò medietas passorum injuriam usibus veniat, applicanda; pœnas alias graviores pro Imperiali motu infligendas, juxta qualitatem delicti meritò formidandas.

Decernimus nihilominus irritum & inanè, quicquid contra prædicta, vel aliquod prædictorum à quoquam quavis temeritate vel per injuriam contigerit quomodolibet attentari.

Signum Serenissimi Principis & Domini, Domini Karoli IV. Romanorum Imperatoris invictissimi, & gloriosissimi Bohemiæ Regis.

Testes hujus sunt

Venerabiles { Gerlacus Moguntinensis Archiepiscopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius.
Wilhelmus Colonensis Archiepiscopus, Sacri Imperii per Italiam Archicancellarius.
Boemundus Trevirensis Archiepiscopus, per Galliam Archicancellarius. }

Et aliorum Principum, Baronum & Procerum multitudo præsentium, sub B. Aurea typario nostræ Majestatis impressa testimonio literarum. Datum Nürnberg anno Domini millesimo, trecentesimo quinquagesimo quarto, Indictione nova quarto Nonas Ianuarii Regnorum nostrorum anno decimo, Imperii vero primô.

Ego Iohannes DEI gratia Lucomiensis Episcopus Sacri Imperii Aulæ Cancellarius, vice Reverendi in Christo Patris, Domini Gerlaci Moguntinensis Archiepiscopi, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarii, recognovi.

DIS-

DISSERTATIO II.

DE CAUSIS ET CONTROVERSIIS ILLUSTRIUM FAMILIARUM CIRCA ELECTIONEM IMPERATORUM.

RESPONDENTE
ADOLPHO von der Kuhla/ Nobili Bremensi.

I.

Maximilianus I. obit.

VIsis præcipuis Europæ Regnis, quoque erant statu sub initium seculi decimi sexti currentis, ad Imperium nostrum revertimur, quod vacuum reliquerat obitu Maximilianus I. Imperator Anno 1519. Idibus Januarii Welsii, oppido Austriæ, ex hac vita discedens, annos natus sexaginta. Quo defunctô erant Principes Electores Septemviri, Albertus Cardinalis, titulo S. Chrysogoni, Archiepiscopus Moguntinus & Marchio Brandenburgensis. Hermannus Comes à Weda, Archiepiscopus Coloniensis, Richardus, ex familia derer von Greiffenklau/ Trevirensis. Ludovicus Comes Palatin⁹ Rheni; Fridericus Saxoniæ Dux: Joachimus Brandeburgicus Marchio: Bohemiæ regnum tenebat Ludovicus Rex Ungariæ. Ad hos septem Lege Karoli IV. quam auream Bullam vocant, potestas eligendi Imperatorem pertinebat. Lege inquam Karolinâ. Jam inde enim ab extinctâ Karoli M. familiâ successio Imperii fuit hæreditaria; ita ra-

Principes Electores tum temporis.

Imperium à Karoli M. tempore successivum.

ita tamen, ut si fortè deficerent descendentes, vel alia gravi de causâ, electio ad designandum successorem in suppetias veniret. Tempore Heinrici IV. facta primum constitutio, quæ extat apud Goldastum, tom. 1. fol. 238. de electione in futurum in hæc verba: Decreta Comitiorum Forcheimensium de lege Regia, & ne Imperium procedat successione, sed electione; Statuta à Rudolpho Rege ab Archiepiscopis, Episcopis, Ducibus, Comitibus, Majoribus & Minoribus Electo in Conventu apud Forcheim, Anno Domini MLXXVII.

Imperatore Henrico IV. constitutio de electione facta.

Formula Constitutionis.

Saxones & Svevi Forcheim conveniunt; sed de aliis regionibus Legati aderant; quicquid isti de Republ. commodè definierint, idem laudare suos indicant. Aderat etiam Legatus Apostolici, qui cuncta, quæ de Regno Principes utiliter disponerent, Apostolicæ sublimitatis auctoritate firmaret. Ex multis, quos probitate dignos in electione proposuerunt, tandem Rudolphum Ducem Svevorum Regem sibi Saxones & Svevi, concorditer elegerunt.

2. *At cum singuli deberent eum Regem laudare, quidam voluerunt aliquas conditiones interponere, ut hac lege eum super se levarent Regem, quatenus sibi de suis injuriis specialiter promitteret justificationem. Otto namque Dux non prius volebat eum sibi Regem constituere, nisi promitteret sibi honorem injustè ablatum restituere. Sic & alii multi suas singulares causas interponunt, quas ut ille se correcturum promitteret, volunt. Quod intelligens Apostolici Legatus fieri prohibuit, & ostendens eum non singulorum, sed universorum fore Regem, ut universis justum se promitteret, satis esse perhibuit. Ait etiam, si eo modo, quo cœptum fuerat, promissionibus sigillatim præmissis eligeretur, ipsa electio non sincera, sed hæresis Simoniacæ veneno polluta videretur.*

3. *Tamen quædam sunt ibi causæ specialiter acceptæ, quas quod injustè viguerant, deberet emendare: Scilicet ut Episcopatus non pro precio, nec pro amicitia daret, sed unicuiq; Ecclesiæ de suis electionem (sicut jubent Canones) permitteret.*

4. *Hoc*

4. *Hoc etiam ibi consensu communi comprobatum, Romani Pontificis Auctoritate est corroboratum, ut Regia potestas nulli per hreditatem, sicut ante fuit consuetudo, cederet, sed filius Regis, etiamsi valdè dignus esset, per electionem spontaneam, quam per successionis lineam, Rex proveniret: Si verò non esset dignus filius, vel si nollet eum populus, quem Regem facere vellet, haberet in potestate populus.*

5. *Hæc omnia legaliter constituta in Conventu apud Forcheim, anno Dominicæ incarnationis* M. LXXVII. *anno* IV. *Venerabilis Papæ Gregorii in hoc nomine Septimi, Indictione XV. Idibus Martii.*

Hæc ita commemorat Bruno *in Histor. Belli Saxonici, pag.* 134. *& seq* qui quidem Bruno cum Episcopo suo Constantiensi ipse Conventui interfuit. Hujus Conventus & Decretorum etiam meminit Paulus Bernriedensis *in vita Gregorii Papæ VII. pag.* 214. Ita in posterum hereditaria successio sublata est. Electio verò non ab aliquot Principibus, sed à cuncto populo tum, nempe Principibus, Episcopis, Nobilibus, sed & Civitatibus peragebatur. Quidquid hîc contrà moliatur *Bellarm. libr.* 3. *de transl. Imp.* negando, hanc potestatem olim competiisse populo. Cui abunde satisfacit nunquam satis laudatus Lehman. *Chron. Spir.* Et quamvis inveteratâ opinione vulgò creditum sit, ab Ottone III. Imperatore & Gregorio V. Pontifice septem Electores institutos; id tamē satis certum non est, & jam olim post Aventinum, sive Cario, sive Peucerus *Chron. lib.* 4. Centuriarum Scriptores Magdeb. *Cent.* 10. *cap.* 76. Calvis. *Chronol. ad annum* 998. Onuphrius Panvinius Veronensis, *frater Eremita Augustinianus, libello de Comitiis Imperii, cap.* 6. in dubium revocavit, cui jungi potest Lehemannus idem *lib.* 5. *cap.* 7. Sanè diu post Ottonem duravit mos eligendi vetus, ut omnes Imperii Principes, sacri, profani, Prælati, & Comites ad electionem futuri Regis convocarentur,

Imperium R. ex hereditario electivum Electioni an interfuerint Civitates.

Electorum origo non ab Ottone III. & Gregor. V. Pap.

Certior sententia.

carentur, & non modò eorum Consilio Septemviri Principes uterentur in personâ idoneâ eligendâ, adeoq; jus nominandi,&c,ut tum loquebātur,prætaxandi, id est, προβουλευμάτων ipsis esset; Verum etiam ut ab omnibus approbaretur,quod omnes concerneret. *Ecco de Repkau in Spec. Sax. libr. 3. art. 57. §. ult. Alb. Abbas Stad. in Chron. anno* 1240. *Wippo Kunradi II. Imperat. Kapellanus, in vitâ Kunradi Salici Imp. Gevvold. cap. 6. num. 70. & cap. 7 num. 20 Rogerus ab Hoveden annal. p. 2. Baron. ad ann. 966 num. 56. & seqq. Goldast. Bohem. lib. 3. cap. 5 p m. 287.* sub Friderico demum II. cœpit ad Pauciores restringi electio, donec consuetudine penes hos septem ob præcipuam eorum auctoritatem & officiorum Cæsari debitorum dignitatem, fortè & potentiam remansit. Ad quàm consuetudinem expresse provocat Karolina Sanctio. Dissentit *Simon Schard. lib. pec. hac de re in Syntag. de Imp. Iurisd. tract. ult. & apud Goldast. Pol. Imp p. 1. fol.* 39.

II. His itaque Septem competit jus eligendi Imperatorem. At ut universis, an verò ut singulis? Plerisq; contra Cardinalem Hostiensem *in cap. Venerabilem X de Elect.* videtur, quod universis. *Gæden apud Goldast. polit. Imp. p. 213 Lupold. de Bebenberg. c. 6. Onuph de Comitiis Imp. Tit. Verior Septemv. Imp. Elect.* Sed quidquid de Hostiensi sit, tot sunt individui & singulares actus, designantes futurum Imperatorem, id est, electiones, quot sunt Electores suffragantes: Aliàs sequeretur singulos Electores pto septimâ duntaxat parte conferre ad electionem, quod absurdum, cum electio, ut actus immaterialis & individuus, non recipiat partes quantitativas, si ergo non pro quotâ parte eligant singuli, singuli in solidum eligent. Nec movent, quæ in contrarium afferuntur. Quod enim primò causantur, hoc non concesso fore, ut singulorum Electorum consensus in unâ eâdemque personâ concurrere debeat; cum tamen sufficiat, majorem partem consensisse,

Electoribus an ut universis, an ut singulis electio competat.

Defenditur Hostiensis.

Objectio I.

 parùm

Responsio. parùm officit. Non enim ſequitur, ſeptem ſingulis eligentibus, in unam perſonam conſentiri oportere. Nam ſeptem ſuffragia requiruntur, non ut partes integrales, unius electio-

Objectio II. nis; Sed ut totidem electiones. Minus adhuc facit ad rem, quod electio non fiat extra collegium; Perinde enim eſt, ac ſi dicerem; Septem teſtes ad actum teſtandi adhibiti ſua nomina non ſubſcribunt extra locum teſtamenti faciendi, Ergò ſcribunt ut univerſi, non ut ſinguli. Aut ita: Profeſſores non docent publicè extra auditorium; Ergò docent ut univerſi.

Reſponſio. Itaque quod Electores non poſſint extra collegium, fortè domi ſuæ, per ſcripturam ſuffragari, non propterea fit, quod electio non ſit ſingulorum, ſed quod lex ad formam externam electionis requirat præſentiam ſingulorum corporalem, quemadmodum in adhibitione ſeptem teſtium lex pro formâ requirit, ut in uno loco præſentes ſubſcribant: Utrobique ob ſuppoſitionem falſi cavendam. Non igitur confundi hæc oportebat, quæ fiunt ab Univerſitate, ut unâ perſonâ civili, ex multis individuis phyſicis abſtractâ, & quę fiunt ab ſingulis unius Univerſitatis, ſeu univerſiate, ut ſingulis. Diſtinctio autem inter Electionem, & ſuffragationem nihili eſt. Differunt enim in præſenti, non re, ſed modo, quatenus ſuffragium ſimul denotat eligendi modum. Qui enim Septemvir voluntatem ſuam creandi Imperatorem exprimit, quod eſt eligere, is per verba nuncupata (non per fabas, globulos, tabellas, calculos ut alibi) ſuffragatur; Et qui ita ſuffragatur in præſenti negotio, is verbis declarat mentem ſuam, de eo, quem Imperatorem fieri velit, quod eſt eligere. Diſtinguendum potiꝰ erat, inter electionem, ut ſignificat quandam præceptionem certi individui imperaturi, & ut denotat ejusmodi electionis effectum, nempè Imperii in electum hoc modo applicationem, electionis publicationem, & executionem. Illud fit à ſingulis pluribus: Hoc à collegio, ceu uno.

III. Eli-

III. Eligunt hi ſeptem vi & virtute regni, & Principatuum ſuorum *A. B. C. tit.* 7. ita nempè, ut legitimè acquiſito Electoratu, ipſo jure jus eligendi competat. Electoratus adquiritur vel ſucceſſione, vel novâ inveſtiturâ. Hoc modo Eccleſiaſtici Electores conſtituuntur, eoque ſolo. Etſi enim Electoria dignitas Archiepiſcopis confertur, competit tamen ea ipſis ut Principibus Imperii, atque adeò capituli Electio, Præſentatio, Confirmatio, Conſecratio, Pallii collatio ut Conditiones perſonæ, jus & dignitatem acquiſituræ, electio quidem ut neceſſaria, reliquæ ùt communiter accidentes antecedunt. Ideòque Electus Archiepiſcopus, poſtquam inveſtitus, ut vulgò loquimur, eſt, licet confirmatio & conſecratio nondum acceſſit, jure electorio ritè fruitur. *Mynſing cent.* 5. *O.* 58. *Buxtorf. ad A. B. C. theſ.* 18. *lit. D. Dn. Carpz. Diſput. feud.* 3. *q.* 4. *num.* 41. Nec moramur concordata, quæ dicuntur, Nationis Germanicæ, inita inter Fridericum III. & Nicolaum V. Papam, de quibus paulò inferius. Porrò eâdem inveſtiturâ opus eſt, & in ſecularibus Principibus quoties electoratus ad Imperium, quomodocunq; vacans revertitur. Recidit enim ad Cæſarem libera poteſtas cuiquam alii Electoratum conferendi, niſi jam ante ſpes alicui facta, quæ expectativa dicitur, fore, ut feudo aperto potiatur. *Bocer. de Regal cap* 4. Succeſſione autem uſitatè Electoratus ſeculares transferuntur. Nititur ſucceſſio jure primigenituræ *A. B. C. cap.* 7. *ibi: Poſtquam Principes Electores ſeculares, & eorum quilibet eſſe deſierit, jus, vox, & poteſtas electionis hujusmodi ad filium ſuum primigenitum ſimiliter laicum, liberè, & ſine contradictione cujusquam devolvatur. Si verò primigenitus hujusmodi absq; legitimis heredibus, maſculis legitimis, laicis, ab hac luce migraret, virtute præſentis Imperialis edicti, jus, vox & poteſtas electionis prædicti ad ſeniorem fratrem laicum per veram Paternalem lineam deſcendentem, & deinceps ad illius primigenitum laicum devolva-*

Electores eligunt vi Principatuum ſuorum.

Electoratus quomodo adquiritur.

An Archiepiſcopus nondum confirmatus eligat.

Succeſſio in Electoratu quomodo habeat?

 volva-

volvatur. Quâ ſanctione ſucceſſio, quam Feudiſtæ ex jure Francorum nominant, inducitur, cujus hæc ſit conditio, ut ſemper major natu minori, & maſculus Fœminæ præferatur in ſucceſſione indiviſa. *Vide lib. 4. conſt. Sicul. Tit. 27. ubi And. de Iſerniâ.*

An nepos, an Filius ſecundo genitus ſuccedat avo?

IV. Tranſit itaque Electoratus ad defuncti Filium primigenium. Quid verò ſi ille morte præventus caſum paterni obitus non attigerit, utrum nepos avo, an filius ſecundo genitus ſuccedent? Inquit Sanctio: *ad Primogeniti primogenitum liberè & ſine contradictione ſucceſſionem devolvi; Indiſtinctè & generaliter*, ut non interſit, vivo patre, an poſteà, poſſeſſo jam principatu, an ſecus extiterit caſus, non jure repræſentationis, quâ in patris jus primigenituræ ſuccedat; Sed jure primigenituræ ſuæ proprio, quo momento nativitatis jus ſuccedendi legis diſpoſitione, non tempore demum delatæ ſucceſſionis adquiritur. Quid ſi primigenitus iſte absque deſcendentibus maſculis decedat? Reſpondet lex Karolina; Electoratum per veram paternalem lineam deſcendentem devolvi ad ſeniorem Fratrem laicum; Cujus? Proximè ſcil. dicti primogeniti & ut Germanica habet verſio, **deſſen**/ (qui ſine deſcendentibus defunctus) **Bruder**/ eum, qui à primogenito defuncto, ſecundo loco fuit natus, & ita deinceps.

An fratris natu ſecundi filius præferatur patruo ſuo natu inter fratres minimo.

Rationes pro patruo.

Quid verò ſi primigenio, cum ſuâ lineâ deficiente, non quidem frater ſecundus natu, ſed ejus filius, ſimulque tertius natu, hujus patruus ſuperſit, quis horum ſuccedet? Diſtinguendum videbatur quibusdam, an filii ſecundo geniti pater vivente avo, & nondum adeptâ poſſeſſione mortuus ſit, ut hoc caſu patruus præferatur filio fratris. Et primò quidem ratione proximitatis, quâ avo poſſeſſori proximior, utique gradu uno, filius ſecundo genitus, quàm nepos. Hoc pacto Ludovicus pius, Karoli M. filius tertio genitus, poſt deceſſum Pipini, mortuo etiam Karolo ſecundo genito ſine liberis, filio Pipini

Ber-

Bernardo in Successione Imperii Romani & regnorum hereditariorum à Patre, de Procerum consilio fuit prælatus, anno 803. solo Italiæ regno, quod Pipinus jam actualiter possederat, Bernardo Nepoti relicto. *Annal. Franc. Pith. p.* 24. *Engolism. in Vita Karoli M. p.* 280. Accedit Decretalis Bonifacii IIX. quam Clemens V. decretalibus suis inseruit, & citatur *Clem. Pastoralis* 2. *de Sent. & re jud.* quã tulit in causa Roberti Ducis Calabriæ secundo geniti, è Karolo II. Rege Siciliæ, & Apuliæ, & Karoli Regis Hungariæ, filii primogeniti è Karolo Martello, vivente adhuc patre, defuncto, pro Roberto patruo contra Karolum Nepotem, an. 1310. Collenut. hist. Neapol. lib. 5. p. m. 210.

Karolus-Maria, Stephaoi Regis Hung. F.

Karolus Martellus R. Hung. moritur ante Patrem. — *Robertus Dux Neapol.*

Karolus Numbertus R-H.

Vecerius in Vita Henrici VII. Boer. in Consuet. Bituricens. tit 11. §. 2. *Eman. Acosta de success. in reg. Lusit num.* 50. *Alvar. Valas. de I. Emp. q.* 50. *n.* 10 *Molin. de Major. Dis.* 632. *num.* 5. *Hotom. illust. pp.* 3. Porrò quando lex non primogenitum, sed seniorem vocat, filius defuncti Patris locum non ingreditur, nec ej⁹ personam repræsentat. *Peregr. Cons.* 39. *num.* 18. *Alex. lib.* 4. *Cons.* 4. *per tot. Surd. Cons.* 413. *num.* 40. Ast verò textus A.B. discertè tradit primogenito mortuo improle jus electorale ad seniorem fratrem devolvi. Denique jus repræsentationis non videtur habere locum posse, neque Jure divino *Num.* 27. *v.* 8. *ibi: si filium non habuerit, dabitis hereditatem ejus fratri.* Neque LL. XII. tabb. §. *si plures* 4. *Instit. de Leg. agnat. success. Licinius Rufus in collat. LL. Iudaic. & Roman. tit.* 16. *de Leg. success.* Quod jus etiam ante conditam Romam in Latio viguit. siquidem Ascanio non Julus Nepos; Sed patruus Sylvius, Ascanii frater secundus

dus genitu succeſſit. *Liv. & Dionyſ. lib.* 1. Neque jure veterum Germanorum. *Tac. de M. G.* dicit *heredes ſucceſſoresve ſuos cuique liberos fuiſſe, & ſi liberi non eſſent, proximum gradum in ſucceſſione fratres, Patruos & Avunculos obtinuiſſe.* Neque jure Wiſi-Gotthorum *lib.* 4. *tit* 2. *l.* 3. Idque tantò magis obtinere debet in iis rebus, in quas ſucceſſio fit jure primogenituræ, excluſis reliquis, qui pares gradu. Ita ut jure ſucceſſionis proximitas gradus cum majoratu attendatur. Hoc jure nitebatur teſtamentum Genſerici, Vandalorum Regis & Imperatoris Africæ, quod extat apud Procopium *lib.* 3. *de Bell. Vand.* ſimiliter ex eadem lege Theodibaldo Regi defuncto an 556. ſucceſſit Childebertus ejus propatruus, & huic rurſum Clotarius ejusdē Theodobaldi propatru⁹, excluſo Childeberto nepote *apud Agath lib.* 1. *Gregor. Turon. libr.* 4. *hiſt. Franc.* 10. *Aimon. libr.* 2. *de Geſt. Franc. cap.* 25. *Gaguin. libr.* 1. Jure Saxonico repræſentationem fuiſſe incognitam conſtat ex *Spec. Sax. libr.* 1. *art.* 3. & 17. & *lib.* 2. *art.* 20. *Weichbild art.* 63. *in Gloſ. Weſenbec. ad* §. 7. *Inſtit. de hered. qual.* quo jure proximior quidem ſemper agnatus vocatur, ſed gradu & ætate, non fictione aut repræſentatione. *Freh. tractat. de Legit. tut. Ele. in not. fol.* 23. Ex quo jure ſeptentrionalium populorum L. L. quibus primogenitura non per lineas, ſed majoris ætatis ratione æſtimatur, propagatæ ſunt, veluti Francorum, de quibus Otto Friſingenſis *libr.* 2. *de geſt. Frid. cap.* 29. *Cujac.* 1. *F.* 9. Vandalorum, *Procop. libr.* 3. Victor Uticenſis. *libr.* 2. *de Perſec. Vandal.* Anglorum *Thomas Smith. de Rep. Ang. libr.* 3. *cap.* 9. Normannorum *Conſuet. Normann. tit.* 25. & *tit.* 99. Langobardorum, *Aimon. lib.* 4. *de geſt. Franc.* 4. *cap.* 110.

Rationes pro Patris filio.

V. Sed utut ſpecioſè hæc diſputari videbantur, rationem tamen A. Bullę Nepoti palmam deferre certum eſt. Verba ita habent. *Si primogenitus abſq; heredibus legitimis ab hac luce migraret, virtute præſentis Imperialis edicti, jus, vox, &c. ad*

ſenio-

seniorem fratrem laicum, & deinceps ad ejus primogenitum devolvatur. Præsertim ipso legislatore sui interprete longè certissimo, dum vicennio post A.B. in Bullâ aliâ datâ Wenceslao, Duci Saxoniæ, apud Francofurtum anno 1376. casum successionis hujus diffusius explicat. *Si verò præfatum Wenceslaum, modernum Saxoniæ & Luneburgensem Ducem sine legitimis masculini sexus heredibus, laicis, de lumbis ejus directa linea genituræ descendentibus, mori contingeret; ex tunc Principatus & Comitatus Palatinus Saxoniæ, nec non Archimarschallia Sacri Imperii, ac jus, vox, dignitas & potestas eligendi Romanorum Regem in Imperatorem promovendum, ad illustrem Albertum, filium Ottonis, quondam Ducis Saxoniæ, & Lunaburgensium modernum, patruum dicti Wenceslai Ducis Saxoniæ & Lunæburgensium, & ad legitimos ejus hæredes masculini sexus, devolvantur. Ita videlicet, quod post ejusdem Alberti obitum, Primogenitus ejus filius, & post primogeniti ejus obitum, ejusdem primogeniti senior filius ex ordine genituræ, & sic deinceps à seniore filio descendentes, ex ordine genituræ semper senior: Si verò primogenitus Ducis Alberti præfati decesserit, masculini sexus, laicis duntaxat, hæredibus non relictis; ex tunc Secundogenitus filius Alberti Ducis prædicti, & post obitum ejus secundogenitus sine hæredibus legitimis, masculini sexus, laicus decesserit, Tertiogenitus dicti Alberti, & senior ejus filius laicus, post mortem ipsius, & deinceps per talem modum directa linea genituræ, descendentes ab eo, laici duntaxat, jus, vocem, dignitatem, & potestatem eligendi Romanorum Regem, promovendum in Imperatorem, & officium Archimarschalliæ cum omnibus & singulis suis dominiis, honoribus, juribus, privilegiis, dignitatibus & pertinentiis, perpetuis temporibus obtinebunt, per successionem hæreditariam & paternalem (ut præmittitur) ex ordine genituræ.*

Extat apud Goldast. *tom.* 1. *Const. fol.* 373. *n.* 4. *& Freh. ad c.* 7. *A.B.* 27. Quod ipsum iisdem, totidemque verbis Sigismun-

dus Karoli filius anno 1414. & anno 1443. in Bullis suis datis Ludovico Pio Palatini Ruperti Regis filio repetiit, & confirmavit. Unde palam fit, quandocunque decesserit secundo genitus, modò post obitum suum heredem habilem reliquerit, eum patruo suo præferri. Quemadmodum enim Lex Karolina secundum genitu vocat, si primus genitu sine liberis decesserit: Ita & tertius genitu non ante succedere poterit, quam totâ secundi genitu progenie deficiente, quam progeniem universam nomine secundogeniti, seu senioris fratris complexam Imperator voluerit oportet, aut statuendum erit (si de individuo secundo geniti locutum tantùm contendas) Imperatorem anxium fuisse, de successione secundo geniti jam mortui, quod ineptum & ridiculum. Aut enim Sanctio Karolina disposuit, ut superstes secundus genitu deficienti primi genitu posteritati succedat & de re indubia disposuit, nec opus erat tàm miserâ, & anxiâ diligentiâ, cùm nec dubitationi esse locus possit, ubi nemo adsit, qui secundo genitu vel ætatis, vel proximitatis ratione præferri possit. Aut disposuit de successione secundi geniti jam tempore deficientis primigeniæ posteritatis, defuncti, & per fuerit ridiculus Imperator, quod cogitatu impium. Aut (nihil enim amplius superest) Imperator denique nomine senioris fratris comprehendit ejus ipsam posteritatem. Vide *Freher. & Arum. disp. ad c. 7. A. B. Quirin. Cubach. lib. 2. Iur. Publ. c. 31. n. 24. Rumelin. ad A. B. diss. 6 th. 16. Lampad. de Imp. R. c. 4. n. 18.*

Responsio ad contraria. VI. Nec difficile est occurrere contrariis rationibus: Primò enim jam diximus, successionem istam minimè niti repræsentationis jure, quod cessat, ubi primigenituræ locus, aut jure patris; Sed lege & jure geniti proprio. *Menoch. cons. 211. Molin. lib. 1. c. 1.* Quodque dicitur qualitatem requisitam tempore successionis esse respiciendam. *Dec. cons. 443. n. 17. Alexand. cons. 4. num. 3. vol. 4. P. Heig. q. 42.* Id de eâ qualitate

accipi-

accipiendum, quæ tractum successivum habet, & tempore evenientis conditionis effectum demum sumit: At jus primigenituræ instantaneum, ut sic dicam, est, & primò statim nativitatis tempore adest. Hinc *Menoch.conf.*981. dicit, primumgenitum eò ipso, quo nascitur, se includere, & consequenter perpetuò excludere secundum. Nec officit, quòd usus, & plena hujus per primam genituram acquisiti juris possessio suspendatur non magis, quàm si in fideicommissis puris & perpetuis plures gradatim & certo ordine à testatore vocentur, qui quidem omnes jus plenum & radicatum habent, licèt interim ordinem succedendi expectare cogantur. *Engelbr.ad cap.7. A. B.* Deinde proximitas & snioratus non simpliciter sic attenditur, sed in ordine genituræ, & quatenus quisque præ altero ordine vocatus est. Ut maximè itaque quis probet, se tempore successionis habere qualitatem majoritatis, non ideò tamen magis succedet, nisi quoque probet se vocatum esse. Duo enim hæc requisita conjunctim adesse probanda sunt. Porrò variarum gentium jura, præterquam quòd Nepotem nuspiam signatè excludunt; malè hic applicantur, ubi de privati alicujus successione non est tractatio, sed de tali, quæ primægenituræ jure judicatur. Sæpè etiam patruum in regno Nepoti prælatum fuisse, contingere potuit, sed jure Electionis, non successionis, ut sub initium regni Francici, quod certè electitium erat. *Hotom. Franco-Gall. cap.* 6. Malè exemplum Bernardi Nepotis Karoli II. affertur. Apparet enim non de successione ibi actum, quâ Patruus foret excludendus, sed de divisione patrimonii regii inter filios & Nepotem. Judicium Pontificis pro Roberto ab omnibus ferè ejus ætatis iniquitatis argutum fuit. *Vide Bald. in l. ex hoc jure ff. de Iust. & Iur. & l. cum antiquioribus C. d. I. delib.* Falsum denique est, jure divino Hebræorum Nepotem à Patruo excludi per verba illa adducta. Certo enim certius est, hoc jure Nepotes eorumque posteros defunctis liberis indutâ parentum

tum

tum personâ, ac pro eorum sexus dignitate, avo succedere. Nam universalis Regula est, quam *ex Misna, tit. Baba Bathra cap.* 8 adducit doctissimus Seldenus *de Succ. ad LL. Hebraeorum cap.*1. *Ubi quis ipse est in successione hereditaria præferendus, etiam universa proles, quæ è femore ejus egreditur, est præferenda.*

Tutela Electorum minorum.

VII. Quoniam autem ipso ita jure in primogenitos transit Electoratus, facilè fieri potest, ut in minorem annis incidat. Quare & in hunc casum Legislator providit, ut minor octodecim annis (totidem enim ætatem minorem circumscripsit) proximum agnatum tutorem habeat legitimum. *A.B.C.*7. Excepto duntaxat Bohemiæ Rege, pro quo minore in Electione Karoli V. Proceres Regni suffragati sunt. *Goldast. Polit.* Reichshandel. *p.* 1. von der Käyserl. Wahl. *tit.* 17. *fol.* 29. Octodecim, inquam annis. Errant enim perspicuè Knichen *de Sax. non prov. jur. verb. Elect. cap.* 5. *num.* 43. qui annum cœptum pro completo esse tradit. Quem hærentem benè expedit *Dn. Limn. libr.* 3. *cap.* 7. *num.* 47. Imò nec Parens id temporis vel extendere, vel coangustare suâ dispositione potest. *Rumel. ad A.B. p.* 1. *dis.* 7. *thes.* 8. *Dn. Arum. disc.* 194. *th.* 13. *Diss. Freh. de tut. Elect. fol.* 4. Hîs itaque èxpletis tutor ei non solùm ea, quæ vocis, juris potestatisque Electoralis sunt, sed & principatuum ad Electoratum spectantium administrationem. *Dn. Arum. disc. ad A.B.* 4. *thes.* 14. *Dn. Limn.* 3. *cap.* 7. *n.* 51. Ut & provincias, quas extra electorales, possidet, earumque administrationem restituere tenetur. *Dn. Carpz. ICtus eminentissimus Disput. feud.* 1. *quæst. ad A. B.* 5. Denique per sanctionem istam Imperatorem Karolum testamentariam tutelam planè sustulisse verissimum est. Quæ controversia acerrimè εἰς ἑκάτερον tractata Friderico IV. Palatino Electore tutorem testamento constituente Johannem Ducem Bipontinum, præterito agnato proximo, Philippo Ludovico Neoburgico.

Octodecim annis expletis restituenda omnigena administratio.

VIII. Porrò inter septem Principes tres sunt Ecclesiastici,

ſtici, Archicancellarii, quod à Karolo inde M. habent, qui Cancellarios habuit Epiſcopos. Nomen Cancellarii tàm recens non eſt, ut paulò ante Vopiſci ætatem uſurpari cœpiſſe putandum ſit, quo vergit P. Pithoe. *2. ſubſ. lect.* 17. Nimirum fores veterum fuere cancellatæ, ex lignis reticulatim compoſitis textæ. Igitur qui ad eos cancellos ſtabant oſtiarii, cancellarii dicebantur, ut velarii, qui ad vela, quibus fores obtendebantur, cuſtodiarii, ſcriniarii, arcarii & ſimili formâ alii. Et ejusmodi Cancellarii in domo Auguſtâ jamdudum fuerunt, ſub diſpoſitione Magiſtri officiorum *Guther. de O. D. O. libr. 3. p. 5. 6.* Conſiſtorii enim Regii fores, ut ex Corippo Sirmondus notat, velis prætendebantur, proxima hinc ſtatio cancellis ſepta & clauſa, intra velum, hoc eſt, conſiſtorium ipſum, admiſſi Comites, & participes Conſilii, ſatellites inter cancellos, & vela ſubſtitêre. Ut igitur vela ſervabant Velarii, ita Cancellos Cancellarii. Fuere etiam judicibus ſui Cancellarii, qui ex Codice noti ſunt, *tit. de Aſſeſſ. & Cancell. jud.* Nam in tribunalibus ſepta, quibus arcebantur turbæ, cancellos dicebant, δρύφακτα ταυλωτά. Hi omnes admiſſiones & aditus ad Principem vel judices curabant, reſponſa eorum exequebantur, & totius ſecreti curam gerebant, ut ex Agathia conſtat, & Caſſiodoro. Nam & expediendis judicum juſſis, edictis & Epiſtolis dictandis, ſignandisque, relationibus formandis, & reſponſis portandis operam dabant, & ſic iidem planè cum Secretariis erant. Atque inter hos Secretarios, qui Principem locum tenebant, primum & ſummum regni Cancellarium appellarunt, & etiamnum appellamus. *Salmaſ. in H. A.* Hujus quanta fuerit dignitas ſub Imperatoribus Francicis, ex Hincmaro Rhemorum Archiepiſcopo *Ep. 3. cap.* 16. apparet: *Apocriſiarius*, inquit, *quem noſtrates Capellanum vel palatii cuſtodem appellant, omnem clerum palatii ſub cura, & diſpoſitione ſuâ regebat. Cui ſociebatur ſummus Cancellarius, qui à ſecretis olim appellabatur,*

Electores Eccleſiaſtici Archi-Cancellarii.

Cancellariorum antiquitas.

Dignitas Imperatorum Francici.

labatur, erantq́; illi subjecti prudentes & intelligentes, & fideles viri, qui præcepta regia absq́; immoderata cupiditatis venalitate scriberent, & secreta illis fideliter custodirent. Hoc officium à tempore Pipini, & Karoli per Episcopos interdum regia voluntate atque Episcopali consensu per Diaconos & Presbyteros etiam administratum. *Hincm. cap.* 3. Fuit autem tunc temporis in eo, ut Archi-Capellanus, seu Archicancellarius omnem Clerum palatii sub curâ & dispositione suâ regeret. *Id. c.* 16. De omnibus negotiis Ecclesiasticis, vel ministris Ecclesiæ curam instanter habuit, de negotio religionis & ordine, nec non de canonicæ vel monasticæ altercatione, seu quicunque palatium adibant pro ecclesiasticis necessitatibus solicitudinem habuit. Et cætera Spiritualia, quæcunque palatio, tàm assiduè conversantibus, quàm qui à supervenientibus, sive secundum Deum, sive secundum seculum ut providerentur erant necessaria, ad ejus specialiter curam pertinebant. *Id. cap.* 19. Si verò secreta esset causa, quæ prius congrueret Regi, quàm cuiquam alteri dici, eundem dicendi locum Apocrisiarius præparavit. Præterea primus fuit in consilio regio inter regni proceres, *Hincm. cap.* 32. 34. Et quia Imperium Francorum tria sub se continebat regna alia, Teutonicum, Gallicum, & Italicum, ex singulis Archicancellarius fuit electus, qui cujusque regni negotia debitâ fide & dexteritate curaret. Quam formam regiminis, cum secuti Imperatores tam ex sanguine Karoli oriundi, quàm Saxonici & Svecici retinerent, officium inde Archicancellariatus per Italiam, Galliam, & Germaniam mansit & à Karolo IV. sanctione Aureæ Bullæ denique confirmatum est. Primus eorum est Moguntinus, Archicancellarius per Germaniam: Cui præ cæteris, ceu Collegii Electoralis Decano, hoc proprium est, ut vacante Imperio cæteros Electores literis patentibus ad eligendum Imperatorem Francofurtum intra tres menses conti-

Primus Electorum. Moguntinus, ejus officium.

nuos

nuos evocet. *A. B. tit.* 2. Quod si eo tempore Moguntina sedes vacet, an Kapitulo potestas hæc convocandi competat, dubitatum fuit. Sed rectè differentia retinetur inter ea, quæ jure potestatis & dignitatis Episcopalis, & quæ Episcopo, ut Principi Imperii competunt, qualis est convocatio ista Electorum. *Carpz. post Arum. qq. ad A. B.* 3. *Disput. F.* 1. Moguntino autem cessante, Electores Principes sua sponte convenire oportet. *A. B. C.* 1. §. *cum autem.* 19. Neque hoc quidem in manu Moguntini esse videtur, ut trium mensium spacium vel extendat vel contrahat, quippe à lege præscriptum *Panorm. c. cum nobis.* 14. *n.* 9. *de Elect.* Et Principum Electorum cæterorum interest, præsertim qui per interregnum Vicariatum gerunt. Quemadmodum nec aliò, quàm Francofurtum vocandi sunt *A. B. tit.* 28. nisi cum consensu Archi-Principum Electorum, ut contigisse Maximiliano, Rudolfo II. & Ferdinando III. electo indubium est.

An possit à Kapitulo expediri.

IX. Alter est Trevirensis, Archicancellarius per Galliam, & regnum Arelatense. De hoc regno res à principiis deducenda. Post mortem Ludovici Pii, filii ejus omne Francorum Imperium in tres partes divisere, anno 842. ita ut Karolo calvo dicto (*a*) regna occidentalia, à Britannicô Oceano usque ad Mosam fluvium, quæ hodièque regnum Franciæ audiunt: Ludovico (*b*) Orientalia, nempe omnis Germania, & Panonia usque ad Rhenum; Lothario Imperatori, Lotharingia, Gallia Narbonensis, nec non omnia regna Italiæ, cum ipsa urbe Româ cederent. (*c*) *Regino*, *Abbas Brumiensis. fol.* 41. Porrò hæc tertia Lotharii Imperatoris portio inter tres Lotharii filios in alias tres partes divisa Ludovico II. Italiam cum Imperii dignitate, Karolo Galliam Narbonensem, Lothario reliquam Paternæ hereditatis trans Alpes, nempe Lotharingiam addixit. *Gagvin. lib.* 5. *c.* 1. *Regino.*

Trevirensis. De regni Arelatensi origine.

Ludo-

Ludovicus Pius

Lotharius Imperator.(c) Ludovicus Germanicus.(b) Karolus Calvus (a)

Ludovicus II. Loth. II. Karolus.

Karolo, Lotharii Imperatoris F. defuncto, Frater Ludovicus Cæsar, hujus nominis II. hereditario Jure Galliam Narbonensem, seu provinciam occupat. Hoc autem mortuo Karolus Calvus idem in Imperio Romano Successor, eadem potitus, novum ex eo regnum condit, Bosone, Uxoris Judithæ fratre, Rege creato. *Regino ad A.* 877. Atque hoc est regnum à præcipuâ sui urbe, Arelatense dictum. Hoc Otto M. Imperator posteà in ditionem suam redegit. Ab eo tempore in Germaniæ Regum fide hoc Burgundicum sive Arelatense regnum fuit, donec Rudolfus Burgundiæ Rex Henrico II. Imperatori, filio sororis suæ, eôque defunctô Conrado II. Imperatori itidem proprium transcriberet. *Wippo in Vita Conradi.* Ex quo hoc regnum pars regni Germanici primum factum, anno 1032. comprehendens Delphinatum, Sabaudiæ Ducatum, Comitatum Burgundiæ, & tractum Helvetiorum. *Confer P. Aemilium lib.* 3. *Gunther. lib.* 5. *ligur. & Ott. Frising. lib.* 2. *Vit. Frid. cap.* 29. *Peucer. lib.* 4. *Chron. Guilh. Parad. Annal. Burg. cap. ult.* Et ita mansit usque ad Imperium Rudolfi Habsburgensis, qui, interventu Pontificis Nicolai III. Karolo Siculo eam clientelari titulo concessit. Neque alio jure in Gallum collatum esse ab Imperatore Karolo IV. multa sunt, quæ suadent. In primis quod Gagvinus *libr.* 6. & Vignerius, cujus verba repræsentat Dn. Limn. *add. lib.* 1. *cap.* 9. tradunt, Gallum ab Imperatore in Arelatensi regno Imperii Vicarium institutum, & quidem duntaxat per vitam. Item Rupertus Imperator in Italiâ coronandus filium suum Ludovicum Vicarium regni Arelatensis instituit, formulâ vicariatus à Frehero exhibitâ, *de orig. pal. cap.* 16. *fol.* 115. Denique ipse Karolus IV.

Quo jure ad Regem Galliæ pervenerit.

cum

cum pragmaticam ſuam ſanctionem, quam κατ' ἐξοχὴν Auream Bullam appellamus, conderet, Trevirenſem Archicancellarium per Arelantenſe regnum conſtituit, id quod, quia ante nunquam, ſed tum primùm factum, veriſimile eſt, non nudum ſine re fuiſſe titulum, neque id tacitè laturos aut diſſimulaturos fuiſſe Reges Galliæ, ſi jam olim omne omninò jus Karolus in ſe transtuliſſet. Denique movet, quod Goldaſtus ait, præfat. Der Reichshandlungen: Kayſer Maximilianus Ausſchreiben wider den Frantzoſen ſagt mir viel ein anders/und lehret mich/daß der König in Franckreich mehr genante Fürſtenthum/und Herrſchafften/von dem Röm. Kayſer/ und dem H. Reich zu rechten ordentlichen Lehn empfangen. Et paulò pòſt Anno 1444. ließ Kayſer Friederich/alß die Eydgenoſſen die Stadt Zürch belägert / Ludwig dem Delphin auß Franckreich/ als dem heyligen Verwandten und vicari auffmahnen/uñ zu Hülffe/und Entſchüttung der belägerten Stadt des Reichs zu Arles begehren / hernach aber hat man in der That erfahren / daß die nachfolgende Frantzöiſche Könige des Reichs Arles mehr mit Fauſtrecht / als auff ihr Lehn fundiret, beſeſſen / und thätlichen inne gehabt.

X. Sed revertimur ad Electorem, cui in Electione primum ſuffragium dat. *A.B.C.IV.* Quod antehac Moguntinus habebat. *Spec. Saxon. lib. 3. art.* 57. Ubi Guntherus *de geſt. Frid. 1. libr.* 5. *Trevirenſi eſt primum votum.*

- - Ad Proceres electio pertinet, in quâ
Præcipuam vocem Præſul de jure vetuſto
Moguntinus habet.

Vide Buxtorf. ad A.B. theſ. 45. Quamvis nihil obſtat, quominus, *præcipua vox*, pro potioribus partibus exponatur, quod directorium appellamus. Non verò nomine Galliæ, cujus audit Archicancellarius, ſuffragatur, atque adeò jus electionis Septemviralis non competit Galliæ regno, ut ſibi perſuadet *P. Gregor. libr. 6. de Rep. cap. 13. num.* 15. *& libr. 7. cap. 15. num.* 18. Non enim qui Archicancellarius per

 Gal-

Galliam eſt, in quantum ſcilicet jus Imperio Romano in Galliam eſt, ideò nomine Galliæ ſuffragatur: Sed Sacri Imperii Romani nomine, *per text. A.B.C.2.§.2. ibi: per fidem, quâ DEO & S. R. I. eſt adſtrictus Vide Dn. Limn. lib. 3 cap. 5. num. 10. Carpz. feud. 3. q. 5.* Quod Colonienſem attinet, Archicancellarius per Italiam audit, hoc eſt, per regnum, quod fuit Longobardorum, & reliquias veteris Imperii Romani. Votum ei ſecundum attribuitur *A. B. cap.* 4. isque primùm, nempè regni Germanici diadema Imperatori imponit *d. c.* 4. quæ coronatio, quia actus religioſus, atque ordinis eſt, *gl. in cap. quoniam diſt.* 10. Ideò ſi Archiepiſcopus Colonienſis conſecratus nondum eſt, coronationem Moguntinus peragit, ut docet experientia. *Vide Buxtorf. ad A. B. theſ.* 48.

Non tamen nomine Regni Gallici.

Elector Colonienſis.

Coronat Imperatorem.

Rex Bohemiæ an Elector.

XI. Inter Archi-Principes politicos ſeu ſeculares primus eſt Rex Bohemiæ. Sanè Speculator Saxonicus negat, *libr. 3. art. cap. 7. ibi: Bohemiæ Rex Pincerna eſt, qui non eligit, quia noſtræ nationis non eſt.* Hujus æqualis, Albertus, Abbas Stadenſis totidem penè verbis confirmat idem, quibus accedit auctor, das Kayſerl. und Königl. Land- und Lehnrecht *p. 1. tit* 29. §. 2. *apud Goldaſt* in Reichs S. *p.* 1. *fol.* 30. *& fol.* 118. Et denique Weichbildum Magdeburgicum *art.* 13. *& ſeqq.* & jus feudale Saxonicum *art.* 3. ubi ſoli tres Laici Duces. Denique nec ad electionem citatus olim fertur. Sed & extat decretum concilii Lugdunenſis ſub Innocentio IV. anno 1245. factum, apud Matthæum Pariſium, Hiſtoricum Anglicum *fol.* 655. ubi è numero Principum Electorum eximitur. Idemque poſt eum conſtituiſſe Innocentius IV. fertur Sigfrido Presbytero Miſnenſi *in Epit. Chron. lib.* 2. *anno* 1274. Poſtremò accedit Henrici Cardinalis Hoſtienſis autoritas *in c. venerabilem §. verò. X de Elect.* qui dicit Regem Bohemiæ jus eligendi de facto poſſidere: Ut & Petri de Andlo, Doctoris Decretorum, tempore Friderici III. Imperatoris *lib.* 2. *cap.* 3. *p.* 81. cujus hæc

verba:

verba: *De consuetudine Rex Bohemiæ ad Electionem non vocatur, nisi cum vota aliorum sunt æqualia, & sic hodiè practicatur.* Er hoc temperamentum; quod paribus tantùm intercedat suffragiis, aliis quoque placet, ut *Alber. in l. benè à Zenone C. de quadr. præsc. Gloss. in cap. ad apostolicæ. X. de sent. & re jud. Iohannes Dubravius, Episcopus Olumucensis lib. 6. Additus* ait, *sex illis Principibus posteà Rex Bohemus, Elector septimus, ad tollendum discordiam, quæ inter pares numero pari suffragio concurrente nonnunquam intercedit.* De tribus itaq; agitur, an Rex Bohemiæ sit Teutonicus; An Elector? An paribus tantùm suffragiis intercedat? Cùm quæritur, an sit Teutonicus, non puto tam ad situm Bohemiæ, de quo Geógraphi, vel ad originem gentis spectari oportere, quàm an jus Teutonicorum Principum Bohemici adepti fuerint Principes? Adeptos autem fuisse vel inde liquet, quod in curiis Imperatorum apparere oportuit. Ad quas non nisi Teutonicæ nationis Princeps admissus est. Wenceslaum Bohemiæ Ducem Henrico I. & Ottoni Magno Imperatoribus in Comitiis Imperii præstò fuisse Dubravius, & Æneas Sylvius, Udalricum Ducem assiduum aulæ Cæsareæ Comitem & Ministrum Hagecius narrat, ad ann. 1004. Deinde legitur in Decreto Electionis Philippi Sveviæ Ducis, in Romanorum Regem, Erfordiæ (an Papæbergæ?) ab Ordinibus Germaniæ electi, anno 1198. *Reverendo in Christo Patri Domino Innocentio, Romanæ Ecclesiæ Pontifici, Germaniarum Principes & Magnates, &c.* in hoc Decreto Rex Bohemiæ primo loco inter Seculares Principes subscripsit. Profert illud Illustrissimus Baronius, *Ann. Eccl. tom X. ann. 996. num 61. & seq.* Prætereà Bohemiæ Duces, & inde Reges in plerisque celebrioribus Germanicæ nationis Torneamentis interfuisse ex actis, quę collegit Georgius Ruxnerus, Heroldus Cæsare⁹, im Turnierbuch liquet. Quibus denique addendum & hoc est, quòd Ducibus & Regibus Bohemiæ licuerit in Germa-

nico Imperio à quibuscunque Principibus, Magnatibus, Comitibus ac Personis aliis, quascunque terras, castra, possessiones, prędia emere, comparare, seu in donum vel donationem ex quacunq; causâ, aut in obligationem recipere, quod nulli extero Regi vel Magnati, solô Papâ Romano excepto, permissum est, inquit Goldast. *de reg. Boh. lib. 3. cap. 2.*

XII. Porrò, quod alterum disquisitionis nostræ membrum est, Imperatorem eligendi Bohemo jus fuisse, jam seculo XI. id continuâ possessione ad nostram ætatem deductum persequitur prolixè Goldast. *de reg. Bohem. libr. 3. cap. 6. pag* 300. Et A.B. dubitare ampliùs non permittit *tit.* 5 § 3 Quo firmato, ruit suâ spontè illorum opinio, qui Regem Bohemiæ non nisi paribus suffragiis, tanquam arbitrum, admittunt, uti *Rober. Bellarm. lib.* 1 *de transl. Imp. c.* 1. *Dubravius libr.* 6. *Onuph. Panv. de Comit. Imp. cap. verior septem. Arnis. lib.* 2. *de Rep. cap.* 6 *sect.* 5 *num* 45. Sed verbis tàm A. Bullæ *tit.* 4. §. 3. & *tit.* 7. §. 1 quàm experientiâ refutantur. *Vide Goldast. Bohem. libr.* 3. *cap.* 6. *num.* 21. *Dn. Carpzov. q.* 1. *ad A.B.* Errat ita Ecco à Repkau Juris Saxonici Compilator, & qui eum sequitur coætaneus Albertus Stadensis, Auctor idem Juris Cæsarei, & asseclæ alii. Nec minus & illi, qui existimant, Regem Bohemiæ per Auream demum Bullam suffragii jus accepisse, quos conspectè observatèque refutat *A.B.C.* 7. *pr.* Quòd verò aliquandò ad electionem non fuerit citatus, inde factum, quod vel rebellis Imperio, vel Schismaticus fuit. *Kranzius lib.* 7. *Wandal. cap.* 46. *Pet. Heig. Illust. qq p.* 1. *q.* 3. *n.* 41. *P. de Andlo lib.* 7. *cap.* 7. *pag.* 81. Est itaque Bohemiæ Rex Elector; Sed an sit & ex Ordinibus Imperii, seu Imperii civis, nihilominus dubitatur, quia in Comitiis non interest, nec ab annis quasi ducentis decretis Imperialibus subscripsit. *Auctor* deß außführlichen Berichts/wie es uf Reichstagen pfleget gehalten zu werden *tit.* von Räthen des heiligen R. Sessionen *Lehm. lib.* 7. *Chron. Spir. c.* 124. *n.* 6.

n.6.Freh.in not.ad P. de Andlo lib.2.c.2. Verùm enim verò cùm ſufficit,ut civis quis ſit, ſuffragii ſaltem in certo conſultationum genere eſſe participem, nec neceſſe omnium Comitiorum deliberationibus intereſſe, non video,quâ ratione Bohemiæ Rex,qui conſultationi reliquarum graviſſimæ & maximè arduæ adhibetur,ex numero civium excludi queat.

XIII. Porrò Rex Bohemiæ Pincerna Imperatoris eſt, in celebratione Imperialis Curiæ primum potum porrigens Imperatori,non tamen redimitus coronâ regali, ſi nolit. Videatur Conſtitutio Ruperti I. Comitis Palat. Vicarii Imperii, data Metis de anno 1356.*apud Goldaſt.tom.2. Conſt. Imp.fol.92. §.ult.* Nec minima hæc eſt dignitas, quod in celebratione curiæ cæteros omnes Reges, quacunq; dignitate ſint,antecedit. *A.B.tit.6.* Imperatoremque vel Regem Romanorum immediatè nullo interveniente ſequatur. *tit.22.* Ipſam Auguſtam Imperatricem præcedat. *A.B.tit.26.§ ult. Buxtorf ibi cap.8. concl.84.Dn.Carpz.Diſp.feud.5.qq.3.num.1. & ſeqq.* An verò ei competat vera majeſtas,dubitant nonnulli. Sanè Imperator hôc titulo in formulâ Cancellariæ appellatur , die Römische Kayserl.auch zu Ungern und Böhmen Königl.Majestät. Confer Goldaſtum *lib.3.de Reg.Boh.cap.cap.13.num.17* Sed videtur nobis in hac tituli formulâ, majeſtatis vox non accipi κατὰχρηστικῶς,pro ſummo imperio, ut accipiunt vulgus Politicorum, & Feudiſtarum de Regalibus ſcribentium: Sed propriè, pro auguſtiſſimâ Imperantium dignitate ac eminentiâ, ſive hæc appellatio tribuatur Imperatori, ut Imperatori, ſive ut Regi Bohemiæ.Principum enim ſplendorem & dignitatem appellatione Serenitatis. *l.1.C.quand.Imp.int.pup.* Tranquillitatis. *l.1.C.de nov.op.nunc.* Magnificentiæ. *l.1.C.de veteran.lib.12.* Cœleſtis oraculi *l.jubemus nullam.C.de Sacroſ.Eccl.* Celſitudinis Imperialis *§.filius.Inſt.Quib.mod.jus pat.pot.ſolv.* Sublimitatis.*c.ſolitæ de Maj.& Obed.* Excellentiæ Imperialis. *c.1.de probat.*

bat.in titulos abiisse novimus; Ut & virtutes alias, lenitatem *l.2. C. Th. de Off. omn. jud. Clementiam. l.1. C. de sum. Trin.* Pietatem. *l.1. C. ut nem. lic. in emt. op.* Mansuetudinem. *Epist. inter claras. C. de sum. Trin.* Imperium autem summum, potentiam, magnipotentiam, abstractivè, pro Principe eâ prædito in titulis usus nondum recepit. Ergò cùm titulus Majestatis neque in his, qui reverà potestatem absolutam & independentem habent, talis potestatis index sit, multò minus fuerit summi Imperii in eis, quibus inesse hanc potestatem dubitatur. Quia verò Rex Bohemiæ Cæsari & Imperio subjectus est, ut vasallus Imperii, & Par Curiæ, homagio obnoxius, crimenq; Majestatis in Imperatorem committit, atque in Camerâ conveniri potest. *Goldast. lib. 3. Boh. cap. 3.4.5.6.14.15. Buxtorf. concl.* 78. summa & independens potestas ei non potest tribui.

XIV. Denique non prætereundum, Regnum Bohemiæ multis gaudere privilegiis. Primò enim contributionibus & Imperii oneribus non est obnoxium constitutione Friderici II. de anno 1212. *apud Goldast. p. 1.* Reichs-Satz. *fol.* 30. quam confirmavit Karolus IV. *apud eundem p. 2.* Reichs-Satz. *fol. 39. Recess. Imp. de anno* 1500. §. wie mit den Königen. Deinde nec circulis comprehenditur, ùt supra ostensum, nec ad comitia Imperii vocatur. *Freher. in not. ad P. de Andlo pag. 167. b.* Cùm tamen tres Electores seculares, aliosque Principes Comites & Civitates, pro quibusdam terris extra suos fines in solo Germanico sitis, vasallitio jure sibi devinctos & obligatos habeat. *Idem Freher.* 16. Horum Principum, ut & feudorum suorum catalogum exhibet *Dn. Limn. add. libr. 3. p.* 360. Incolæ ad aliud tribunal evocari nequeunt, nec à Rege datur provocatio. *Dn. Limn.* 3. 8. 18. Non alibi, quam regni finibus investituram petere tenetur, vel certè in locis, plusquam decem milliaribus Alemannicis à regno suo distantibus. *Id.* 3.8.26. Et quæ hujus generis alia.

DISSERTATIO III.

DE TRIUM SECULARIUM ELECTORUM CONTROVERSIIS, CIRCA ELECTIONEM IMPERATORIS.

RESPONDENTE

JOHANNE Biedermann/ Uratislaviensi.

I.

ALter secularium Electorum, quos vocant, est Comes Palatinus Rheni. Comites Romanis dicebantur varii generis administri, cùm militares, tùm togati & Jurisperiti, quos Principes à consiliis secum habebant. Spartianus Hadriano: *Cùm judicaret, in consilio habuit non amicos suos & comites solùm: Sed & ICtos.* Unde & Principis aula comitatus dici cœpit. Sic etiam Palatinorum nomen omnibus commune erat, non tantùm Comitibus, sed quibuscunq; apparitoribus aulicis. Comites verò Sacri Palatii inter cæteras aulicas dignitates habitos argumento est, *tit.* 34. *C. libr.* 1. *de Offic. Comitis Sacri Palatii*, *& tit.* 13. *libr.* 12. *C. de Comitibus & archiatris Sacri Palatii.* Ex his autem plerumque sumebantur ii, quibus provinciæ regendæ committerentur, ex quo factum, ut Rectores illi deinceps Comites appellarentur. Non quidem Principis, cum quo amplius non erant, sed suæ cujusque provinciæ, quam ipsi cum Comitivâ dignitate gubernabant,

Comes Palatinus Rheni.

Comites Romanis qui Palatini Romanorum.

Comites Palatii.

nabant, ut Comes Africæ, Tingitanæ, Comes literis Saxonici, aliique, qui in Notitiâ Imperii jamtum sub Honorio & Arcadio leguntur. Insignis est hanc in rem locus Zosimi *lib.5. Is verò comitem Orientis fecit: Cujus Magistratus ea potestas est, ut qui eum gerit, omnibus provincias Orientis administrantibus præsit.* Has dignitates gentes Germanicæ Latinis provinciis potitæ, æmulatione Romani splendoris retinere studuerunt. Habebant itaque & suos Comites, qui utplurimum erant judices ordinarii, jus dicentes. *Gregor. Turon. de S. Nicetio: Vidi ego quodam tempore Basilium Presbyterum, missum ab eo ad Armentarium Comitem, qui Lugdunensem urbem his diebus potestate judiciariâ gubernabat.* Nec singulis modo civitatibus; Sed & regionibus Comites præerant. Iterum *Gregor. Turon. de B. Gregorio Episcopo: In comitatu positus regionem illam per 40. annos justitiâ comitantur correxit.* Describitur ejus officium *in Capitul. Karoli lib. 2. cap. 6.* Et *libr. 4. cap. 5.* Habebat & Palatium

Comites Palatini Francorum.

Comites suos Palatinos, qui in Aulâ Francicorum Regum, Domestici initiò dicebantur, à Domo Regiâ, à quâ & Major Domus, & Comes Domus Regiæ, & Major Palatii dictus est. *Vide Freh. de Orig. Palat. lib. 1. c. 1. & 2.* Qui itidem à Clothario, Sigeberto & aliis Francorum Regibus provinciis regnisque particularibus, Austrasiæ, Burgundiæ, Neustriæ in provincias instar Pro-Regum subinde mittebantur. Hæc igitur Origo

Comitum Palatinorum Rheni origo.

est Comitum Palatinorum, quam errore veteris opinionis à Palatio Trevirensi Jordanus Padebornensis, & P. de Andlo deducit. Scribit enim *lib. 1. cap. 13. & 16.* Pipini Majoris Domus regiæ palatium fuisse in Treviris, à quo Palatio Comites processerint Palatini, inde traxisse nomen. Et meminit Freherus, catalogi Episcoporum Trevirensium MSCti, in quo in Anastasio Imperatore ita legatur: *Pipinus senior Major Domus, id est, Palatii Treviriici obiit.* Et in Clodovæo LVIII. Archiepiscopo: *Karolus Martellus Pipini F. Major Domus, à Palatio Trivirico sic*

rico sic dictus. Alii à loco quodam & castello in Rheni alveo siti, è regione Cubę, quod hodiè Speculæ vice sit, & etiamnum die Pfaltz vocatur, Palatinos dictos autumant, uti Irenicus *teste Spigelio, Scholiastâ Guntheri lib. 5. Ligurini fol. 347. editionis Reuberi*, ubi scribit. *Non ignoro Irenicum tradere Palatinis nomen esse inditum à Palatio, loco Rheno circumdato, quem nos* Pfaltz *appellamus.* Quo nomine Münstero venit tractus ille, quo Francofordiâ Heidelbergam itur, vulgò die Bergstrasse. Alii à veteri quodam loco, Capillatium, sive Palas Ammiano Marcellino nominatum *in Iuliano libr. 18. pag. 126. num. 25. edit. Lindebr.* originem Comitum Palatinorum derivant. Sed missis conjecturis ab alio Palatio Palatinos nomen non sortitos, quâm cui serviebant, nempe Imperiali certo certius est. Est ergò Palatinus merum officii nomen & dignitatis, quod Imperatores Germani instituerunt. Et ut à Burgo sive castro factus est Burggravius, à marchâ seu limite Marggravius, à provinciâ, Land/Landgravius, à centenâ Centgravius; Ita & à Palatio, aulâ vel Curiâ Pfaltzgravius, vel ut olim scribebant Palenzgreve. Et tales Pfaltzgravii, & Palatini diversis in regnis diversi sunt, atque à suâ cujusque ditione denominantur. Ita in Galliâ Comte Palatin de Troges, de Blois, de Champaigne: Et Hungariæ regnum atque Poloniæ adhuc habet suos: Germania itidem suos, quales Habspurgenses, Tubingenses, Wittelspachenses, Schirenses, Palatinos Burgundiæ. Imò sola Saxonia habuit quinque Palatinatus, de quibus auctor *Specul lib. 3. art. 62. Quinq; civitates, quæ Palantiæ dicuntur; in Saxoniâ inveniuntur, in quibus Rex legitimis debeat Curiis Præsidere. Prima dicitur Grona*: Werliz, *secunda, quæ modo in Goslariam translata est* Walhusen *tertia*: *Alstede quarta: Quinta Merseburg nuncupatur.* Imperio itaque Romano in duo regna diviso Lombardicum & Teutonicum, quorum utrumque duplici jure regeretur, Francico & Saxo-

 nico,

nico, & hoc tractum Saxonicum, usque ad mare Balthicum, illo tractum Rheni cum Belgio, Sueviam, Franconiam Orientalem, Bavariam, & Austriam, ad Alpes usque Italicos complectente, factum hinc est, ut duo etiam præcipui Palatini haberentur, Saxonicus & Rhenensis. Et hæc origo Palatinorum Rheni.

Controversia de Electorali dignitate, inter Bavarum & Palatinum.

Rationes pro Bavaro.

II. Electoralis autem dignitas utrum in hac prior, an in familiâ Bavaricâ fuerit, à viris doctis superioribus annis disputatum. Pro Bajoaricâ antiquitate exstant luculenta testimonia. Primò enim Dux Bajoariæ ab Ottone III. ad Dapiferatum est adhibitus, *teste Ditmaro lib. 4. p. 36. num.* 50. At verò hoc & reliqua Imperii officia ab Ottone III. ex temporariis perpetua facta & cum jure ac potestate eligēdi Romanorum Regem connexa, cōmunis est opinio. Deinde ad Duces Bajoariæ à temporibus Ottonis III. ratione officii istius spectavit custodia Insignium Imperii, quæ sunt crux, & Lancea Regalis, clavis dominici corporis insignita, sceptrum, globus & corona, jure hereditario: Eademque insignia Duces Bajoariæ eodem jure perpetuò retinuisse, demonstrat Gevvoldus *Sac. Roman. Imp. Septemv. cap.* 10. Porrò subortâ post Cæsaris Rudolfi I. electionem lite, inter Regem Bohemiæ Ottocarum, & Bavariæ Duces Ludovicum & Henricum fratres, motâque dicto Duci Henrico quæstione, de possessione juris eligendi Romanorum Imperatorem, in Curiâ Augustæ celebratâ, Cæsar Rudolfus & Principes, causâ cognitâ Ducibus Bajoariæ jus eligendi Romanorum Regem ratione Bavariæ competere ex antiquo sententiam dixerunt. Decretum istud huc apponere non pigrabimur, quod exstat *apud Goldastum tom.* I. *Const. Imp. fol.* 311. *Rudolfus DEI gratia Romanorum Rex semper Augustus, universis præsentia inspecturis, in perpetuum declaramus, quod præsidentibus nobis Curia apud Augustam Idibus Maji solemniter celebrate, & constitutus ibidem*

inpræ-

in præsentia nostra Illustr. Principum Octokari Regis Bohemiæ nunciis, & Henrici Ducis Bavariæ procuratoribus, subortaq; inter eos quæstione super quasi possessione juris eligendi Romanum Regem, per Procuratores prædicti Ducis H. & Illustr. Ludovicum Comitem Palatinum Rheni Ducem Bavariæ, filium nostrum charissimum fuit propositum, ratione Ducatus Bavariæ, hoc ejus competere ex antiquo. Idemq; noster filius L. coram nobis, cunctisque Principibus, Prælatis, Baronibus, Militibus, & universo populo, qui eidem Curiæ assidebant, extitit publicè protestatus quod prædictus Dux H. frater ipsius olim electioni Inclytæ Richardi Romanorum Regis nostri prædecessoris, unà cum ipso præsentialiter cum cæteris Principibus Coëlectoribus interfuit, & in eum uterque dixerit legaliter votum suum, eundem in Romanum Regem, una cum aliis comprincipibus jus in hoc habentibus eligendo. Deinde verò electionis tempore apud Franckenfurt de nobis ab omnibus Principibus jus in electione habentibus concorditer celebratæ, per Nuncios & Procuratores ejusdem Ducis Henrici videlicet Henricum Præpositum Oetingen, & Fridericum Rectorem Ecclesiæ de Lantshud, absentiam propter impedimenta legitima legitimè excusantes, præsente venerabili Berchtoldo Babenbergen. Episcopo, Procuratore prædicti Regis Bohemiæ, & contradicente quidem ipsis Procuratoribus, sed ipsius contradictione à Procuratoribus Electoribus omnibus, tam Ecclesiasticis quam secularibus non admissa, in dictum L. Comitem Palatinum Rheni nostrum filium, una cum aliis Principibus omnibus, qui in nos direxerant sua vota, prout jam dicti Procuratores in mandatis receperant, concorditer extitit compromissum, qui commissum hujusmodi in se recipiens, suo, & dicti H. Ducis fratris sui, ac omnium aliorum Principum jus in electione habentium auctoritate & nomine, in Romanum Regem solemniter nos eligit, vocibus eorundem fratrum Ducum Bavariæ Comitum Palatini Rheni ratione Ducatus pro una, in septem Principum jus in electione Regis Romani habentium numero computa-

 tis,

tis, prout etiam in prædicta Curia Augusten. vivæ nostræ vocis eloquio, utrique ipsorum in præsentia nunciorum præfati Regis Bohemiæ, videlicet venerabili Wernhardo Seckovien. Episcopo, Magistro Henrico Præposito Werden. N. Commendatore Domus Teutonicæ per Austriam, & Wolfingo Magistro Hospitali S. Iohannis de Murperge, ac omnium ibidem præsentium Principum, Prælatorum, ac Baronum recognovimus, ac cognoscimus manifeste, in hujus rei testimonium & perrennem memoriam prædictorum, præsentes eis literas donavimus, nostro Regali sigillo, nec non subscriptorum testium sigillis munitas. Qui sunt. Hartmannus August. Episcopus. Hiltprandus Eistetan. Henricus Tridentinus Episcopus N. de sancto Gallo, de Augea Abbates. Rudolfus Cancellarius noster. Ex Laicis verò filius noster Ludovicus Comes Palatinus Rheni Dux Bavariæ. Philippus Dux Karinthiæ. Meinhardus Comes Tyrolen. Fridericus Burggravius de Nürnberg. Henricus Marchio de Burggrave. Vlricus de Helfenstain. Ludovicus de Oetingen. Albertus & Burchardus de Hochenberg. Henricus de Fürstenberg. Tybaldus de Pirreto & Ludovicus de Homberg, Comites Henricus & Berchtholdus de Niffen, Albertus de Pruckperch. Hermannus de Hägenberch, Volkmarus de Chemnaten & Matquartus filius suus, Winhardus de Rorbach, Henricus de Prisingen, & alii quamplures. Actum & Datum Augustæ, Anno Dominicæ incarnationis Millesimo, Ducentesimo, Septuagesimo quinto, Regni verò nostri Anno secundo. Oportet itaque, de jure suo liquidò docuisse Henricum & Ludovicum, alias Imperatore, & Imperii Proceribus hoc minimè affirmaturis, præsertim, cùm Palatinatus Rheni à genero Cæsaris, Duce Ludovico realiter possideretur, & Henricus Dux, frater Ludovici, titulotenus saltem Comes Palatinus Rheni esset, ac proinde Ludovico vero possessori Comitivæ Palatii ad Rhenum haut levis injuria facta fuisset, auferendo ita per sententiam possessionem Electoriæ dignitatis, Bavariæque Ducatui

adjudi-

adjudicando. Quin etiam æquè facilè fuisset, jus Electorale in formula sententiæ dictis Ducibus asserere ratione Comitatus Palatini, si ea ratione possessum tum fuisset. Accedit, quod Cæsar Ludovicus V. inter suos filios, & ex fratre Rudolfo, qui jam fatis concesserat, nepotes divisionem provinciarum instituens, quibus etiam Palatinatum Rheni concessit possidendum, de jure eligendi Rom. Regem inter eosdem separatim disposuit, quam dispositionem & transactionem Ducis Rudolfi filii juratâ promissione ratam habuerunt, omnesque ac singuli Electores confirmarunt & approbarunt, ùt refert prolixè *Gewoldus d. loc. p. m.* 182. Concludunt itaque quod demum Karolus IV. Imperator, ductâ uxore Rudolfi Palatini filiâ Annâ, Electoratum Palatinatui Rheni intulit, decreto Norimbergæ facto, & Aureæ Bullæ sanctione. Ab eo tempore Bajoariæ Duces non destiterunt protestando jus suum conservare, unâ cum Regalium suorum investiturâ Electoratum quoque petentes, quemadmodum cum anno 1545. Fridericus Palatinus Electoratus infeudationem à Karolo V. Spiræ requireret, eodem tempore interposita fuit, nomine Guilielmi IV. Bajoarici protestatio, & impetratum rescriptum Cæsareum, quod infeudatio Electoratus cum suis pertinentiis & juribus Friderico facta, non debeat præjudicare Duci Wilhelmo, *teste Gewoldo d. loc. p.* 193.

III. Hæc quidem pro Bajorica domo Gevvoldus: Cui se masculè opposuit Freherus *epistola responsoria, de Electoratu S. Rom. Imperii Comitivæ Palatinæ Rheni antiquitus annexo.* Cujus rationes contrahit Limnæus *lib. 3. cap. 9. n.* 9. Et probat Buxtorf. *ad A. B. th.* 55. *tit. e.* Sanè si Francisco Irenico fides *Germ. exeg lib.* 3 *cap.* 54. Henricus Palatinus tempore Ottonis III. primus Elector fuit constitutus. Deinde Martinus Crusius *Ann. Svev. lib.* 8. *p.* 2. *c.* 4. Palatinum Conradum anno 1170. semet Electorem nominasse narrat. Accedit auctoritas Speculi

Rationes pro Palatino.

Saxonici, cujus compilator cum institutorum Patriæ scientissimus extra dubium fuerit, aliis longè testibus præhabendus venit. Ita autem *lib. 3. art. 57. In Principis electione primus inter Illustres Regni Palatinus Rheni, qui est dapifer.* Prodiit autem istud Speculum post annum millesium ducentesimum. Et loquitur ita de hac re, non ut novâ, & recens repertâ, sed receptâ. Et hujus controversiæ nuper repetitæ, exstant in utramque partem monumenta, nempe; Manifest **Pfaltzgraff Karl Ludewigs Churf.** eique opposita, **gründliche Ableinung/** quæ nobis sufficiat indicasse.

Palatinus quarto loco suffragatur.

IV. Cæterum quod attinet jura Palatini, in electione Romanorum Regis quartus suffragatur. *A. B. C.* 4. §. 3. Ad dextrum Imperatoris latus assidet continuò, post Regem Bohemiæ. *d. c.* 4. §. 1. In processione solenni gestat pomum Imperiale. *c.* 22. Fuit ejusmodi globus ab omni ferè antiquitate, ùt ait Freherus *not. ad P. de Andlo. p.* 182. signum universalis Imperii, quem etiam Augusti statua manu tenens Romæ visitur. Codinus παρεκβολῶν, περὶ ἀγάλματος τοῦ Διός, Constantinopoli statuam refert Jovis fuisse positam, tria ferentem mala, universum mundum tribus climatibus distinctum indicantia, *pag.* 46. De Imperatoris Justiniani statua equestri in Augusteone collocata, idem Codinus loco citato, *p. m.* 52. Verba latinè referam: *Cum Iustinianus S. Sophiam condidisset, repurgavit aulam, & marmoribus exornavit, cum ante gustejum, id est, forum cupedinarium esset.* (vide de γουστείῳ Meurs. Gloss.) *Ideò statuam suam equestrem columnæ imposuit, atq; sinistrâ manu globum, cui crux infixa est, continet, quod ob fidem in crucem, universo orbe terrarum potitus sit. Nam globus is terra est, ob rotundam ejus figuram.* Et Procopius *lib.* 1. περὶ κτισμ. Ιουστιν. *fol. m.* 6. *editionis Hoeschel.* de eadem statua inquit: φέρει μὲν χειρὶ τῇ λαιᾷ πόλον: (*ita enim legendum, non* πόλιν) παραδηλῶν ὁ πλάστης, ὅτι γῆ τε αὐτῷ καὶ θάλασσα δεδούλωται πᾶσα. Cedrenus *fol.* 307. *numera*

50. ἡ στήλη τοῦ Ἰουστινιανοῦ ἔφιππος κρατοῦσα τη μὲν ἀριστερᾷ χειρὶ μῆλον σφαιροειδὲς, ὡς τῆς γῆς ἁπάσης αὐτοῦ κυριεύσαντος. Eadem Michaël Glycas *annal. parte IV. p. m.* 380. & Nicephorus Gregoras *fol.* 126. Transit ergò hoc insigne ad Imperatores Germanorum, quod pomum, globum, &, nomine penitus Germanicô, pallam, Ball/appellant. Godofredus Viterbiensis:

Aureus ille globus pomum, vel palla vocatur,
Vnde figuratum mundum gestare putatur,
Quando coronatur, palla ferenda datur.

Tradebatur autem à Pontifice Imperatori, ut constat ex Glabro Rudolpho *Histor. libr. 1. cap. 5. fol. 9. edit. Wechel. Ne quisquam audacter Romam Imperii Sceptrum praproperus gestare Princeps appetat, seu Imperator dici aut esse valeat, nisi quem Papa sedis Romanæ morum probitate delegerit aptum Reipubl. eiq; commiserit insigne Imperiale.* Et paulò pòst: *Anno igitur Dominicæ incarnationis septingentesimo decimo, licèt insigne illud Imperiale diversis speciebus prius figuratum fuisset: Venerabili tamen Papa Benedicto sedis Apostolicæ fieri jussum est admodum intellectuali specie; Idem insigne præcepit fabricari, quasi aureum pomum, atq; circumdari per quadrum pretiosissimis quibusq; gemmis, ac desuper auream crucem inseri. Erat autem instar speciei hujus mundanæ, molisq;, videlicet in quadam rotunditate circumsistere perhibetur, ut dum siquidem illud respiceret Princeps, terreni Imperii foret ei documentum, non aliter debere imperare vel militare in mundo, quàm ut dignus haberetur vivificæ crucis tueri vexillo. In ipsâ etiam diversarum gemmarum decoramine videlicet Imperii culmen plurimarum virtutum speciebus exornari oportere: Cumq; postmodùm prædictus Papa Imperatori videlicet Henrico, hujus rei gratiâ, Romam venienti obviam cum maximâ virorum & Sacrorum ordinum multitudine processisset ex more, eiq; hujusmodi insigne scilicet Imperii in conspectu totius Romæ plebis tradidisset, suscipiens illud hilariter, circumspectoq; eo, ut*

eo, ut erat vir sagacissimus, dixit: Optime Pater, ad Papam, istud facere decrevisti, nostra portendendo juvenis Monarchia, & quæ sequuntur. Hinc Ludovicus Bajoariæ Dux in coronatione Guilielmi, ex Comite Hollandiæ in Regem R. electi, pomum aureum ei tradendo dixit: *Accipe globum sphæricum, ut omnes terræ nationes Romano Imperio subjicias, & Augustus gloriosus appellari valeas. Trithem. chron. Hirsaug.*

Pomum hoc quando Palatini insignibus insertum.

V. Hoc pomum Karoli V. permissu Fridericus II. Palatinus Elector clypeo inseruit. Tres enim clypeos pro insignibus Palatinus gerit, unum Bavaricum, alterum Palatinum, medius autem inter hos vacuus fuit, & ruber, donec impetraret, quem dixi, Elector, ut imitatione collegarum suorum, Saxonis & Brandenburgici, & ipse illud, quod Imperatori de solennitate in publico præfert pomum, palàm in insignibus suis ostenderet. *Freher. Orig. Pol. fol.* 110. Insuper Palatinus Imperialis Curiæ solennis Archidapifer quatuor fercula in scutellis argenteis, reponit in mensam, ante Imperatorem. *A.B.C.* 27. §. 4: Videtur & hoc officium ex Aula Orientalium Imperatorum provenisse. Jam enim sub Constantino Magno ita distributis officiis Rosico Principi dapiferatum assignatum fuisse legimus apud Nicephorum Gregoram *libr.* 8. *fol.* 109. Ὁ δὲ Ῥωσικὸς τήν τε στάσιν, καὶ τὸ ἀξίωμα τοῦ ἐπὶ τῆς τραπέζης παρὰ τοῦ μεγάλου κεκλήρωται Κωνσταντίνου. Et Georgius Codinus inter officia domus Augustæ Constantinopolitanæ recenset τὸν Δομεστικὸν τῆς τραπέζης, τὸν ἐπὶ τῆς τραπέζης *p.m.* 15. *editionis Comelianæ.*

Palationus Archidapifer.

Palatinus Imperatoris est judex.

VI. Per Auream quoque Bullam Judici Imperatoris esse licet Palatino, *c.* 5. §. *fin.* Sed totum hoc jus valdè dubium & minimè omnium est liquidum. Primò unde hanc potestatem habeat Palatinus, non liquet. Sed puto Freheri sententiam esse præ cæteris probabilem, quod à data olim, in palatio Principis, judicandi potestate id retinuerit Palatinus, *Vide eum in not. ad P. de Andlo c.* 10. *lib.* 2. *p.m.* 191. Ut enim diximus,

Præfe-

Præfectus Palatii in Aula Regis & Prætorio Francorum, vi mandatæ jurisdictionis cognitionem omnium causarum habebat & judicandi potestatem, ita, ut & ipse Princeps, si ab aliquo conveniri se pateretur, coram hoc solo se sistere dignaretur. *Dn. Carpz. cap. ult. n. 7.* Nec quidquam derogat, quod hac ratione non videatur à consuetudine arcessi hoc jus posse, unde deducit tamen Karolina sanctio, cum ex amplissimâ concessione Majoribus domus data sit. Enimverò non asserimus, quod Comes Palatii, vi jurisdictionis suæ, quam in Palatio exercebat, etiam Regem necessariò coram se sistere potuerit, aut codicillis ei datis hoc consignatè comprehensum fuisse, ut de Rege quoque judicet: sed hoc ex consuetudine esse dicimus, quod jurisdictio Majoris domus submissione liberâ prorogata quandoque à Rege fuerit. Quo ipso etiam Dn. Arumæi instantia labitur; *hac ratione consuetudinis initium certum fieri, quod plerumq; ignoretur.* Nequaquam enim certum fit, quo primum tempore, quis primus Regum jurisdictionem Majoris domus prorogando consuetudinem introduxerit. Et si certissimum esset, nil quidquam stringeret. Quibus consequens est, cum Principes Imperii cognitionem contra Albertum mandarent Rudolfo Comiti Palatino, id novo exemplo tum primùm, isto decreto, in Palatinum collatum non esse, ùt opinatur Goldastus *tom. 1. Ration. p. 99.* autoritate Chronici *Georgi Alten / Secret. Norimb.* Sed officii potius admonitum Palatinum ex alta consuetudine sibi competentis. Quod facilè probo, tum quia Speculum Saxonicum, quod circa seculi decimi tertii initium, & verisimiliter anno 1230. prodiit, jam dum judicium Palatini agnoscat, *lib. 3. art. 52.* & *Weichbild lib. 1. art. 8. & 9.* At verò Decretum istud Ordinum fieri non potuit ante annum 1300. ad quem refert expresè Henricus Rebdorf. *annal. fol. 412.* Tum quod idem Rebdorfius, eodem loco observatè narret, Ele-

Quod habet reliquum à Majorata domus.

Non verò ex Decreto Principum Imperii.

ctores propterea elegisse Palatinum, quod sit officium Palatinæ dignitatis, ex quadam consuetudine, de causis cognoscere, quæ ipsi Regi moverentur. Si ergò vi potestatis, consuetudine Palatino competentis, Principes cognitionem ad Palatinum detulerunt, cognitio hæc initium ab hoc Decreto sumere non potest. Sed puto nihilominus per A.B. quod initio liberæ atque arbitrariæ subjectionis fuit, necessariæ Jurisdictionis fuisse factum, dummodo ex hoc tempore in observantiam unquam venisset.

In Caussis civilibus.

VII. De causis, ob quas conveniri hîc potuit Imperator non minus solet dubitari. Præferenda nobis eorum videtur sententia, qui ad causas civiles solùm judicium adstringunt, & quidem tales, quibus ratione communissimæ materiæ Princeps obligatur, ut quivis de populo, puta ex contractu cum privato, vel Principe sibi subjecto celebrato. Non verò ad causas criminales, neque feudales. *Vide Dn. Limn.* 3.9.81. neq; depositionis, neque appellationis, neq; etiam eas, quibus tenetur Princeps, ùt est Princeps. Prius firmat **Schwabenspiegel.** *cap.* 23. *ibi*: **Den Künig mag niemand an den Leib gesprechen / jm werd das Reich ee vertheilet mit der Fürsten Urtheil. Uber des Künigs Leib und über sein Ehre mag niemand Urtheil gesprechen / wann die Fürsten.** Posterius verò illicò pòst: **Und kriegt er mit Yemand ümb Gut / oder ümb andere Ding / das des Reichs ist / da sollen über sprechen die Fürsten und Grafen die Freyen und des Reichs Dienstman.** Huic convenienter cum exauctorandus esset Wenceslaus, sententiam dixerunt, non Palatinus, sed, nomine reliquorum collegarum, Moguntinus, tanquam Collegii Decanus. *Vultej. ad tit. C. ubi Senat. vel Clariss. p. m.* 510. *n.* 4.

In Imperiali Curiâ agitandis.

VIII. Judicium hoc institui debet non alibi, præterquam in Imperiali Curia, ubi Imperator præsens exstiterit, uti verba habent Latina. Germanica versio ita: **Jedoch soll der**

Pfalz-

Pfalzgraf dasselbe sonst nirgend haben noch suchen / dann an einem Kayserlichen Hofe / oder wo der Kayser / oder Römische König gegenwertig ist. Ubi particula, oder / non disjunctiva, sed explicativa est, ut perinde atque, das ist / significet, propterea, quod tum temporis Curia non esset, ubi Imperator non esset. Non Aula ergò Imperatoris, sed comitia intelliguntur. Sed numquid Imperatoriam Majestatem imminuit, quod coram Palatino conveniri possit? Utique, si Palatinus coërcitionem, & sententiæ exsecutionem haberet. Quam verò habere negamus; sed eò tantùm pertinere cognitionem ejus, ut jus actoris declaretur per sententiam. Neque aliter se res habet cum Rege Galliæ, cui Parlamentum, *Goldast. in l. un. C. ne quis in suâ caus. Alciat. cons. 2. num. 22. lib. 3. Chassan. catal. glor. M. part. 5. cons. 5.* Arragoniæ, cui justicia Arragonica, *Borell. de præst. Reg. cath. c. 46. num. 54.* Angliæ olim, cui Justicia Magna, *Bodin. lib. 1. cap. 8. num 84.* Daniæ, cui universus Regni Senatus. *Arnis. de Iur. Maj. lib. 1. cap. 6. num. 11* Bohemiæ ratione Silesiæ, cui judicium Vratislaviense, *Sichard. p. 10 num. 15.* & ratione Ducatus Glogoviensis Pares Curiæ Glogoviensis. *Beust. in l. admonendi. n. 194. A. de Iurej.* Elector & Duces Saxoniæ, quibus Provinciarum suarum suprema tribunalia jus dicunt. Quid verò si Imperator agere velit, an & tum Judex ei sit Comes Palatinus? Non videtur, quia dispositio Aureæ B. strictè accipienda, tanquam juris communis correctoria, & contra rationem juris recepta. Sed spectat cognitio ad Pares, dummodò causa sit feudalis. *Spec. Suev. lib. 1. cap 23. § 2* In primis facit testimonium Imperatoris Sigismundi, desumtum ex literis ad Conradum Moguntinum datis, anno 1426. in controversiâ de inferioris Germaniæ provinciis. Ibi: Demnach wir treflich beladen / und der Entscheidung nicht wohl mögen außwarten / und nemblich auch darumb / daß Uns nicht gebühret / nach dem wir auch vermeynen Recht zu denselben Nie-

Neque sic imminuitur Imperatoris Majestas.

An & tum, ubi Imperator partes actoris sustinet.

derlanden zu haben / und in unser eigen Sache nicht wol mögen Richter gesetzen / und wenn die Sache des heyligen Reichs treffliche Lehn anrühret / so haben wir Fürsten / Grafen und Rähte darum gehabt / und meynen / daß billich sey / daß die Sache vor des heyligen Reichs Mannen außgetragen werde. Et hoc nimirum jus illud est, quod suo nomine das Fürsten-Recht appellatur; Jus nempè cognoscendi de feudis vexillariis, so einem Theil gäntzlich und endlich abgesprochen werden sollen.

Fürsten-Recht.

IX. Hoc jus an soli Imperatori competat, disputatur. Pro affirmativâ sunt, qui textus feudales producunt. *c. un.* §. *praterea, de prohib. feud. al. per Frid. c. un. apud quem vel quos content. feud.* Deinde profertur Constitutio Friderici II. & Alberti apud Goldastum *p.* 1. der Reichs S. *fol.* 21. *ibi.* ohne Fürsten und andere hohe Leute / wo es gehet an ihre Leibe / oder an ihr Recht / oder an ihr Erbe / oder an ihre Ehre / das wollen wir selber richten. Accedit quod Karolus V. cognitionem harum causarum sibi soli reservavit. Ord. des Regim. zu Wormbs / *de anno* 1521. §. Ob auch Sachen vorfielen. *ibi.* derselben Erkändtnüs wollen wir uns auch vorbehalten. Quod confirmat *Ferdin.* in Ord. *Cam. p.* 2. *tit.* 7. *ibi.* derselben Erkäntnüs wollen wir der Kays. Maj. oder Abwesens derselben uns / alß Römischen Könige vorbehalten haben. *Vide Reinking.* 1. 4. 19. *n.* 10. Sed contraria sententia verior est, quàm quæ apud Sagram. Præter enim ea, quæ diximus, exstat instructio Henrici Ducis Bavariæ, *apud Lundorpium tom.* 2. *act. publ. lib.* 1. *tr.* 2. *p.* 18. *ibi.* es sey eine Gerechtigkeit / auch mit löbl. Gewonheit in dem Reich herkommen / daß wer mit Fürsten zuschicken habe / und sie vor ihre Maj. dem Kayser rechtfertigen wolle / nemblich in Sachen / die ihr Land / Leute / Fürstenthum und Königliche Lehnschafft / oder ihr Leib und Ehre betreffend seyn / daß dieselbe Fürsten durch keine andere Personen / denn durch ihre Genossen / zu recht gefodert / geladen / und ihnen ihrer Majest. Königl. Ladung verkündiget

werden

werden solle. Et Sigism. Imperator, in quâdam causâ inferiorem Bavariam concernente ad Electorem Moguntinum rescripsit: Haben wir Fürsten/Grafen und Räthe darum gehabt/ und meynen daß billich sey/ daß die Sache vor des Heil. R. Mañen außgetragen werde/ *apud eundem Lundorp.* *Anno* 1408. in confœderatione Johannis & Ludovici, Bajoariæ Ducum, conqueritur Johannes, daß sein Vetter keines Rechts nicht bekommen möchte/umb sein väterlich Erbe/und auch umb andere Sprüche vor den Röm. König/ und vor den Fürsten/do solche Sachen billich vor gehören/ *apud Lundorp. p.* 14. Et Elector Brandeburgicus in literis de dato Cöln an der Sprew. 1609. do er einen oder andern zu antworten solte schuldig seyn/ das Gericht durch Chur-Fürsten und Stände des Reichs/deren der Kayser eins Theils/ aber auch er zubenennen haben möge/ wie daß bey Zeiten seiner Vorfahren am Reich/ in dergleichen Fällen und Sachen/ löblich und herkommen gewesen/ zubesetzen. *Vide Dissertat. de Rat. status Imp. R. G. p.* 1. *c.* 10. *sect.* 2. *&* 3. Et rationibus dubitandi satisfieri haut difficulter potest, quippe quæ sic intelligendæ sunt, non quasi Pares Curiæ, seu Principes, qui à multis retrò seculis, judicio isti adhiberi consueverunt, excludantur: sed pertinent ad excludendas aliorum judiciorum solummodò cognitiones, Regimenti scilicet, Cameræ Imperialis vel Austregarum. Neque imminuit hanc opinionem, quod neque in A. B. neque ullâ aliâ Imperii lege judicii hujus fiat mentio. Sufficit aliunde satis constare de ejus veritate, & signatè in quadam constitutione Basileæ facta, Kayser Sigmund und der Churfürsten und Fürsten Gesetze/ wie ein Fürst dem andern für das Röm. Reich laden soll/ gemacht auff dem gehaltenen Reichs-Tag zu Basel/ *apud Goldast* Reichs S. ander Theil/ *fol.* 102.

X. Cæterùm Electoralis dignitas exauctorato Friderico V. Bavariæ Duci collata est à Ferdinando II. Imperatore, anno

Electoralis dignitas à Palatino redit ad Bavarum.

anno 1623. Ratisbonæ, quod ad se devolutum Electoratum delicto Palatini Cæsar contendebat, salvo tamen jure agnatorum. Etsi huic translationi Saxo & Brandeburgicus contradicerent, replicantes, rem esse insolitam, könten die clausulam, salvo jure, nicht approbiren / were solche auch nicht nütze / zu Ruh und Frieden / dieweil der Agnatorum jura gantz ungewiß gemacht / und auff disputationes und den ungewissen des Rechtens Außgang gestellet würden. Id quod repetit Elector Saxoniæ, in literis ad Moguntinum, ubi inter alia: die translation der Chur und was darauff erfolget / halten wir nicht für ein medium des Friedens / sondern eines im̃erwährenden Krieges / und haben es daher nicht billigen können / wir bleiben auch dabey nochmals / bevoraus weil kein einig Exempel seit aufrichtung der güldenen Bullen / das dergleichen begangen / nicht allein nicht vorhanden / sondern Churfürst Mauritii das Widerspiel bezeuget. Tandem verò tractatu ultro citroque habito Noribergæ, & Elector Saxoniæ in hanc translationem certis conditionibus concessit. Et ita hæc dignitas Electoralis, cum omnibus Regalibus, officiis, præcedentiis, insignibus & juribus quibuscunque ad hanc dignitatem spectantibus nuper pace Osnabrugensi Maximiliano Bavariæ Duci confirmata fuit. *Instrum. pacis* §. *&* 4. *vers. & primò*: ibi: *Quod attinet domum Bavaricam, dignitas Electoralis, quam Electores Palatini ante hac habuerunt, cum omnibus regaliis, officiis, præcedentiis, insigniis, & juribus quibuscunq; ad hanc dignitatem spectantibus, nullo prorsus excepto, ut & Palatinatus superior totus, unà cum Comitatu Cham, cum omnibus eorum pertinentiis, regaliis, ac juribus, sicut hactenus, ita & in posterum maneat penes Dominum Maximilianum, Comitem Palatinum Rheni, Bavariæ Ducem, ejusq; liberos, totamq; lineam Guilhelmianam, quamdiu masculi ex eâ superstites fuerint.* Sed ne ignis belli suppositus cineri doloso maneret, Domui Palatinę aliter fuit consultum, ut sequitur in

eodem

eodem instrumento, dicto loco. *Quod ad domum Palatinam attinet, Imperator cum Imperio, publicæ tranquillitatis causâ consentit, ut vigore præsentis conventionis institutus sit Electoratus octavus quo Dominus Karolus Ludovicus, Comes Palatinus Rheni ejusq; heredes & Agnati totius Lineæ Rudolfinæ juxta ordinem succedendi in Aur. Bul. expressum, deinceps fruantur. Nihil tamen in iis, præter simultaneam investituram ipsi Domino Karolo Ludovico aut ejus successoribus ad eâ, quæ cum dignitate Electorali Domino Electori Bavariæ, totiq; lineæ Guilhelmianæ attributa sunt, competat.* Sic nempè datum fuit Germaniæ tranquillitati, ut octav⁹ fieret Elector, Imperii Archithesaurarius, quod anteà non potuit obtineri. Maximiliano enim I. petenti, ut Archidux Austriæ in numerum Electorum cooptaretur, restiterunt, ne antiquissima instituta Majorum commutarentur, ut refert ex Hartmanno Mauro de coronatione Karoli V. Goldastus. Cumque Gabriel, Transsylvaniæ & Zeculorum Princeps cum Electoribus & Principibus unitis egisset, ut Regi Hungariæ honos ille conferretur, Principes eandem ob causam renuerunt, ut ex Cancellariâ Secretâ Anhaltinâ refert Goldastus idem *libr. 3. Boh. cap. 5. p. m.* 288. Ut itaque hactenus dicta in summam colligamus, Elector Palatinus, vice Imperatoris, interregni tempore, in locis Jure Franconico utentibus potestatem habet judicia exercendi, ad beneficia Ecclesiastica præsentandi, colligendi reditus & proventus, investiendi, quæ tamen per Regem Romanorum posteà innovari debent, feudis vexillariis exceptis, quorum investitura soli Imperatori reservatur. Ipse tamen Palatinus nihil quidquam alienare rerum Imperalium, vel obligare potest. Ubi non possum præterire versionem Aureæ Bullæ Germanicam vitiosè traductam; **Derselbe Pfalzgraff hat aus Kayserlicher Güte zu verbieten** / pro eo, quod vertendum erat, **demselben Pfalzgrafen soll verboten seyn.**

Octavus Elector instituitur.

Quod antehac non permittebatur.

XI. Ter-

XI. Tertius Electorum Dux Saxoniæ est, cui, vacante Imperio, idem jus, quod Palatino, Vicariatus, in locis ubi jus Saxonicum viget, competit. Sunt autem ea loca, ut tradit Goldast. præfat. **Der Reichs S. welche der Sächs. Kayserl. hohen Reichs Pfaltz unterworffen nicht allein die Sächs. Land und Fürstenthum / Geist- und Weltlich / wie die erzehlet werden im Sachsenspiegel / im Anfang der Vorrede / im Teutschē Exemplar / sondern auch alle Fürstenthum / denen Sächsisch Recht von Teutschen Kaysern und Königen sind gegeben und zu halten auferleget worden. Als da ist Pohlen / Böhmen / Mähren / Schlesien / Laußnitz. Weichbild** *tit.* 10. **Schwabenspiegel** *lib.* 2. *cap.* 8. **Sclaven und Wenden / Sleßwig / Holstein / Stormar und Ditmarsen. Sachsenspiegel** *libr.* 3. *art.* 64. **Pommern / Preußen / Liefland / Litta und Moßkaw / uñ Samugieten.** *Glossa in* **Weichbild** *art.* 10. Sed de Vicariatu isto forsan alibi agemus. Votum in Electione habet quintum. In Curia Imperiali Archimarschalli fungitur officio, habetque sub se hereditarium Imperii Marschallum, de **Pappenheim.** Vox Mareschalli est pura puta Teutonica, quidquid de origine ejus comminiscuntur quidam. **Mar** enim vel **Maer** equum olim significavit & adhuc in usu est de equabus, **eine Maere. Schalt** verò ministrum notat, unde adhuc in usu superest verbum **Schalten** / administrare. Sunt itaque Marschalli, ministri rei equestri præpositi. In Legibus Salicis *titulo XI.* inter ministeria magnæ domus alicujus numeratur, medius inter *Scancionem*, qui erat Pincerna, Gallis *Eschancon*, **Schenck** / & stratorem, qui domino insternendis equis erat, Langobardis *Marpahis* apud Paulum Diaconum, qui Belgis *Meerfester*, equorum curator. Et in LL. Alemannicis *tit.* 80. dicitur super XII. caballos esse. In Aula Francorum Regum Marschallus supremus officialium fuit, dictus Comes Stabuli & corruptius, Comestabilis, Conestabilis. *Gregorius Turonensis hist. Franc. libr.* 9. *cap.* 38. *libr.* 10. *cap.* 5.

Archimarschallus.

cap.5.ejusque jurisdictioni subjecti fuêre nobiles universi, milites,& equitatus. Idem Gregorius de Leudaste *lib*. 5. *cap*. 48. *Quæ libenter eum colligens provocat, equorumq; meliorum deputat esse custodem. Hinc jam obsessus vanitate, & superbia deditus, Comitatum ambit Stabulorum, quô accepto cunctos despicit ac postponit.* Hinc apparet, custodiam equorum præfecturam fuisse honestissimam: Sed multò ampliorem Comitatum stabulorum. *Aimoinus lib*. 3. *cap*. 43. de eodem Leudaste: *Reginæ familiarissimus factus custos equorum efficitur. Inde Comitatum super cæteros nactus custodes, post mortem Reginæ Comitatum Turonicum à Chariberto percepit.* Et rursus *cap*. 70. *Leudegisilus Regalium Præfectus equorum, quem vulgò Connestabilem vocant, quemq; Rex ei præfecerat expeditioni.* Idem *libro* 4.*cap*.95. ubi de Karolo M.loquitur: *Eodemque anno Burchardum Comitem Stabuli sui cum classe misit in Corsicam* Hic comitatus stabulorum, quin à Romanorum natus institutis sit, eò minus dubium, quo certiora ejus rei vestigia prostant. Erat autem illis hæc dignitas tanquam militaris tribunat⁹. *Ammian. libr*. 26. Ubi de Imperatore Valentiniano loquitur: *Nicomediam itineribus certis ingressus, Kalendis Martiis Valentem fratrem stabulo suo cum Tribunatus dignitate præfecit* Ejus dignitatis in Codice Justiniano fit mentio *tit.C de Com. & trib. Schol* Itemq; in *l*. 3. *C. Th. de ann. & trib. & l. perpensâ*. 29. *C. Th. de Equor. collat. & l*. 1. *C. Theo. qui à præb. tyr.* Est ergò Archimarschallatûs quoque dignitas origine ex Palatio Regum Francorum. Et inde Elector Saxoniæ perquam Serenissimus, tanquam Marschallus Imperii, quando bellum pro incolumitate Imperii gerendum, omnes Imperii status præcedit, & prelium orditur, cui ex Karoli Crassi constitutione de expeditione Romanâ dabatur unus equus ad præcurrẽdum, alter ad præliandum. Hinc quoque in campis in adventu Imperatoris ordines instruit *Goldast. in rat. Imp. fol*. 102. In ingressu Karoli V. anno 1520. in Aquisgranum hac de re controversia inter Juliacenses & Saxonicos

 orta,

orta, utri primum Aquisgranum equitatu suo intrarent. Saxonici enim nitebantur Archimarschallatûs jure: Juliacenses verò territorii proprietate se anteriores esse oportere contendebant, præcedereque volebant, propter jus salvi conductûs, quod Saxones à se impetrare oporteret. Nec potuit negotium per Cæsarem expediri, usque dum Juliacensis Dux equitatu prorumperet: Saxonici, ne viderentur jure suo aliquid detraxisse, ultrà quadrantem horæ Regem, Ordinesque detinentes tandem omnem Comitatum in civitatem duxerunt. *Hartm. Maurus de coron. Karoli V.* Porrò in processione Imperiali Archimarschallus Imperialem ensem deferens Imperatorem immediatè præcedit, & inter illum ac Archi-Episcopum Trevirensem medius habetur. *A. B. C. 22.* Quod attinet Vice-vel hereditarium Marschallum dem Erbmarschalck/ in Comitiis hospitia Statibus Imperii, eorumve & exterorum Legatis assignat, foribusque nomina inscribit: Insuper nomine Archimarschalli Jurisdictionem exercet, in Statuum Imperii Legatorumque familiam, ut & peregrinos alios. Quâ de ortis subinde litibus transactio inter ipsum & Civitates Imperiales facta fuit, ratione Jurisdictionis civilis & criminalis: Was die civilem und criminalem Jurisdictionem über die sich zur Zeit wehrender Reichs-Versamlung in derselben Städten aufhalten/ die Zu- oder Abreisende/ und die Stände des Reichs/ wie auch dero oder frembder Potentaten gesanten und Bottschafften nicht berührende Personen/ so wohl in denen zwischen sich selbst untereinander/ als auch mit einem Bürger sich begebende Handlungen/ auch alles was solcher Jurisdiction anhängig/ und die dahero fliessende emolumenta, und fructus, benantlich die Einziehung/ als auch bey der Juden Garküchen gefallenden Ungelts/ od dessen Befreyung/ Anrichtung der Glücks-häfen/ Garkuchen/ Elen/ Maß/ Gewicht/ Schutz und Politen Geld von den frembden Krämern/ Fechtern/ Spielern/ Spiel-

Leuten

Præfert Imperatori gladium.

Ejus Vice-Marschallus quis, & quæ ejus jura.

Leuten und unzüchtigen Weibern / Einfoderung alles Zolls/ oder andern angemaßten Rechtens / von den victualien und dergleichen/wie das Nahmen haben mag / so von des Reichs Erbmarschallen bißhero gesucht / angericht/ zugelassen/oder eingezogen werden wollen/ belangen thut / soll solches alles hinführo von Erbmarschallen unterlassen und er sich dessen ferner nicht anzumassen haben/ jedoch von gedachten Frey- und Reichsstätten ihme Reichs Erbmarschallē/nach Ankunft der Kays. Maj. oder der Commissarien, und also völligen Angangs des Reichs-Tages / in recompensam dessen allen / und zu gütlicher Hinlegung deren / dieser Puncten halber bißhero gehabten Streitigkeit/tausend Gülden zu 60. Kr. gemeiner Reichswährung / wie die an jederm Ort gäng und gebe ist/erstattet werden. Deniq; in solennibus curiis, aggesto ante ædificium sessionis Imperialis cumulo avenæ tam alto, ut ad pectus equi pertingat, Elector Saxoniæ manu tenens argenteum hostorium modiumq; argenteum, quem avenâ oneratum famulo primo cuique sese offerenti ministrare, & hostoriū cumulo infixum relinquere tenetur *A.B. C.25.*

XII. Postremus olim Electorum Marchio est Brandeburgensis, cui votum in eligendo sextum datur. Fungitur officio Archi-Camerarii. In processionibus Imperialibus Sceptrum præfert, inq; solenni curia porrigit Imperatori aquam manibus abluendis. Et hæc quidem officia, quæ cuilibet Electori in Curiâ Imperiali incumbunt obeunda, hodiè & Electoriæ dignitati nexu indissolubili alligata sunt. Sed numquid cum Electoratuum investitura unâ conferuntur, an Electori seorsum ab Episcopo Bambergensi postulari debent? Sanè inveterata hæc est opinio, quod ab Episcopo Bambergensi horum investitura impetranda sit. Hoc n. ab Henrico II. Imperatore, Comitatu Bambergensi in Episcopatum evecto eidem, privilegii instar, concessum autumant. Imò sunt, qui non solùm hæc of-

Elector Brandeburgicus. Archicamerarius.

Officia Electoralia à Bambergensi Episcopo in feudum non tenetur.

ficia Electoralia, sed etiam feuda Electoratuum ipsa à Bambergensi petenda esse persuasi sunt, ut *Peucer. chron. lib. 4. Spangenb. chron. c. p. 161. Wolf. lect. memor. tom. 2. fol. 467.* Utrumque erroneum est. Electoratus enim pariter & officia Electoralia ab ipso Imperatore per investituram Electorib⁹ concedi certo certius est, & probatum à Dn. Carpz. *Disput. feud. 10. qq. ad A.B. 1. num. 30* Quid ergò habendum? Scilicet tenent Electores quædam loca, ad Electoratum pertinentia ab Episcopo Bambergẽsi sibi in feudum data, quorum intuitu ad officium tenentur Episcopo Bambergensi per subofficiarios præstandum, simile officii ejus, quod Imperatori præstant, & hoc est quod à Bambergensi in feudum recipiunt. Regisq; Bohemiæ Subofficiarius non est Baro Limburgensis, qui aliàs Regis personam sustinet, ubi Imperatori hoc officii præstandum: Sed Nobilis Franconicus ab Aufsez. *Goldast. Boh. 3. 8. 11. Freher. not. ad P. de Andlo libr. 2. cap. 15* Palatini vices gerit non, qui coram Imperatore, Dapifer de Waldenburg/ sed quidam Nobilis à Pommersfelden: Saxonis non Pincerna de Limburg, sed alius, nempe Marschallus von Ebner: Brandeburgici, non Comes de Hohenzollern; verùm Nobilis von Rotenhan. Sũmatim: Sunt hæc officia non Imperialia, sed Episcopalia, quæ per vicarios suos ex equestri ordine præstari solent, atque deinde in subfeudum iis conceduntur. *Dn. Carpz. d. Disp. feud. ult. q. 1. n. 29 & seqq. & post eum Dn. Limn comm. ad Kapitul. p. 123* Deniq; Subofficiarii Imperiales, Principe aliquo, præter Electores, eosve qui singulari privilegio muniti sunt, recipiente feudum ab Imperio, de LXIII. marcis, quas tenetur solvere, singuli accipiunt X. marcas. Item absentib⁹ Electoribus ipsorum Legati his Subofficiariis in muniis suis expediendis nequaquam præferuntur, quâ de re exstat anonymi cujusdam consultatio de præcedentiâ & jure der Erbämpter und Hofämpter/ quam Besoldus exhibet *Tract. de præcedentia & session. prærog. c. ult. n. 4. p. m. 160.*

Sed sunt officia Episcopo præstanda.

DIS-

DISSERTATIO IV.
DE
ILLUSTRIBUS CONTROVERSIIS CIRCA ELECTIONEM KAROLI V.

RESPONDENTE
CONRADO FALCKNERO, Laufa-Norico.

I.

DEfuncto Maximiliano I. ambiebant Imperii dignitatem duo, Karolus Austriacus, qui ante annum tertium Hispaniæ Regi Ferdinando avo materno successerat: Et Franciscus Galliæ Rex, qui ante annum quartum devictis Helvetiis ad Marignanum, Mediolanensem Principatum tenebat. *Vid. de Galli Victoria Martinus Bellajus libr. 1. comm. Thuan. lib. 1. Surius sub Anno 1515. Guicciardin. lib. 12.* Erant ante Electionem, qui pro utroque partes suas interponerent contra alterutrum. Gallo favere videbatur Pontifex, quocum nuper amicitiam & societatem ad invadendum regnum Neapolitanum inierat. *Thuan. lib. 1.* Contra Karolum is allegabat, ei per leges non licere adspirare ad Imperium Germanicum, quod Reges Neapolitani, tanquam Pontificis beneficiarii ex pacto teneantur Romanum Imperium non attingere, cujus pacti origo hæc est: Cùm Manfredus, Friderici Secundi

Competitores Imperii Karolus Austriacus, Rex Hisp. & Franciscus Galliæ.

Pontifex favere Gallo videri volebat.

cundi Cæsaris Filius nothus, Ecclesiam Romanam infestaret, Clemens quartus Pontifex, qui præfuit anno Salutis 1265. ut illum reprimeret, Karolum Provinciæ Galliæ & Andegaviæ Comitem, cùm in Italiam vocatus venisset, Siciliæ Regem, atque Neapolis pronunciat, ut & Beatricem Conjugem ejus, regnumque utriusq; Siciliæ illis & posteris eorum Masculis, & fœminis concessit: Duabus scilicet conditionibus, quibus obligabantur; singulis scilicet annis quadraginta octo aureorum millia Romanæ Curiæ persolvere; & deinde, ne ipse, aut suorum Posterorum quisquam Imperator fieri posset, quamvis fortè ab Electoribus ad id munus deligeretur. *Pandulfus Collenutius libr. 4. p. 169. Sleidan. libr. 1. ad ann.* 1519. Hæc delegati Pontificii Cardinalis Cajetani postulata Vesaliæ quatuor Electoribus ad Rhenum proposita. *apud Goldast.* in Reichshändeln *p. m.* 24. *Et Politicor. Imperial. p. 1. cap. 6. p. m.* 102. Sed reverà sibi potius studebat Pontifex, quàm Francisco. Quàm seriò enim egerit, & quàm sibi constitutio, quam appellat Cardinalis Cajetanus, *in Oratione ad Electores Principes* Clementis IV. cordi fuerit, paulò pòst legatus ejus palàm fecit literis, quas Moguntiâ die 24. Junij 1519. ad Electores emisit. *apud Goldast.* Reichshändel ersten Theils *fol.* 38. Quorsum etiam acceperint Electores ejus intercessionem, apparet ex responso Cajetano dato, quod habetur apud Goldastum inter alia his verbis: *Mirantur non minus Principes Electores institutum id, quod avo nostro Electionum temporibus ab aliquo Rom. Pontificum auditum est nunquam, maximè hoc modo propositum, ut Electoribus legem præscribat, jubeat, vetet.* Contra Franciscum intercedebant Helvitij, quorum tanquam hostium nuper reconciliatorum interpositionem non satis prudenter ambiverat Franciscus.

Contra Franciscum Helvetij intercedunt.

II. Quod attinet Electionem ipsam, habetur ejus historia in Protocollo Electionis, quod extat *in Polit. Imperial. Goldast.*

Electionis ipsius Historia.

ast. p. 1. Describitur etiam à Georgio Sabino, quæ descriptio extat *Tom. 2. Collectar. Schardii pag.* 827. Eandem Historiam Hartmannus quoq; Maurus consignavit, Cancellarius Trevirensis. Reperitur apud eundem Schard. *p.* 882. *& p.* 3. *Polit. Imper. apud Goldast.* Die 17. Junii cœpit Consessus ad eligendum Imper. Aderant sex Imperatores Francofurti, sed nomine Regis Bohemiæ Ludovici, qui tum minor annis, Ladislaus Sternbergius Cancellarius supremus Bohemiæ, Christophorus de Schvvaneberg, Ratislaus de Brzkomnen de Szebierzou, supremus Protonotarius, & Jacobus de Wirzschnitz, cum mandato Procuratorio Regis sui comparebant, cujus exemplum exhibet Protocollum Electionis. Venerunt & Legati Regis Poloniæ Sigismundi, Matthias Episcopus Uladislaviensis, & Raphael de Leschmo, Castellanus Laudensis, & Capitaneus Slohoviensis. Disceptatum fuit hîc inter Poloniæ & Bohemiæ Regum Legatos, utri nomine Ludovici Bohemici ad Electionem admittendi? Legati Regis Poloniæ nitebantur lege A. B. quod impubere vel minore existente Electore, jus eligendi ad tutorem pertinet. *Tit. VII.* Quam legem Bohemi ad se pertinere negabant, quippe quibus quantum ad hanc legis partem privilegia antiqua, in ipsa Bulla, confirmata fuerint, inter quæ & hoc, ut, Rege minore, ipsis statibus Electioni interesse liceret, & hi etiam pervicerunt. Venerunt etiam Moguntiam Legati Karoli Archiducis Austriæ, Regis Hispanorum, Matthæus Episcopus Salisburgensis Cardinalis, Fridericus Comes Palatinus, Dux Bavariæ, Casimirus Marchio Brandeburgensis, Henricus Comes Nassaviensis: qui Karoli nomine modestè petebant, ejus ut in Electione ratio haberetur. Erant Confluentiæ Galliæ Legati, qui privatim ingentibus promissis animos non Electorum tantùm, sed etiam aliorum Principum, & Civitatum conciliare Regi Francico studebant, utriusque partis Lega-

Contentio Legatorum Poloniorum, & Bohemicorum.

Legatorum literæ habentur apud Goldast. unà cum utriusque oratione. *Polit.* Reichshandel *p.* 1 *tit.* 18.

Præconsultatio Moguntini. III. Constituto deliberationi die, quùm Electores in Curiam Francofordiæ convenissent, Moguntinus oratione gravi, quasi προβουλεύματα quædam habenda dixit. Ubi rem minus rectè pensitant, qui Moguntinum primum sibi votum contra legem A. B. sumsisse affirmant. *Error eorum, qui Moguntinum primum sibi votum sumsisse autumant.* Non enim suffragium de Electione hoc fuit Moguntini, sed, ut dixi, προβούλευμα. Id quod non solùm ipsius Moguntini verba apud Sabinum probant, quoniam, inquit, hic congressus institutus est, non ut suffragia feramus, sed ut liberè colloquamur, cùm de universa Republ. dum de Electione: Verum etiã idem ex Protocollo Electionis **im Politischen Reichshandel.** *Goldast. tit.* 31. apparet. Imò ipse Moguntinus in Decreto Electionis fatetur, se ordinem A. B. observasse: **Wir Albrecht Cardinal/als Ertzbischof zu Mayntz/haben den andern unsern Mit-Churfürsten/und geschickten Bottschafftẽ Stimmen und** vota **nach Ordnung und Gesetz darüber gemacht/von jedem sonderlich gefraget/und erforschet/und wie andere Churfürsten/und geschickte Bottschafften sämptlich hinwiederumb den ehgemelden Herrn Albrecht.**

An & quanam lex sit, quæ extraneos Imperio excludat. IV. Porrò eodem Scrutinio Moguntinus ait, se lege & jurejurando impeditos, quò minus Gallum eligant. Quæ lex illa sit non sine causa investigant Arumæus *Tom. 1. Discurs. VI. Limnæus libr. 2. I. P. cap. 2.* Non enim videntur exempla deesse electorum è peregrinis Imperatorum. Alfonsi v. g. Castellæ Regis, & Richardi Cornubiæ Ducis ex Anglia, & posteà etiam Eduardi ante Electionem Karoli IV. *Objectio I.* Existimet non nemo forsan nullam expressam legem haberi: aliâs enim non opus fuisset monito Moguntini. *Responsio.* Quæ ratio imbecillior, quàm ut hoc concludat, videtur; Imò quia admonet Moguntinus Electores legis, quâ teneantur, colligere potius

licet,

licet, utique legem aliquam fuisse oportere. Neq; magis est, quod hanc legem, quam quærimus, tacitè illi inesse quis putet, quâ Electores eligere jubentur idoneum. Nondum enim convenit de hoc postulato, an exterus idoneus non sit, quæ quæstio facti est, & petit principium. Ne dicam, hanc vocem, *Idoneus*, generalitate, laxitateque sua admittere, quam excludere peregrinos potius. Neque Politici extraneos in universum omnes, & sine exceptione excludunt: quâ de quæstione vide *Reinhardum* König *disputantem apud Goldast. Polit. Imperial. p. 2. Bernegger. in Tacit. quæst.* 190. *Lipsium* 3. *Polit.* 4. Neque urgebo, quod sentit Cardinalis *in cap. venerabilem X. de Election.* nihil prohibere, quo minus ex alia natione Imperator eligatur: Quia quod in jure Canonico ad Germanos esse Imperium translatum dicatur, nihil aliud significet, nisi datum esse Germanis jus eligendi Imperatorem, non necessariò tamen Germanum. Et Glossa *in Clementin. un. de jure jur. in pr.* affirmat: Si inter Germanos nullus esset dignus Imperio, liberum esse Electoribus Regem Romanorum ex alia natione eligere, *arg. sumto ex. cap. ne pro defectu in fin. X. de Elect.* Quidnî verò credamus Henrico Mutio, Ottonem III. talem tulisse legem asserenti, ut ut nos ejus verba non viderimus? Cur minor sit fides Historico isti, quam alii cuivis, quem ullius falsi deprehensum fuisse probari nequit. Accedit Franciscus Irenicus *Exeges. German. lib.* 3. *cap.* 23. Adde Heigium, quo Juris Consultum & Historiarum cognitione, & antiquitatis, ut de summa ejus in jure auctoritate taceam, non habuere illustriorem Academiæ nostrates, *quæst. illustr.* 5. Denique apprimè confirmat, constitutionem hâc de re aliquam latam fuisse, quod tradit Sabinus, *in Historia Electionis Karoli V.* nempè quod in hoc ipso suffragio Moguntinus expressè dixerit, eâdem constitutione, nempè, quâ de extero non admittendo cavebatur, cautum quoque esse, ut talis Imperator

Objectio 2.

Responsio.

Affirmitatem ab Ottone III. Imper. esse latam, teste Henrico Mutio. Francisco Irenico, Spangenbergio. Petro Heigio Georgio Sabino.

 eliga-

eligatur, qui ſit heres alicujus ditionis Imperio noſtro parentis. Quam clauſulam, niſi ſimiliter quis in voce, Idoneus, ineſſe perperam aſſerat, eum oportet agnoſcere, aut conſtitutionem expreſſam hâc de re latam eſſe, aut fidem omnium Hiſtoricorum temerè elevabit.

An. Franciſc. exterus? A. V. Sed fortaſſis Franciſcus non erat exterus; Franci enim Germani origine, Catti quondam appellati, poſſidentes eam Germaniæ partem, quæ adhuc Franconia, à Bohemiâ cis ſaltum Bacenim, ſeu Thuringiacum, usque ad Saxoniam inferiorem. Verum enim verò, ut ut hæc ita ſint: tamen lex illa, & continuus ejus uſus, ac conſuetudo eum Imperatorem requirunt, non qui origine ſui ultimâ ex Germanis oriundus, ſed qui ipſe in Germania, & ex Germano ſanguine quàm proximè cretus ſit. Aliàs Itali, Hiſpani, Angli, Germani quoque dicendi forent: &, ut loquitur Moguntinus apud Sabinũ, ſi vereres illæ fabulæ Gallis patrocinantur, perinde poterunt à Turcis Trojam repetere atque â nobis Imperium, quia perhibent ſe ab Hectoris Filio ortos eſſe. Quin quemadmodum Galli Germanos pro extraneis habent, & eos juri Albinagii ſubjiciunt, ita nec Germanis Gallos pro *Ocj.* Germanis eodem jure habere licet. Sed fortaſſis, quo minus excludatur Franciſcus, priſtina ſuadet regni Francici Germanicique unio, ſub Karolo Magno, ut ſtatuit Trevirẽſis, & probat Pacianus. 2. *de Probation. cap*. 23. *num*. 50. *Petrus Gregorius VII. de Rep*. 15. *num*. 18. Deinde quo tempore Imperium fuit translatum in Karolum Magnum, is erat Rex Galliarum, & per vires ac ſumtus Galliæ liberavit ſedem Apoſtolicam ab Adverſariis, & ut Rex Galliarum accepit omnia privilegia, & Imperium à Pontifice. Accedit, quòd Trevirenſis ſit Cancellarius nomine Gallorum, quorum loco jus eligendi habet, ut vel hinc appareat, jus quoddam eligendi Gallos ipſis deberi. Deniq; ſi eligendus debet obtinere provincias ſub Imperio, Fran-

Franciſcus tum Inſubriam,& Arelatenſe regnum poſſidebat. Sed jam ante reſponſum fuit,legem, quæ exteros excludit, poſteriorem eſſe Karolo Magno, atque adeò Germanum velle non ex ultimo ſanguine,ſed qualem jam deſcripſimus. Trevirenſis autem non Gallorum nomine eligit,ſed Imperii;non Cancellarius nomine Gallorum , ſed Archicancellarius Imperij per Galliam appellatur, ut ſuprà dictum pag.58. *Reſp.*

VI. At nunquid Karolus Hiſpanus magis Germanus cenſendus erat,videndum. Quin Patrem habuerit & Avum Germanos,dubitandum non eſt. Locum itaq; habet, quod cautum *l.*1 § 2.*ff.ad Municipal.* Patria autem Gandavum fuit, Urbs Flandriæ,quæ nunquid Germaniæ accenſenda, dubitare poſſis ex iis,quæ hic *Thuanus libr.*38.*ab init.* Non enim ſolùm Belgium olim Galliæ tertiam conſtituebat partem,cujus portionem eſſe Flandriam,i.e.Pleumoſos, ut olim vocabantur,Grudios & Gordunos, nemo negabit: Sed & Flandriam in Francorum Regum fide fuiſſe, donec Franciſcus I. Galliæ transactione illi renunciavit, Thuanus aſſerit. Hæc ut ut largiamur fortaſsè,hoc negare tamen nec Thuanus auſit,Belgium iſtud Germaniæ inferioris appellatione à Germaniæ populis jam tum donatum fuiſſe,quum illi extra naturales limites,ut loquitur Thuanus,inundatione populorum ſeſe ejecerunt in hos tractus. Et quia in his locis linguam novi coloni non ſolùm Germanicam, ſed & appellationem Germaniæ inferioris retinuere,ſecus atque cum Longobardis in Italia, Anglo Saxonibus in Britannia, Francis in Gallia contigit, jam ſatis apparet diſcriminis inter Flandros hoſce & populos iſtos.Deinde ex Trithemio Abbate conſtat, in diviſione Regni Francorum,à Ludovici Imp.Filiis facta,Ludovico ceſſiſſe Germaniam, cui computabatur Galliæ Belgicæ major pars,& nominatim Flandria,Hollandia,Selandia,Brabantia,

An Karolus Germanus? A.

Obj.

Reſp.

ut signatè scribit Trithemius *Chron.de Orig.Franc.* Denique ut transeamus, quæ ex Plinio, Tacito, aliisque demonstrat Conradus Peutinger *Serm. Conviv.cap.*4. Germaniæ quoque ditioni & potestati Flandros certissimè addicit matrimonium illud Mariæ, quod dixi cum Maximiliano Austriaco, adeò, ut quin Karolus V. tàm à Germanis, quàm in Germaniâ natus sit, amplius nec quicquam dubitetur.

Trevirensis προβούλευμα Iudaeus vatizinatus de Imperio.

VII. Percurramus & Trevirensis suffragium Moguntino velut ex diametro adversum. Dicit Sleidanus Trevirensem præfatum fuisse de Vate quodam, qui Maximilianum dixerit ultimum fore Cæsarem Germanum. Hunc Gerardus de Rhoo *Histor. Austriac.lib.*20. Judæum fuisse ait, eumque ab Electoribus interrogatum, hoc ita respondisse; sed & adjecisse illud, ex Maximiliani posteris aliquem ei successurum esse, qui latè per Europam sit regnaturus, magnam sub eo mutationem fore.

Rationes pro Francisco.

Deinde Franciscum Trevirensis cum Karolo comparat, quod quemadmodum hic ob provincias, quas sub ditione Imperii possideat, ita ille ob Insubriam & regnum Arelatense Imperii capax sit.

Resp. ad eas.

At verò lex Electionis, requirens, ut provinciæ sub Imperii ditione possideantur, ut eligẽdus sit verè heres alicujus provinciæ, quæ Imperio pareat, requirit, quod de Francisco, neque si respicias Insubriam, neque Arelatense regnum affirmari potuit. Quod Insubriam seu Ducatum Mediolanensem attinet, Feudum quidem hunc Imperij esse dictum supra *p.* 10. *Iohann. de Imola consil.*15. *Recess. Imperii Noricus de Anno* 1542. §. und wie nun *Bodin. de Republ.*1 *cap.*9. ac propterea per Imperii vicarios fuit gubernatus, quos vulgò vocarunt Vice-Comites. Hinc Mediolanenses Ludovici Ducis Aurelianensis Filiis jus negabant esse, quod vi investituræ Wenceslai successio ad solos masculos descendentes sit restringenda. Qua propter dotale instrumentum domino feudi non potuisse præ-

judicare.

judicare. Posteà Ludovicus XII. Rex Galliæ cum Maximiliano ita pepigit, ut Claudia primogenita Ludovici Karolo V. adhuc puero nuberet, & Maximilianus investituram Ducatus Regi Ludovico, pro se filiisque suis masculis traderet; iis verò deficientibus, Ducatus Mediolanensis in favorem prædicti matrimonii Karolo Austriaco cederet. Sed hoc pacto non servato, Maximilianus armis Ducatum subegit: quo statu mansit, donec Franciscus I. Galliæ Rex eundem occuparet. Hæc de Ducatu Mediolanensi. Idem judicium de Regno Arelatensi, cujus provincias Rex Galliæ nequaquam pro feudis Imperii possidet, ut ut hoc jure acceperit, qua de re vide, quæ diligentissimè congessit Goldastus *in Epist. Dedic.* der Reichshändel. *Itemque Limnæus in Addit. ad lib. 1. cap. 9.* & nos supra *pag. 56.* *De Regno Arelatensi.*

VIII. Porrò considerandum, quod de Belgis Trevirensis affirmat: *Societatem*, inquit, *aut fœdus nobiscum nullum habent, nec Imperii leges ad se quidquam pertinere ducunt, nec ad publicos usus quidquam contribuunt, non magis quàm Britanni vel Scoti.* Quod verò Belgæ sub Imperio olim, testatur Gottfridus Viterbiensis *Chron. part. 17. p. m. 475. Otto*, inquit, *primum Belgicam ingressus totam in ditionem redegit, & ex tunc omnes Teutonici Reges sine contradictione Belgicam semper tenuerunt.* Rursus à Karolo V. in Generali Germaniæ Conventu de omnium statuum consensu Belgium Feudum Imperii constitutum est, & confectum in hanc rem instrumentum *Anno* 1548. cujus verba repræsentat Limnæus *lib. 1. cap. IX. n. 18.* Eôque respicit Recessus Imperii ejusdem anni §. Nach dem dann. & Belgarum Libellus supplex in Comitiis Spirensibus *Anno* 1570. exhibitus, cujus verba digna esse puto, quæ hic referantur: E. Kays. Majest. Chur- und Fürstl. Gn. und Gunsten wollen bedencken/ daß unser Vatterland ein Stück Teutsches Landes ist / zum theil innerhalb des Reichs begriffen/ zum

Belgæ in Germania accensendi.

Belgicum olim sub Imperio.

Feudum Imperii factum à Karolo V.

theil den Gesetzen und Ordnungen des H. Römischen Reichs von Alters her unterworffen: Daß Braband ein alt Reichslehn alle und jede Zeit gewesen/und dessen Hertzog von viel hundert Jahren Römischen Kaysern Huldigung und Treu Lehns halben geschworen. Daß Antorf ein Marggrafthum ist des Heil. Römischen Reichs: Daß Geldern und Frießland/daß Gröningen/Ober-Gülich/und Kammereicher Marck und Gegend unter dem Gebiet und Jurisdiction des Reichs seyn: Daß Holland/Seeland/und Hennegau/und andere anstossende Länder haben dem Fürsten etwa aus Beyern als erbliche Landes sassen zugehöret. Et mox: Letzlich/daß hochgemelder Kayser Karl unlängst die gantze Landschafft unter des Heil. Römischen Reichs Ordnung und Gezirck/mit Verwilligung der Chur-und Fürsten/und andere Reichsstände zu Augspurg also bracht/ daß sie unter des Reichs Schutz und Schirm seyn sollen.

IX. Sed ut ut hæc speciosè à Trevirensi proferebantur, *Franciscus spe excidit.* Franciscus tamen magnâ suâ spe excidebat, cujus ut fieret compos, auri vim maximam profuderat. Idem & à Belgis factum addit Sleidanus, sed se nihil affirmare. Thuanus verò apertè ***lib. 1. suffragatorum venales sententias fuisse constans fama fuit, magnâq; invidiâ Septemviri laborârunt, quod ab utroque Principe acceptâ ingenti pecuniâ, ac præcipuè à Francisci Ministris, tamen Karolo ac non potiùs cuivis ex suo Collegio, Imperatoriam dignitatem adjudicassent.*** Ubertus Thomas Leodius ***de Vita Friderici II. Palatini*** tradit, quum machinationes Karolus Competitoris haberet compertas, Friderico Comiti Palatino, quem sciebat magno Electorum in favore esse, offerebat Vice-Regium munus in Regno Neapolitano: monebatque nulli parceret pecuniæ, ut Electionem promoveret, se suppeditaturum eam affatim. Addit Idem Ubertus *lib* 8. Electorem Coloniensem ad Comitia Electionis causa Coloniæ indicta. ***Anno*** 1530. venire noluisse, nisi sibi & suis Consiliariis satisfieret

ret de pensionibus & donariis promissis in Electione Karoli. At quicquid sit de reliquis Electoribus, de Electore Saxoniæ certè testatur Sleidanus, se pro eo, quod suo suffragio Karolum designasset, oblatam à Legatis Karoli pecuniam rejecisse, & suis, ne vel teruncium acciperent, mandasse. Id quod Erasmus Roterodamus *IV. Epist.* 13. fusius ita describit: *Dux Saxoniæ Fridericus delatum sibi ab omnibus Imperium ingenti animo recusavit, idque pridiè quàm Karolus eligeretur. Mox rogatus, quem igitur censeret eligendum, negavit sibi quempiam alium videri tanti nominis oneri sustinendo parem, quàm Karolum. A Nostris (Karoli Legatis) oblata* 30000. *florenorum constantissimè rejecit, quumque urgeretur, ut tantùm* 10000. *pateretur dari famulis; accipiant*, inquit, *si velint, attamen nemo postridiè manebit apud me, qui vel aureum acceperit.* Hoc præterea notandum: Diversas esse has largitiones à donativo ordinario, quod peractâ Electione Electoribus, & eorum ministris præstari solet: Olim ante conditam Bullam Karolinam singulis Electoribus post Electionem peractam solvendæ erant 4000. & 500. libræ argenti, ut patet ex literis Alberti Electoris Saxonici 1291. scriptis, *apud Goldast. in* Polit. Reichshandel. *p.* 1. *cap.* 2 Ad quod honorarium non est trahenda prohibitio *A.B. cap.* 2. § 2. quia loquitur Bulla de largitione, quæ Electionem antecedit, non quæ sequitur: Neque enim hæc in crimen ambitus incidit. Dn. Limn. comm. ad Capitul. p.m. 78. & seq.

Friderici Saxoniæ Electoris abstinentia.

Donativum ordinarium post Electionē præstandum Electoribus.

Non prohibitū ab A.B.

X. Restat ut videamus Conditiones, quibus Imperium Legatis Karoli nomine Regis sui acceptandum proponebatur, quarum summam Sleidanus eleganter contrahit. Et fuit ab antiquo in Imperio receptum, ut administratio Reipubl. Regi Germanorum non absolutè, sed certis conditionibus deferretur, quas juret Imperator, se summo studio observaturum. Vocatur earum instrumentum usitato, sed barbaro

Karoli V. Capitulatio Cæsarea.

vocabulo Capitulatio. In Gravaminibus Passavii anno 1550. exhibitis, dicitur die Kayserliche Obligation; olim appellabātur Leges Palatinæ, ut docet Goldastus *in Dedicat. Tom. III. Constitut. §. Imperatoria.* Quidam recentiorum Capitulationem, ad exemplum Regiæ Legis Romanorum, per quam potestas populi in Imperatorē translata fuit, nihil aliud esse volunt, quàm Germanorum Legem Regiam, quâ summum Imperium certis Conditionibus in Imperatorem transferatur. Quo de nomine, ut difficiles non simus, certè rei comparatio, nempè Capitulationis nostratis, & illius antiquę Legis Regiæ, parum habet simile. Per illam enim Legem Regiam absoluta potestas populo ademta in Principem deferebatur: Per hanc verò summa potestas Principis imminuitur, ut populo ex parte reddatur. Si itaque propter convenientiam in re nomē Capitulationi nostræ convenire putant, valdè vereor, ut hoc nomen rei sit conveniens.

Malè comparatur cum Lege Regiâ Romanorum.

XI. Cæterum obligatio, quâ Karolus obstrictus, ad verbum habetur integra apud *Goldast. p. 2.* der Reichssatz. *pag.* 157. cujus caput primum est: *Tueatur Remp. Christianam, Pontificē, & Ecclesiam Romanam, cujus est Advocatus.* Verba authentica ita habent: Die Christenheit und den Stul zu Rom / auch Päbstliche Heiligkeit. Vocabulo des Stuels zu Rom / Ecclesia Romana intelligitur. Est enim Cathedra Doctorum, quales Apostoli, & Episcopi, sedes, & quia Princeps Apostolorum Petrus ab antiquo fundasse Ecclesiam Romanam creditus est, hinc Ecclesia Romana Petri Cathedra, & κατ' ἐξοχὴν, sedes Apostolica appellatur. Ipse verò Petrus Romæ præsens eam statuerit, nec ne, dubium recentiores quidam reddiderunt, de quo nemo dubitavit priscorum Ecclesiæ Patrum. Tertullianus, qui scripsit librum de præscriptionibus circa seculum secundum; *Habet Romam*, inquit, *statu felix Ecclesia, cui totam Doctrinam Apostoli cum sanguine profuderunt, ubi Petrus Passio-*

ni dominica adaequatur; Idem Dionysius Corinthiacus *apud Eusebium lib. 2. Hist. cap. 24.* Et ante eum Irenæus *lib. 3. cap. 3.* uterque circa finem Seculi secundi. Cyprianus, Seculi tertii scriptor; *Epist. 55. Navigare audent, & ad Petri cathedram, atque ad Ecclesiam principalem, unde unitas Sacerdotalis exorta est.* Seculo quarto Lactantius *libr. 4. Instit. cap. 21. Christus aperuit Discipulis, quæ Petrus & Paulus Romæ prædicaverunt.* Eodem, sed post Lactantium, Optatus Milevitanus: *Negare non potes, scire te, in urbe Româ Petro primò Cathedram Episcopalem esse locatam, in quâ sederunt omnium Apostolorum caput Petrus, &c.* Eadem Epiphanius Seculo IV. Hieronymus, qui cum Augustino floruit ad finem Seculi IV. ita ad Damasum Episcopũ Romanum *Epist. 57. Beatitudini tuæ, id est, Cathedræ Petri communione consocior. Augustin⁹ lib. 2.* contra literas Petiliani *cap. 51. Si omnes per totum Orbem tales essent, quales vanissimè criminaris, Cathedra tibi quid fecit Romana Ecclesia, in qua Petrus sedit, & in qua hodiè Anastasius.* Prudentius circa Seculi IV. confinia:

Hîc nempè (Romæ) jam regnant duo
Apostolorum Principes,
Alter vocator gentium,
Alter Cathedram possidens
Primam, recludit creditas
Æternitatis januas.

Idem Seculo V. Theodoretus *Epistola ad Leonem* & Severus Sulpitius *libr. 2. Histor. Sacræ.* Idem medio Seculo V. Prosper:

Sedes Roma Petri, quæ pastoralis honoris
Facta caput mundo.

Finiente eodem Symmachus in suo apologetico adversus Anastasium Imperatorem ait: *An quia Imperator es, contra Petri niteris autoritatem? Et qui Petrum Alexandrinum recipis, beatum Petrum Apostolum in suo qualicunque vicario calcare contendis.* Denique nulla ratio suadet, ut tantùm Ecclesiæ veteris

N pri-

primorum Seculorum consensum posthabeamus inconsulto recentiorum Zelo. Quorum argumenta rem quidem hanc impeditam reddere possunt, falsi convincere non possunt. *Adde Xystum Betulejum in Lactant. lib. 4. c. 21. M. A. Dominis lib. 4. c. 1.*

XII. Porrò Advocatus audit Ecclesiæ Imperator **Reichs A. zu Regensp.** *Anno* 1541. §. **Aber Churfürst:** ibi: **Der Kayser ist** Advocat **und Beschirmer der Christlich. Kirchen.** Et Weichbild Juris Saxonici *art.* 8. **Der Kayser sol dem Stuel zu Rom vorstehen von S. Peters wegen/ davon er auch Röm. Voigt heist.** Hoc Patrocinium, vel, ut barbarè vocatur, Advocatia, ei duplici jure competit; generali & speciali. Illam officii ratione summa potestas Ecclesiæ debet in quolibet Regno jure gentium, & continet non tantùm defensionem, & sustentationem ministrorum, sed & curam & gubernationem pro cõservando puro cultu divino, corrupto redintegrando, & aliis. Quantum enim circa cultum divinum vi patriæ potestatis olim in familiis paterfam. poterat, tantùm jure Gentium potest Princeps in sua Rep. Sic Jeroboam 1. *Reg.* 12. acquisito jure territorii, illicò disponebat de cultu divino publico quoad locum, personas, & qualitatem. Qui quanquam circa mutationem qualitatis à DEO aliter determinatæ peccabat; Exterioris tamen dispositionis facultate usus est ex jure status sui, quod est species juris Gentium ad conservandam societatem civilem. *Nov. 6. in præf. l. 3. pr. C. de Sum. Trin. Confer Restaur. Castald. de Imper. q.* 52. *Zoannet. de Rom. Imper. numer.* 149 *&* 251. *Thom. Mich de Iurisd. Concl. 9. Vasq. contr. illustr. libr. 1. cap. 51. num. 72. Grot. de Imper. summar. potest. circa Sacra. Mar. Antonium de Dominis de Republ. Ecclesiast. lib. VI. c. 5. Irvinum de jure regni c. 6.* Alterum speciale patrocinium est, quod Karolus M. ejusque Successores specialiter susceperunt, atque ejus causa juramentum præstiterunt, quod falsò

Quod duplex. Generale.

Et speciale juramento protectionis firmatum.

à qui-

à quibusdam Juramentum fidelitatis appellatur, quod nonnisi protectionis est. Ita enim habet, prout à Sigonio formula refertur *de Regno Italiæ lib. IV. sub anno* 801. *In nomine Christi spondeo atque polliceor Ego N. coram DEO & beato Petro Apostolo, me protectorem, & Defensorem fore hujus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ in omnibus utilitatibus, quatenus divino fultus fuero adjutorio, prout sciero poteroq;.* Cui congruit formula, quæ in Ceremoniali Romano extat *libr.* 1. *sect.* 5. *cap.* 3. *Ego Rex Rom. adjuvante Domino futurus Imperator, promitto, spondeo ac polliceor, atque juro DEO, & B. Petro, me de cætero protectorem atque defensorem fore summi Pontificis, & Sanctæ Ecclesiæ Romanæ in omnibus necessitatibus, & utilitatibus ejus custodiendo & conservando possessiones, honores & jura ejus, quantum divino fultus adjutorio potero, secundum scire & posse meum, rectâ, & purâ fide.* Planè geminum huic est, quod Karolus V. præstitit, *apud Goldast.* 1. Reichssatz. *p.* 306 *& Tom.* 3. *Constit. p.* 508. *Ego Karolus Romanorum Rex, & brevi DEI gratia futurus Imperator, per Deum divumque Petrum promitto, polliceor, testificor, atque juro, me imposterum pro viribus, ingenio, & facultatibus meis, Pontificiæ Dignitatis, & Romanæ Ecclesiæ perpetuum fore defensorem, nec ullam Ecclesiæ libertati vim illaturum. Sed potestatem, dominationem, & Iurisdictionem ipsius, quoad ejus fieri potest, conservaturum ac protecturum: Cujus rei testem voco Deum ipsum, & hæc Sancta Evangelia. Vid. de toto hoc argumento Goldast. in Replicatione pro Imperio cap.* 16. Sanè pro jurejurando fidelitatis Clemens V. non dubitavit venditare, in concilio, quod Viennæ habuit in Galliâ, defuncto Henrico VII. *Clement. un. de jurej.* Et ita communiter statuunt Canonistæ *in c. Tibi Domino.* 33. *dist.* 63. *& in d. Clem. un. Marta de Iurisd. p.* 1. *cap.* 18. *num.* 13. *&* 14. *& cap.* 39 *num.* 13. Imò jam olim id hoc nomine præstitisse Ecclesiæ Karolum sine fronte asserunt Romanistæ. Etsi enim Patricius factus Papæ, Senatui, populoque

Romano defensionem juravit: Post coronationem tamen fidem Pontifici jurasse putidum commentum, neque uspiam, præterquam in Ordine Romano reperire est. Etsi Gratiani tempore exstitisset, procul dubio is collectioni suæ inseruisset. Quanquam autem posteà formula præscripta fuerit, eaque coronando Imperatori prælegi solita, minimè tamen fidelitatis, & vasallagii, sed patrocinii atque protectionis fuit. *Molin. Consuet. Paris. tit. 1 num. 34. Alb. Krancius histor. Sax. lib. 9. cap. 15 Ant. de Rosellis de pot. Imper. & Pap §. nunc aliud. num. 3.* Nam Imperator Pontifici, saltem in temporalibus, nullatenus subjectus est, *gloss. in Clem. 1. verb. apicem. de Iurej.* Quin potius ipse in iisdem Ecclesiasticis personis quibuscunque præest. *Covarr. in c. peccatum §. 2. de R. I. in 6. Ant. de Rosell. de potest. Pap. Iacob. Almain tract. de potest. Eccl.* Neque Imperium Ecclesiæ aut sedis Apostolicæ feudum est. *Iac. Almain.* Non magis atque juramento de defendendo regno, Rex Galliæ Parlamenti sui fit Vasallus, aut quando jurat Prælatis in Sacrâ unctione Rhemensi, ideò regnũ suum ab Ecclesiâ recognoscit. *Wilhelm. Occam. in dial. Ferrar. in form. libr. act. Confess. & negat. gloss. 7. verbo, plenam. num. 3. Bodin. de Republ. libr. 1. cap. 9. num. 117. Lupold. d. Bebenburg. cap. 9. princ.* Nec obstat textus *c. un. 2. F.* 100. Quia intelligendus ille est, nõ quasi Imperator, ratione Imperii sit Papæ Vasallus: Sed si fortè contingat eum aliquid à Papâ jure feudi possidere, quod respectu illius feudi, absque majestatis suæ imminutione fidelitatem jurare possit. Obrecht. de feud. 2. thes. 226. dummodo per substitutum serviat. Quemadmodum Reges Angliæ fidelitatis juramentum, ratione quarundam provinciarum Regibus Galliæ præstant, nihilo minus tamen Angliam & Hiberniam summâ potestate tenentes. Bodin. 1. de Rep. 9. Sed hodiè nostris moribus, juramentum hoc, quantum ad defensionem sedis Romanæ & Papæ in æquilibrio sententiarum Electoralium suspen-

pensum hæret, & paribus votis controvertitur, ut loquitur Goldastus, *repl. pro Imp. cap.* 16. Nam tres Electores Ecclesiastici eam electo Imperatori proponunt, tres autem Politici gratiam ejus Imperatori faciunt. Sic enim factum Ratisbonæ an. Domini 1575. in electione Rudolfi II. in cujus capitulatione articulus ille de Papæ & Ecclesiæ Romanæ defensione hanc habet conditionem adjectam: **Gleichwol so viel diesen / auch den nachfolgenden Artickel gegenwertiger *Obligation*, (anfahende / das sollen und wollen wir mit ihr der Churfürsten *&c.*) belangende / haben vorgemelte unsere liebe Oheim / die weltlichen Churfürsten sich außtrücklich gegen uns erkläret / was daselbsten von dem Stuel zu Rom / auch der Päbstlichen Heiligkeit für Meldung beschiehet / daß ihre Liebden darein nicht bewilligen / noch uns damit verbunden haben wollen.**

XIII. Quod verò attinet canonem, *Tibi Domino* 33. *dist.* 63, in quo Ottonis primi juramentum recensetur, nemo Hildebrando Papâ antiquior ejus facit mentionem. Ut ipsum ejus esse auctorem admodum verisimile fiat. Præsertim cum exstet planè gemina hujus formula ab eodemmet præscripta *in Gregorii VII.* id est, Hildebrandi, *regest. lib.* 8. *ep.* 3. in hæc verba: *Ab hac horâ & deinceps fidelis ero per rectam fidem Petro Apostolo, ejusq; Vicario, beato Gregorio, qui nunc in carne vivit. Et quodcunque ipse mihi præceperit sub his videlicet verbis.* PER VERAM OBEDIENTIAM, *fideliter sicut oportet Christianum, observabo. De ordinatione verò Ecclesiarum, & de terris vel censu, quæ Constantinus Imperator, vel Karolus sancto Petro dederunt, & de omnibus Ecclesiis vel prædiis, quæ Apostolicæ sedi ab aliquibus viris vel mulieribus aliquo tempore sunt oblata, vel concessa, & in meâ sunt, vel fuerint potestate, ita conveniam cum Papâ, ut periculum sacrilegii & perditionem animæ meæ non incurram, & Deo sanctoq; Petro, adjuvante Christo, dignum honorem & utilitatem impendam. Et eò die quo eum primitus videro, fideliter per*

Responsio ad c. Tibi Domino.

Qui videtur esse Hildebrandi. Formula Iuramenti Hildebrandini.

per manus meas miles S. Petri & illius efficiar. Et hoc est juramentum, quod omnium primi Rudolfus Reinfeldensis, Dux Sueviæ, Forchhemii, & post eum Hermannus Lucemburgicus, Lotharingiæ Dux, Goslariæ, præsentibus Legatis Hildebrandinis præstiterunt. Quam formulam deinde Urbanus, Hildebrandi successor novis adjectionibus augmentavit. *Bertol. Constant. ad an.* 1095. Quod idem cùm Paschalis, Urbani successor, ab Henrico V. exigeret, præstare id ille noluit, urgentemq; illud Pontificem unà cum Cardinalibus prehendi jussum custodiæ mancipavit *Auctor Chronici Slavici. c.* 15. *Goldast. replic. pro imp. c.* 16.

Alia Urbani.

Ab Henrico V. refutata.

XIV. Secundum membrum Capitulationis agit de conservando jure & Justitiâ, administrandâ, servanda sanctione Aureæ Bullæ, paceq; custodiendâ, quæ in Authentico nominatur der Königliche Landfriede/ & intelligitur pax Wormatiæ facta *Anno* 1495. Eam Maximilianus in Erklärung des Landfriedens zu Augspurg Anno 1500. auffgericht/ vocat seinē Königlichen Landfrieden / quæ hodiè sine appositione der Landfrieden appellatur. In Capitulationibus sequentium Imperatorum additur & hoc. Imperatorem non solùm leges positas confirmaturum, sed & de consilio Principum amplificaturum. Potestas enim Legislatoria cum Statibus ita est communicata, ut sine illis exerceri non possit, sive lex nova roganda, sive rogatæ addendum, detrahendum, obrogandū. Quod jus Statibus ex integro in Instrumento pacis Osnabrug. confirmatum est. *art.* 8. §. *gaudeant.* Quod attinet Bullam auream, etsi plurimæ tales factæ fuerunt, intelligitur tamen hîc per excellentiam illa Sanctio, quam Imperator Karolus IV. Ordinum Imperii consensu, & auctoritate, anno M.CCC. VI. IV. Idus Januarij pro parte anteriore Noribergæ, pro parte reliquâ, *nempè à titulo* 24. *ad finem*, eodem anno die Natalis Domini Metis promulgavit. Hæc sancita fuit, ut lex æterna,

Articulus II. Capitulationis.

Potestas Legislatoria cum Statibus imperii est communicata.

De aureâ Bullâ.

&

& perpetuò duratura esset. Ita enim *tit. 1. pr. Decernimus & præsenti edicto Imperiali* perpetuò valituro *sancimus*. Et *tit. 8. §. adjicientes: edicto imperiali* perpetuò valituro. *Tit. 9. pr. Præsenti constitutione* in perpetuum *valiturâ. Tit. 7. in fine*: nunc & perpetuis futuris temporibus *in omni suo tenore & formâ indubiam tenere roboris firmitatem*. Hinc Imperatores Jurejurando sese ad ejus observationem adstringunt. Quæ tamen immutabilitas & perpetuitas moraliter intelligenda est, rebus nempè eodem modo sese habentibus. Hinc ob necessitatem salutis publicæ quin penitùs abrogari queat non est dubium. Deinde hæc perpetuitas obligationis intelligi debet de substantiâ actûs, non verò de circumstantiis, quæ liberè variari possunt, consensu Ordinum, pro statu reipubl. præsenti. Id quod si benè attenditur, haut temerè reperietur, ubi hactenus aureæ Bullæ obrogatum contrario fuerit usu. Quod enim affertur, de Coronatione à Coloniensi faciendâ, id necessariò de subjecto habili intelligendum, quod in omni omninò dispositione præsupponitur. Qualis si quandoq; Coloniensis non fuit, nõ contra legem Karolinam, certè haut contra ejus mentem ad alium itum est. Eadem ratio est de loco Coronationis, & Electionis, qui mera est circumstantia actus externa. Nec magis pertinet ad rẽ, quod de mutatione §. *hinc est, quod in solenni &c. c. 12.* de conventibus anniversariis Electorũ objicitur. Fuit enim hæc Sanctionis pars temporaria, ipsorumq; constituentium voluntate mutabilis. Ibi enim: *Ad nostrum & ipsorum duntaxat beneplacitũ duratura.* Porrò nec in eo A. Bullæ detractum, quod hodiè nõ solus Bohemiæ Rex, sed reliqui etiam Electores omnes alios præcedãt in actib⁹ Imperialibus. Habet enim hîc locum, quod vulgò usurpatur, unius positionem, non esse aliorum exclusionem. Idq; eò magis, quod neq; ex mente nec verbis Bullæ contrarium circa Electores reperiatur. Sic nihil substantiæ actus decedit, si Protestantes dum missa cantatur, secedunt.

Debebat esse immutabilis.

Sed id moraliter intelligendum, duobus modis.

XV. Ar-

Capitul. Articul. quartus de Privilegiis Ordinum confirmandis.

XV. Articulo quarto cavetur, ne jura, Privilegia, dignitatem Principum, & Ordinum Imperii convellat, aut imminuat. Additur in Authentico: Darzu jhre Regalien/ Obrigkeiten/ Freyheiten/ Privilegien/ Pfandschafften zu confirmiren, ubi de oppignorationibus quæritur, quidnam sibi velit earum confirmatio? Nimirum an bona Imperii, quæ ab Imperatoribus pignori fuère opposita, ita sint confirmanda, ut juri reluendi non sint obnoxia. Atq; adeò pertineant non solùm ad res illas oppignoratas, quæ per se reluitioni non sunt obnoxiæ, unablößliche Pfandschafften / verùm etiam ad eas, quæ juri reluendi sunt subjectæ, ut vi confirmationis Imperatoriæ ab Imperatore lui non possint? Quod etsi aliquando fuit disputatum; in nupera tamen Pacificatione §. 9. cautum est in hunc modum: *Quod ad oppignorationes Imperiales attinet, quum in Capitulatione Cæsareâ dispositum reperiatur, quod electus Rom. Imperator Electoribus, Principibus, cæterisq; Statibus immediatis Imperii ejusmodi oppignorationes confirmare, atque illos in earundem tranquilla & quieta possessione defendere debeat: Conventum est hanc dispositionem, donec Consensu Electorum, Principum, & Statuum aliter Statutum fuerit, observandam esse, ac propterea civitati Lindau, nec non Weisenburg in Noricis, redditâ sorte oppignorationes Imperiales ipsis ademtas illicò, & plenariè restituendas.*

Item oppignorationibus, de quibus quaritur.

Articulus IV. Capitulationis.

XVI. Quarta capitulationis vulgò dictæ lex fuit: *Electores, cum erit opus inter se convenire, deq; republicâ deliberare Cæsar ne impedito*: Verba authentica ita habent: Wir lassen auch zu / daß die gedachten sechs Churfürsten / jezu Zeiten nach vermög der gülden Bull / und jhrer Gelegenheit / zu jhrer und des Heiligen Römisch. Reichs Nothturfft; auch so sie beschwerlich obliegen haben / zusammen kommen mögen. Quæ verba veram permissionem, id est, patientiam designant. Quod enim Imperator, vi summi Imperii, jus prohibendi haberet

An Imperator verè sibi tribuat permiss.

beret, eo si non uti promittat, quid aliud promittit, quàm permittere atq; pati, ut ita fiat. Tota enim substantia promissionis istius, ex qua jus coëundi Electores quæsitum habent, est in non impediendo seu patiendo. Quare, utut demus, Electores sibi ab antiquo sumsisse id, imperiique administrationem hodiè in Imperatorem non nisi hâc lege conferre, ne in hoc jure turbentur, quo de quidem, nunc disputandū nobis non videtur: Tamen, quia exercitium hujus juris solùm habēt ex pacto, cujus effectus omnis in patiēdo id consistit, ad quod patiendum, absq; pacto fuisset, Imperator non obligaretur, quin propriè & verè id permittere dicatur Imperator, causæ nihil video.

sionem conventuum Electi.

Objectio

Responsio.

XVII. Articulus septimus ita habet: ***De rebus Imperii nullum fœdus aut pactum cum exteris, nisi de Septemvirorum assensu facito.*** Cui Legi fortassè Maximilianus I. ferendæ occasionem præbuit, qui quum Statibus in consultis *anno* 1495 fœdus cum Pontifice Rom. & Regibus Franciæ ac Arragoniæ contra Venetos iniisset, & à Statibus *anno* 1509. auxilium peteret, illi excipiebant, factum id ab Imperatore fuisse se inscii contra Imperii recepta Jura, & consuetudinem. *Vid. Apologia Maximiliani apud Goldast. in* **Reichshandel.** *p.* 86. Ubi observes, olim & adhuc tempore Maximiliani I. ad fœdera cum exteris pangenda, non solùm Electorum, sed Statuum omnium consensum requisitum fuisse. **Handhabung des Friedens zu Worms** 1495. Posteà sensim extensa fuit potentia Electorū, & Statibus decerptum. Nam eodem modo sub Rudolpho II. reliqui Status Electoribus controversiam de jure præscribendi Imperatori Capitulationem, sed serò moverunt, an his solis id juris usurpare liceat, inconsultis reliquis! **Und hat man dafür gehalten/daß die** Electores in tractandis Imperii negotiis **etwas zu weit lauffen / und ihre** Facultät, **die allein auff die** Election restringiret, **viel zu weit** extendi**ren wollen.** *Londor-*

Capit. art. 7. de fœdere cum exteris non faciendo citra assensum Electorum.

Electorum potentia sensim extensa.

O *pius*

pius Tom.2.actor.publ.lib.3.tract.2.p.639. Itaque & Instrumento nuperrimæ Pacis cautum, ut primis quibusque Comitiis de perpetua Capitulationis formula, in quam in posterum jurent Imperatores, communi Statuum consensu conveniatur, *art.8.§.gaudeant.*

Articulus IX. XVIII. Lex nona erat: Facultates Imperii ne distrahito, oppignerato, aliove quovis modo deteriores facito, & si qua sunt ab aliis nationibus occupata, vel ab Imperio divulsa bona, primo quoque tempore recuperato, sic tamen, ne quid fraudi sit illis, qui vel privilegio vel jure nituntur. Ast alienatione cum ipso jure Imperatori interdictum sit, lex ista non aliâ, quàm certioris fidei causâ capitulationi adjecta censenda est. Tenet enim Imperator regnum Teutonicum non jure proprietatis, seu patrimoniali: sed ex voluntate populi delatum velut usufructuario, atque administratoris jure. Quale non potest à Principe alienari. Contra naturam enim administrationis est, facere, ne administrare possis, quod fit alienando scilicet res, quæ tempore non sint perituræ, & quarum retentio magis oneratura non sit dominos. *l.1.ff.de off.Proconf.l.63.ff.de procur.l.9 §.4.ff.de A.R.D.* Et hac ratione benè se habet, quod *Hotomannus* disputat *cont. ill.* 1. Aliâs quin & regnum alienationi subjectum sit, puta quod patrimoniale est, sive pleno proprietatis jure, sive fiduciario possideatur, non est dubium.

Objectio. Nec ad rem facit, quod liberorum hominum non sit commercium.

Responsio. Nec enim alienato imperio homines alienantur, sed jus imperandi, ut rectissimè Groti9 *de I.B.lib.1.c 3.n.12.*

Defenditur Grotius. Multumq; interest, hac parte, inter dominium rei familiaris, & imperium. Illud enim jus in re & rei affectio, hoc res ipsa incorporalis est. Illud non est in commercio: sed subjectum ejus. Ideoque quo modo rectè dicitur, jus imperandi alienari, non subditos, eodem perperam diceretur, non rem familiarem, sed jus habendi

ben di rem propriam alienari. Scitè Seneca: omnia Rex imperio possidet, singuli dominio. *7. de Benef. c. 5.* et *c. 6.* Universa in imperio ejus sunt: in patrimonio propria. Et quod ita de toto affirmatur, id ad singulas, etiam minimas perinde partes pertinet. Quarum per æquè alienatio Imperatori ademta, secus atq; statuit *Rosenthal de feud. c. 5. concl. 12. n. 3.*

XIX. Articulus undecimus ita redditur Sleidano: Pro rebus Imperii, nisi de Ordinum omnium, præcipuè septemvirorum voluntate, bellum nullum suscipito: Textus Authēticus ita habet: **Wir sollen und wollen keinen Krieg/ in oder ausserhalb des Reichs von denselben wegen anfahen/ ohne Vorwissen/ Raht und Bewilligung der Reichs Stände/ zum wenigsten der Sechs Churfürsten.** Ubi longè diversus exit sensus, quàm ex Sleidani verbis. Non enim nihil hæc differunt: Imperatori non licet bellum indicere, inconsultis Statibus, præcipuè Electoribus. Ità enim quantum ad hanc deliberationem præferuntur reliquis Ordinibus Electores. Et alterum istud: Imperatori non licèt bellum indicere, sine assensu Ordinum ad minimum Electorum. Quo genere sermonis posteriores partes, & velut subsidiariæ tantùm Electoribus danrur, ut si universi Ordines adiri nequeant, tum deniq; sufficiat Electores solos consultos fuisse, tanquam extra ordinem, & in casu necessitatis. Sed & hæc prærogativa Electorum in casu etiam isto extraordinario per pacificationem Osnabrugensem Electoribus ademta. *art 8. § gaudeant.*

Artic XI. de bello non suscipiendo citra Ordinum consensum.

Discrepantia Textûs Authentici & Sleidani verborum.

XX. Lex tertia decima: *Negociis publicis exteros non præficito: Verùm Germanos ex nobilitate delectos: Literæ omnes Latinâ aut vernaculâ conficiuntor.* Suboluit Electoribus, quod postea contra legem conventionis factum querebantur, non solùm Passavii, *an* 1552. sed & Augustæ. *an.* 1555. Et hoc omniū ferè gentium moribus recepta sententia est, exteri indigenis ne præferantur. *Vide Lipsium polit. lib. 3. c. 4. n. 4. & ibi notas.* Ut

Articulus XIII.

enim alere exteros honori Principibus est, & magnificentiæ ipsorum interest, quidquid ubique præstantium virorum est, allicere & accersere: Ita dignitates & officia indigenis præripere & in exteros conferre, nunquam sine periculo est. *Vide observationes politicas super nuperis Gallicis motibus, obs.14. Forstn. in 2. Tacit. init. p. m. 117. Kirchn. pol. disp. 7. th. 3. Bernegg. quæst. in Tacit. 159. Gruter. disc. in Tac. 13. q. Freinsh. Curt. 6. 3. 9.*

Art. 16. de Pontifice Rom. ab Imp in Ordinẽ redigendo.

XXI. Articulus decimus sextus ita habet. *Quia Romæ multa fiunt adversus pacta quondam inita cum Pontificibus, Cæsar operam dato apud Pontificem, ne quâ fraus privilegiis fiat, & Imperii libertati.* In Authentico per partes latiùs exponuntur: **Als über und wider** Concordata Principum, **auch auffgerichtete Verträge zwischen der Kirchen / Bäbstlicher Heiligkeit / oder dem Stuel zu Rom / und Teutscher** Nation **mit unsäglichen** Gratien, rescripten, annaten **der Stifft / so täglich mit Mannigfaltigung und Erhöhung der** Officien **an Römischen Hoff / fürgenommen werden.** Quod attinet concordata, quæ dicuntur Nationis Germanicæ, cum sede Apostolica, videri possunt apud *Goldast. inter Statut. & Rescripta Imperialia p.* 207. Quæ falso toti nationi imputari, quum inter Fridericum Regem cum paucis Ecclesiasticis Principibus & Nicolaum V. Pontificem dejecta fuerint, Caspar Hedio *Eccles. Histor. lib.* 11. *c.* 21. tradit. Sed usu tyranno obtrusa posteà omnibus fuerunt, ut pro approbatis haberentur. Fit enim non solùm eorum mentio in Imperatorum Capitulationibus; sed etiam edicto Maximiliani I. *Anno* 1517. Leodiensibus, & Karoli V. *anno* 1544. Cameracensibus præceptũ, ea ut servent. *Goldast. Statut. p.* 211. quod à sequentibus etiam Imperatoribus factum. Cœterùm Augustanæ Confessionis Socii *anno* 1598. Ratisbonæ in comitiis, in Replica Catholicis opposita, se eis non teneri asseruerunt. *Vid. Lehmann. de Pace*

Concordata Nationis Germanica cum Sede Apostolica. Particularia initio.

Reli-

Religionis lib.2.cap.70. Inprimis Limneum *comment. ad Capitulationes p.224.* Nos reliqua proſequi, ut inſtitueramus, non poſſumus.

XXII. Porrò inter easdem Karolo præſcriptas leges & hæc erat: *Extra Imperii fines neminem Electorem, Principem, Prælatum, Comitem, Baronem, Nobilem, aliumve Ordinem & ſubditum in jus vocato.* Prohibentur ergo vocari non ſolùm Ordines, ſed & ſubditi, ut verba ſonant authentica: Stånd und Unterthanen. Quare fallitur, ſi quis Nobiles immediatos Statibus hic accenſeri putet, contra teſtimonia liquidiſſima, à juris publici conſultorũ principe Limneo *comm. ad capitulat. pag.222* producta. Ex his quid clarius declaratione Electorum & ſtatuum Catholicorum, in conventu compoſitionis Francofurtenſi, anno 1631. Dieweil die Frånckiſche Ritterſchafft/weder ein Stand des Reichs iſt/ noch in einem einigen vôlligen Reichs-deputation, oder andern conventibus ſeſſionem noch votum hergebracht. Id quod in reſponſo ſuo concedendo ptobarunt Proteſtantes: ibi: Die freye Reichs-Ritterſchafft in Francken/ ob ſie gleich nicht Reichs-Stånde &c. Quare verba, Stånde und Unterthanen/ ſubjectis propriis ſunt accommodanda, & Tò Stånde ad Principes, Comites, Barones, Unterthanen ad Nobiles referendum, & reliquos, qui eodem modo Imperii ſubditi ſunt, Ordines autem non ſunt. Cui proximum eſt, ut Nobiles immediati, quia Status non ſunt, nec juris territorialis ſint compotes. Omninò enim perſuaſi ſumus ſuperioritatem, quæ dicitur, territorialem, eſſe affectionem propriam, & eſſentiale conſecutivum civis Imperii. Ita ut regulariter in imperii ſubditis, poſitâ vel negatâ qualitate Status, ponatur vel negetur jus territoriale & vice verſâ. Adeo, qui exceptione nititur, puta, ſe jura territorialia habere; licet Status non ſit, ei onus probandi incumbet. Et quamvis Regalibus præditi ſint Nobiles, tamen ea non

Articulus XV.

Nobiles immediati non eſſe ſtatus, aſſeritur cum Dn. Limneo.

Nec habere ſuperioritatẽ.

Regalia volle-

sum sumta non constituũt superioritatẽ.

non habent jure superioritatis reali: sed personali, vi investiturae. Ideoque regalia, etiam collectim sumta, idem, quod territorialis jurisdictio, nunquam fient. Cùm sint, maneantque effecta istius. Effectus autem quantumlibet collectim sumti, non sunt ipsa causa. Et evidens absurdũ inde sequitur, quod etiam Imperator, ùt Imperator est, habiturus sit superioritatem, cùm negari sanè non queat, omnia regalia collectim penes eum esse. Caeterum quod attinet prohibitionem ipsam, Principes, ne exrra Imperium in jus vocentur, ex privilegio antiquo habent, de quo *Clar. Limn.* 4. *l. P.* 8. *n.* 87. ejusque privilegii conservatorem esse Comitem de Schwartzburg *Alb. Kranzius* 16. *Sax.* 38. refert,

An Electorat⁹ vacantes incorporari debeant Imperio.

XXIII. Accedo ad legem vigesimam quartam, quae ita sonat: *Imperii beneficia, si qua fortè vacabunt, nemini conferto, sed ad publicum patrimonium referto.* Idque obtinere debebit in Principatibus, Comitatibus, Baronatibus, civitatibus, ùt habent verba Capitulationis. An & in Electoratibus? Minimè. Oportet enim Collegium Electorale perpetuò manere integrum, nec numero diminui. Quod necesse sit, ut fiat, Electoratu in patrimonium Imperii redacto, quia jus Electorale vi ac potestate Electoratuum possideatur. At cujus erit Electoratus collatio? Solius Imperatoris? An consentientium simul Electorum? Quod verius est. Et docent exempla: Sic Sigismundus Friderico, Landgravio Thuringiae Electoratum concessit, mit gutem Raht seiner/und des Reichs Fürsten. *Hordled.* B. U. *lib.* 4. *c.* 9. Sic idem Friderico, Burggravio Noribergensi, *Limn. com. ad cap. p.* 269. *n.* 22. Sic Karolus V. Mauritio, Duci Saxoniae concessit. *Lundorp. tom.* 2. *act. publ. lib.* 6. *tract.* 24. Cui sententiae nequaquam contrariatur §. *si verò aliquem.* 7. *A. B. c* 7. qui hoc casu Imperatorem providere jubet. Provisio enim haec non tollit consilium & consensum Electorum, quippe qui Caesareae sublimitati assistunt,

Obj.

Resp.

in partem sollicitudinis constituti, ùt loquitur eadem Karolina bulla *C. ult.* §. 1. *Dissentit Arum. ad A B. C. D. 4. th.* 16. Neq; officit, quòd feudum vacuum ad Dominum reverti debet, ex communi feudorum jure *C. un. de prob. feu. alien. per Frid. 2. F.* 55. Nam nec Imperator Imperii feuda dominio directo tenet: sed administrator est. Ad Imperium ergò ea revertuntur. Et tum Imperator providere debet, ut per Imperii Ordines denuò alicui conferantur. Imò si maximè detur, ad Imperatorem ea reverti, & ab eo conferenda esse, tamen neque sic quidem sine consensu Electorum conferri alii possint, cum jus Imperatoris intelligendum sit, salvo jure tertii, ut dici solet. Id est, Electorum, quorum maximè interest, ne invitis collega adjungatur. Hinc Elector Saxoniæ in literis ad Moguntinum *anno* 1623. **Da die Churfürsten nicht befragt werden solten/wann ein Churfürst in das Churfürstl.** *Collegium* **gesetzet wird/ wuste er nicht/ worinnen die Churfürstl. Würde bestunde.**

Obj.

Resp.

XXIV. Lex vigesima octava est: *Consilium nullum inito, quo dignitatem Imperii suæ familiæ propriam, ac hereditariam faciat: sed liberam & integram septemviris eligendi potestatem permittito.* Ubi libet inquirere, an electio hodiè non sit amplius vera, propter continuam Austriacorum successionem. Ita quidem fuêre, qui sentirent, & nuper ita quoq; Hippolithus à Lapide *de rat. Stat. p. 2. c. 2. p.* 341. *& seqq.* A quibus esse non possumus. Sequeretur enim, si eligendo Austriacos electio vera esse desineret, quòd aliquid, eo ipso tum tale sit, tale esse desinat, quod est contradictorium. Deinde familia Austriaca habet se instar materiæ, ad electionem, ut formam. At verò materia per se habilis ad recipiendum formam non potest alterare formam, quia non agit in istam, sed hæc in illam. Porrò si electio desiit esse libera, aut id ideo evênit, quia jus in familiam Austriacam ab Electoribus

An per continuam Austriacorum successionem hodiè vera non sit electio.

ctoribus fuit collatum expreſsè, aut tacitè ipſo facto familia illud adquiſiverit, ex actuum frequentia. Expreſsè ab Electoribus id factum nemo dixerit, & obſtant capitulationes, quæ adſtringunt ſub jure jurando electum, ne auſit ſucceſſionem ſibi arrogare. Quod ergò expreſsè vetatur, per capitulationem, id neque tacitè, etiam ex mille actibus, pro conceſſo poteſt haberi. Sed finge, per actuum frequentiam jus quæſitum habere Auſtriacos, non tamen conficies, electionem deſiiſſe eſſe liberam. Quemadmodum non ſequitur, jus quæſitum habentibus Principibus Germanis, quo ſoli ad Imperium adſpirare poſſunt, ideò electionem non eſſe liberam. Et ratio eſt in aprico. Quia determinatio materiæ in univerſali, non poteſt tollere libertatem electionis, quæ in individuum fertur, poſito etiam, quod ad pauciſſimos numero redactum ſit genus determinatum. Ut maximè ergò ſola familia Auſtriaca jus ad Imperium haberet; tamdiu tamen vera electio foret, quamdiu vel duo ſubjecta eligenda in eâ ſupereſſent. Nec poſſit dici ſucceſſio, quia neque familia Auſtriaca, ut univerſa, jus ſuccedendi habitura ſit, neq; ſinguli in eâ. At tertium non datur, ad ſucceſſionem. Ergò planè nulla eſt ſucceſſio.

Suffragium in ſcriptis non eſt ferendum.

XXV. Reſtat jam, ut unum itemque alterum, quod ex diſputatis hactenus ſupereſſe poſſit, attingamus. Et hoc quidem non adeò dubium eſſe credimus, ſuffragium in literis mitti non oportere. Aurea enim Bulla præcisè requirit Legationem *tit.* 1. §. **und welcher Churfürſt**. Idque vel propterea, quia Electoris eſt, non tantùm eligere, ſed & conſultare, quod fieri per literas non poteſt. Nec hoc incertum, plures legatos mitti poſſe. Quo ipſa mandati formula nos ducit, in A. B. præſcripta *tit.* 19. *ibi*: **Sie ſämptlich und einem jeden vollkömmlich zu unſern Anwald und ſonderbahren Bottſchaffter gemacht.** Utrum verò plu-

res

res missi, ad suffragium ferendum singuli admittendi, controversum fuit in hac ipsâ Karoli V. electione, Regis Bohemiæ Legatis quatuor ad actum electionis admitti postulantibus singulis. Sed unus atq; unicus Ladislaus Sternbergius admissus est, quod postea aliquoties, & in electione Ferdinandi III. Augusti observatum est, ratione non obscurâ, Aut enim singuli eandem dicturi essent sententiam, & quorsum hæc multiplicatio. Aut diversas, & vis fieret A. B. quæ uni Electori unum concedit suffragium. Et quamvis A. B. singulos plures admittere videri queat, dum frustra plures legari permitteret, si deliberationibus interesse vetarentur. *Goldast.* in Polit. Reichsh. *p.* 1. *tit.* 17. *fol.* 29 30. Tamen, quia plures causæ esse possint, cur id A. B. permittat, hæc ratio observantiam, quam diximus, nequaquam debilitare potest.

An plures Legati ab uno missi singuli suffragentur.

Obj.

Resp.

XXVI. At numquid Elector quorundam Collegarum electus votis, suo sibi calculo suffragari possit: omninò, idque per *A. B. C. 2. § ult* ibi: *Vocem illius electi, si præsens adfuerit, aut nunciorum ipsius, si eum abesse contigerit, plenum vigorem habere, & eligentium numerum augere, partemq; majorem decernimus constituere.* Et sic usu obtentum in electione Ruperti Palatini tradit *Freher in not ad P. de Andlo lib. 2. c. m* 82. Et cum Sigismundo, si fides Dubravio *lib.* 23. *hist.* Itemque Hagecio ac Boreggio, Historicis Bohemicis, quam quidem dubiam reddit decretum electionis, quod extat apud Lehmannum *chrō. Spir. lib.* 7. *c.* 81. sanè Maximilianum II. Rudolfum II. & Matthiam electioni suæ interfuisse certum est, an verò suo se suffragio elegerint, non liquet. Non officit, quod nemo sibi testis de habilitate esse queat. *arg. l un C. ne quis in suâ caus.* Hoc enim eò pertinet, ne quis directò sibi ipsi præco & testis esse queat: Per indirectum autem fieri, & relativè, ut sic dicam, ad alterius sententiam, non incivile est. Quid enim frequentius, quàm testimonium vitæ & morum ab alio impetra-

An Elector se ipsum possit eligere.

Obj.

Resp.

tratum producere,& eo niti?Ideò distinguendum, inter suffragium electivum nudum, & cum testimonio idoneitatis latum. Illud habet Elector per Auream Bullam; Hoc non habere potest per *d.l.un.* directò: Sed per indirectum tamen utique ad vota antecedentia se referre, tanquam ad testimonia potest. Et ita utrobique votum est electivum, & ejusdem efficaciæ, etiam quantum ad pluralitatem, quā appellant, constituendam,& sive quarto, sive primo loco sententiam rogatus dicat. Non obstat. *c. per nostras X. de Iurepatronatus*, ubi patronus, qui jus præsentandi clericum habet, non potest seipsum præsentare. Nam patroni præsentatio vertitur præcisè inter unum Patronum, & præsentandos. Ideoque si se ipsum possit præsentare, confunderetur respectus mutuus, qui necessariò duo numero distincta supposita requirit. At electio Imperatoris, non peragitur ab uno Electore. Ideoque etsi in uno respectus activus confunditur, manent tamen adhuc plures, in quibus relatio agentium superest.

Obj. *Resp.*

An Capitulatio lex sit an conventio. Obj.

XXVII. Hoc quoque attingendum, quid sit capitulatio formaliter, ut Magistri loquuntur, conventio, an lex? Plerisque lex esse videtur. Idque propterea, quod ubicunque de re indebitâ agatur non danda, ibi nulla possit locum habere conventio. Sed nuda fortè rei gestæ aut animi declaratio. Nunc verò in Capitulatione de quadam agi potestatis parte, quæ Imperatori indebita sit, & in eum non transferendâ. Quia quantum potestatis Electores in Imperatorem translatum volunt per delationem Imperii, tantum habet. Ergò quam non dant Electores, illi est indebita. Quod itaque potestatis ipsi denegat capitulatio, id non per modum conventionis vel transactionis remittit, quia nondum habuit; Sed Electores tantùm declarant, quid & quantum delatione Imperii in eum non transtulerint. Verum enim verò, utut speciem

ciem hæc aliquam habeant, tanti tamen non erant, ut ob ea quidam næ diſtinguendo faceret, ut nihil penè diſtingueret. Quod enim dicitur, ubi de re non-debitâ non transferendâ agatur, ibi non eſſe conventionem, id verum non eſt, niſi de indebito negativè, nempe ubi planè nihil agimus, ubi de nullâ re commutandâ vel transferendâ negocium eſt, ibi utique nec conventio eſt. At verò de indebito privativè procul dubio falſum eſt, ubi nempe agitur de eo ipſo, quid & quantum indebitum eſſe debeat, ſeu de re non-integrè transferendâ, vel ex omni ſui parte commutandâ, ibi utique hoc agitur, & de hoc convenitur. Atqui Electores concipiendo capitulationem hoc ipſum agunt, ut, quod Imperator aliàs poteſtatis habiturus eſſet, non habeat, inque id non-habendum, acceptando capitulationem, conſentiat. Quod ſanè eſt conventio, ubi ex diverſis animi motibus in eandem decurritur ſententiam *l. 1. §. 3. de pact.* Cum itaque adſumtio loquatur non de nihilo in Imperatorem transferendo, negativè, ſeu de negatione omnis actus cum Imperatore: Sed de transferendo aliquo minus plene, efficientur quatuor termini, ut Διαλεκτικῶν παῖδες appellant. Aut propoſitio ipſa erit falſa, ſi privativè accipienda. Quis enim neget, ſi Cajus aut totum fundum emtum habere velit, aut nihil; Mævius verò non niſi partem vendere; ut Cajus in partem emendam conſentiat, per ultro citroque factas actiones & conventionem demum perſuaderi ei oportere? Denique Lex dici capitulatio non poteſt, tum, quia non ſancitur à ſubjecto poteſtatem legum ferendarum habente. In Imperio enim noſtro legem Imperator facit, cum Statibus: Non Imperator facit, non Status ſoli. Tum quia capitulatio non obligat invitum ex poteſtate præſcribentium, ſed demum acceptantem, vi promiſſionis juratæ. Tum denique per verba capitulatio-

Resp.

Capitulatio probatur lex non eſſe.

nis ipſa: Geding und Pactsweiſe vereiniget/vertragen/angenommen und zugeſaget/*in prin. cap.*

An capitulatio ſummo Imperio detrahat.

XXVIII. Denique an per Capitulationem ſummo Imperatoris imperio detrahatur, quærunt nonnulli. Nos eam ſummitati Imperii derogare negamus, cum ſuperior in Imperio Imperatore nemo ſit, plenitudini autem ejus derogari non negamus. Ut optimè ſentit accuratiſſimus Limnæus *1. I. P. c. 12. n. 36.* etſi aſſenſum ab hybridis cujusdam ſemidecadibus non potuit impetrare. *Obj.* Nec facit negocium ratio hæc, illud ſcilicet Majeſtati ſeu imperio detrahere, quod jura imperii coarctat: Detrahit quidem, non ſummitati, verum plenitudini. *Reſp.* Eſt ſanè ſumma poteſtas legibus ſoluta: Et Imperator quoque eſt. *Obj.* Sed legibus propriè dictis, quæ inferiores obligant ex præſcripto ſuperioris: *Reſp.* Capitulatio autem talis lex non eſt, ſed ex earum cenſu, quæ neminem non, quamlibet ἀνυπεύθυνον, tenent, nempe lex conventionis, quæ non obligat propter poteſtatem ſuperioris in inferiorem, ſed propter placiti fidem. Et imò ſufficit, ad ſummitatem Imperii, unam atque alteram habere ſummi Imperii partem, & eſſe ſummum, in ordine ad ſuam Rempublicam.

DIS-

DISSERTATIO V.

DE

CONTROVERSIIS ILLUSTRIBUS CIRCA STATUM ECCLESIASTICUM.

RESPONDENTE

GEORG Gottlob à Döbschütz/ Nobili Lusato.

I.

INter Controversias superioris seculi facile princeps est ista, quæ ex mutatâ Religione ortum sumsit, & ad bellum istud gravissimum Germanicum fuit progressa. Quare nūc operæ pretium est, ut statū Ecclesiasticū paulò alti⁹ ex initiis suis repetamus. Primis temporibus Ecclesia Christiana jurisdictionem, propriè sic dictam, nullam habebat. Neque enim Salvator imperium civile sibi unquam condidit, ut ipse confitetur *Iohan. 18. v. 36.* Vel Discipulis & Apostolis dedit: quos misit, sicut Pater ipsum miserat: Neque ut usurparent, auctor fuit: Solùm docendi prædicandiq; munus functionesq; sacras obeundi eis mandans. Finis enim Ecclesiæ, ad quem dirigitur, proprius non est alius, nisi beatitudo supernaturalis, quæ directio cum propriâ potestate exerceatur, potestas quoque & imperium

Statu Ecclesiæ integro.

Nulla Episcoporum erat iurisdictio.

Sed ipsi sub erant potestati civili.

Ecclesiæ, nisi supernaturale, esse non potest. Hinc Episcopi potestati civili parebant ipsi, à quâ jus circa sacra, tanquam pars κυρίου πολιτεύματος in republ. ut apud omnes ferè gentes, ita Principes etiam Christianos dependebat. Cùm enim ei, qui cum summâ potestate est in qualibet republ. primò & propriè competāt ea, sine quibus civium vita reddi beata non potest; Et verò sine Religione beatitudo civilis nulla sit, jam per se sequitur, jus sacrorum partem τοῦ κυρίου facere. Deus enim, qui dat principibus potestatem regendi populos ad felicitatem naturalem, is unâ quoque ea omnia confert, quæ ad dictum regimen, secundùm rectam rationem, visa fuerint necessaria. Jam nisi religione publicâ justitia inter homines muniatur, neque societas hominum inter ipsos durare, neq; summis potestatibus sua securitas, auctoritas, & præcellentia constare possit, temerè quovis suæ superstitioni relicto. Imò & naturali jure, posito regno, simul jus Regi conceditur ea omnia procurandi, quæ lege divinâ interdicta ei non sunt, prȩsertim quæ eò pertinent, ut subditi vitam tranquillam & piam degant. Hinc Augustinus *contra Crescon. lib. 3. c. 31. In hoc Reges, sicùt eis divinitùs præcipitur, DEo serviunt, inquantum Reges sunt, si in suo regno bona jubeant, mala prohibeant, non solùm quæ pertinent ad humanam societatem: verùm etiam quæ pertinent ad divinam Religionem.* Hoc est, quod Demetrius Chomatenus Archiepiscopus Bulgariæ præter τὸ ἱερουργεῖν reliqua omnia Imperatori tribuit *lib. V. Iuris Canon. Græc. Rom. Resp. 2. f. m. 317.* Ibi enim interrogatus Archiepiscopus, an oporteat eum, qui electus est, transferri in aliam Episcopen; Respondet: ὁ βασιλεὺς, ὁ κοινὸς τῶν ἐκκλησιῶν ἐπιστημονάρχης καὶ ὢν καὶ ὀνομαζόμενος καὶ συνοδικαῖς γνώμαις ἐπιστατεῖ καὶ τὸ κῦρος ταύταις χαρίζεται, ἐκκλησιαστικὰς τάξεις ῥυθμίζει, καὶ νομοθετεῖ βίῳ καὶ πολιτείᾳ τῶν τοῦ βήματος, ναὶ μὴν καὶ δίκαις ἐπισκόπων καὶ κληρικῶν, καὶ πρὸς γε χηρευουσῶν ψήφοις ἐκκλησιῶν. Et paulò pòst: καὶ, ὡς ἔπος εἰπεῖν, πλὴν

μόνου

μόνε τῦ ἱερεργεῖν; τὰ λοιπὰ ἀρχιερατικὰ προνόμια σαφῶς εἰκονίζει ὁ βασιλεὺς, ἐφ' οἷς πράττει νομίμως καὶ κανονικῶς. *Id est: Imperator, ut qui communis Ecclesiarũ Præses & est & dicitur, synodalibus praeest sententiis, & auctoritatem tribuit: Ecclesiasticos ordines componit, & legem dat vitæ & regimini eorum, qui altari serviunt; Hoc amplius & litibus Episcoporum, clericorumq; & vacantium Ecclesiarum electionibus. Et, ut verbo dicam, solo sacrificandi excepto ministerio, reliqua pontificalia privilegia Imperator repræsentat, quando legitimè canonicèq; facit.*

II. Hinc in primâ Ecclesiæ ætate communi Presbyterorum consilio illæ gubernabantur, qui promiscuè Presbyteri, & Episcopi audiebant, uno tantùm inter illos ordine primo. *Videatur Salmas. contra Petav. pag.* 39. Quod verò postmodum mutavit, uno illo ita cæteris præposito, & omnis Ecclesiæ cura, omnis solicitudo ad illum unum deferretur. *Hieron. Epist.* 85. *ad Evag. & in Comment. Epist. ad Tit.* 1. 5. *Abb. Panorm. apud Tusch. Tom.* 3 *concl.* 3. *n* 10. Quod novum esse suo tempore *comment. Epist. ad Tit.* 1. queritur. Primò itaque Episcoporum potestas certis sedibus & diœcesibus arctata, ut subessent plures Episcopi uni, qui in Metropoli sedem haberet. Huic enim τὸ κύρος τῶν γινομένων creditum fuit. *Can.* 4. *Nicen.* Metropolitani, vel ut loquitur canon concilii œcumenici. II. οἱ ὑπὲρ διοίκησιν ἐπίσκοποι, uni Primati qui in regiâ civitate sederet, subderentur. Denique Metropolitanis & Primatibus Patriarcha in totâ aliquâ regione præesset, donec Episcopus Roman⁹ se unũ in Ecclesiâ universali αὐτοκέφαλον καὶ αὐτοκράτορα constituit, obstetricantibus huic ambitioni haud parùm & ipsis Principibus, sua interesse ratis, si, ut ipsi super Reges, ita & Romæ suæ Episcopus supra cæteros emineret. Observarunt etiam hoc jamdudum viri docti, quòd ordinatio hierarchiæ Ecclesiasticæ primam suam originem monarchiæ debeat politicæ, ad cujus formam instituta fuit. Namque stante

Ecclesiam communi consilio regentibus Presbyteris. Id mutatum gradibus Episcoporum institutis.

Indulgentibus Impp.

ſtante Romano illo œcumenico imperio ad notitiam imperialis regiminis Eccleſiæ quoque norma conformari cœpit, ut in locis Proconſulum, Præſidum, Comitum &c. Patriarchæ, Archiepiſcopi, Epiſcopi &c. ordinarentur. Quo de *lib. 3. c. 2. n. 8. & ſeqq & paſſim M. A. de Dom. Grot. de jure ſacro p. 335. quæ in editione tertiâ Blondelli eſt p. 362. Salmaſ. de prim. pap. & ante hos Goldaſt. repl. pro Imp. c. 8.*

III. Et primus quidem gradum firmavit huic rei Conſtantinus, Princeps quàm bonus religione, tàm Republicâ peſſimus; quod alibi demonſtravimus. Fortè enim is Severi armis dirutam Byzantium inſtaurarat. Quapropter dignitatem & auctoritatem ejus ſtabiliturus, cæterarum urbium, poſt Romam, principem eam fecit, & Metrophanem Epiſcopum Patriarcham ſalutavit: Sed tamen, ut propter imperii originem & Romæ antiquitatem honore & auctoritate Epiſcopus R. prior eſſet, *teſte Zonarâ tom. 3. ann. p. m. 8. l. 22.* Quam prærogativam ex dignitate urbis dominantis ſumtam, Patres poſtea Synodi Conſtantinopolitanæ confirmarunt, facto canone, ut Epiſcopus iſte habeat primatum honoris poſt Rom. Epiſcopum, propterea, quod Conſtantinopolis ſit nova Roma. Quicquid contra moliatur *Baron. An. 381. n. 35. 36. & an. 382. n. 16. Confer. Socrat lib. 5. c 8 Sozom. lib. 7. c. 9.* Eadem ratio Alexandrini & Antiocheni Patriarcharum, unâquaque illarum urbium in ſuâ diœceſi principatum, pro ſuæ magnitudinis merito, obtinente, *teſte Baronio tom. 1. An. 59. n. 10. 11. qui ſui tamen oblitus tom. 6. an. 451. n. 133. de Romanâ id, quantum pote, negat.* At quia tum duæ duntaxat regnantes urbes Roma, & Conſtantinopolis, utraque metropolin τῆς οἰκυμένης ſe ferente, hinc οἰκυμενικȣ̃ Patriarchæ titulum, primus Conſtantinopolitanus Antiſtes ſibi ſumſit Johannes Pelagii II. tempore, *M. A. D. Domin. lib. 4. c. 7. n. XI.* Quem titulum etiamnum ſub tyrannide Turcicâ retinent Conſtantinopolitani.

Creatio Patriarchis.

IV. I-

IV. Idem Patriarchæ nomen à Justino Cæsare Hormisdæ Episcopo R. primò tributum Isidorus scribit. Confirmavit Justinian. *Nov.* 131. Inprimis verò Phocas. *Paul. Diac. lib.* 8. *Platin. in Bonif. III.* qui Romano soli hunc titulum; excluso CPolitano tribuit, in odium Cyriaci CPolitani. Alexandrino autem & Antiocheno Episcopis Justiniani Cæsaris temporibus, œcumenicæ synodi quintæ decreto obvênit. Et parum nobis obstat *c. sacrosancta.* 2. *dist.* 22. Nam, quod Epistolam illam III. Anacleti attinet, unde petitus est d. canon, supposititia tota est, ut universæ à Clemente ad Syricium Epistolæ, quas ὑποβολιαίους ille Pseudo-Isidorus, sive Mercator, sive peccator, ineptissimus sanè & turpissimus mango, iratâ Junone peperit. Equidem partem d. canonis fur iste impudentissimus ex concilio I. Romano sub Gelasio sublegit, centum sexaginta novem ab Anacleti obitu annis scriptam. Vide ἐκ παραλλήλου comparatam hypobolimæam Epistolam cum verbis concilii à Davide Blondello. Sed & hæc ipsa Epistolæ verba tribuuntur in collectione Cresconianâ *ap. Baron. tom.* 4. *ann.* 382. concilio Romano sub Damaso. Adeò fraus & νοθεία undique pellucet, ut non sit opus, falsitatem sententiæ ipsius, per singula membra ostendere. Benedictum verò secundum plorare jubemus, qui *C. sancta Romana.* 3. *Extrav. comm. de Elect. lib.* 1. *tit.* 3. Patriarchales sedes instituisse garrit Ecclesiam Romanam.

Examinatur c. sacrosancta 2. dist. 22.

Et c. sancta 3. Extrav. de Elect.

V. Sed Romanus non contentus, inter duos Oecumenicos esse alter, atque adeò primus, solus esse voluit, neque hunc titulum sibi sumsit, tanquam aliquis, cui magna pars τῆς οἰκουμένης subesset: sed universalem se totius orbis Ecclesiarum Antistitem obtrusit. Satisne convenienter *capitulo, Olim dist. 95. viderint Canonistæ, & videantur. Inprimis Zabarela in c. licet. X. de Elect.* Adde *Aller. à Rosate in l. Benè à Zenone.* 18. *C. de quad. præscr.* Satis verò convenienter *Clement. Pastoralis de sent.*

Denique Episcopo R. universale caput Ecclesiæ se ferente.

*& re jud. c.*1. *Extrav. de Emt. & vend.c. ad Regimen. Extrav de præbend.c.*1.*de treugâ & pac.c.*1.*de consuet.c.*3.*de elect.c. rogamus. c.*24. *q.* 1. *c. unam sanctam Extrav. de Major & ob.* Cujus Hierotyrannidis prima occasio fuit Imperatorum deficiens magis magisque potestas, quâ Papa Rom. sibi relictus, quasi laxatis frenis, pleno gradu ad tyrannidem tendebat. Irruentibus enim in Italiam variis gentibus, Româ à Byzantinis Impp. neglectâ, cives Rom. propter memoriam Leonis Pontificis, qui Romæ excidium cùm apud Gensericum Vandalum, tum Attilam Hunnum deprecatus fuerat, paulatim ab Imperatoribus animis & affectu alienati ad Pontifices respicere, ab eorumque auctoritate pendere cœperunt. Tandem cum Longobardi, Exarchis profligatis, toti simul reliquæ Italiæ, atque adeò & Romæ imminerent, cives R. & Pontifex, potentiæ eorum impares Pipinum Regem Francorum in suas partes traxere, qui magnam regionis Longobardorum partem his ademtam, Pontifici attribuisse fertur. Et cum post Desiderius, Rex Longob. ultimus, novas daret turbas, Carolus M. Pipini F. à Pontifice evocatus, cum regnum Longobardorum sustulit, tum Pipini donationem confirmavit. Pontifices ad hunc modum amplificati non solùm facilè Ecclesiam opprimere, nemine contra eum mutire auso, qui Imperatoris novi gratiâ, & tot opibus nixus esset, suamque dudum animo conceptam tyrannidem stabilire poterant: Verùm etiam jam facti rerum & territoriorum possessores gubernationem politicam affectabant. Eò usque provecti, ut sua esse in manu credi jubeant, regna temporalia & mundana pro lubitu constitui & conferri, temperari, transferri. Vide *Gold. repl. pro Imp. c.* 9. sibique omnem humanam creaturam subesse, ut *Bonifacius VIII.* somniat. *c.* 1. *in f. Extrav. comm. de Major. & obed.* Papam habere superioritatem ad imperium, & vacante imperio Imperatori succedere. *Clemens*

mens V. in Clem. Pastoralis de re judic. Adde *Hotom. in Sixti V. bruto fulm de crim. maj. Item de crim. perduellion.* Cui tyrannidi consummandæ Hildebrandus Papa ultimam manum admovens, jus tàm Pontificem, quàm cæteros Ecclesiasticos proceres constituendi Cæsari ademtum sibi vindicavit: Jurisdictioni & subjectioni potestatis civilis clericos subduxit; Denique religionis dominos Pontifices effecit, tanquam vicarios Christi. *Gloss. in cap. fundamenta de elect. in 6. c. quoniam. de Immun. in 6. Felin. in c. ego N. de Jurej. Bal. in l. ult. C sent. resc. non poss. Phil. Dec. cons. 137 Hotom. brut fulm. de art. div.*

VI. Adultâ ita ex animorum sententiâ Hieromonarchiâ vel potiùs tyrannide sacrâ, magis magisque jugum persentiscebant potestates civiles, quarum omnis dignitas, auctoritas, Imperium, & ipsæ quoque possessiones partim apertè; partim per machinationes improbas ita imminuebantur, & labefactabantur. Exstant gravissimæ Nationis Germanicæ querelæ, *Avisamenta Constantiensia inscripta*, ad Concilium Constantiense factæ, *anno* 1416. Itemque *Avisamenta Moguntina de anno* 1427. Imperatoris Sigismundi *reformatio Ecclesiastica de anno* 1440. Et quamvis concilium Basileense remederi visum fuisset: Quicquid tamen ejus fuit, extortum est Nationi per machinationes curiæ Romanæ: Etenim Eugenius Papa missis Oratoribus, inter quos Æneas Sylvius, palpum obtrusit quibusdam Proceribus, ut concilii Basileensis decretum è manibus dimitterent, annuente Friderico III. Imperatore recens electo, nec dùm coronato quò magis à Pontifice coronationem mereretur. Tum prodierunt illa, quæ vocantur, Concordata Nationis Germ. cum Nicolao Quinto. De quibus Caspar Hedio *Eccles. histor. lib.* 11 *c.* 21. Nichts desto minder ist durch des Babstums beharlichen Geitz/ mit hefftigen Praticken und Ansuchen fürgefahren/ und zwischen dem mit damals König Friedrichen / und sonst etlichen

Querela.

Nationis Germanicæ in consilio Constantiensi.

Moguntina.

Sigismundi Imp.

wenig

wenig Geistlichen Fürsten / auff die Mittel / durch den Pabst vorgeschlagen / Innhalt des Vertrags berümbte Abrede / oder Beschluß geschehen / welchen die übrigen / und der mehre Theil der Fürsten nicht bewilliget. Welcher vermeinter Vertrag / als ohn Wissen und Einwilligen des mehren Theils der teutschen Fürsten und Stände unter den Namen Pabst Nicolai V. also wider seine eigene Pflicht (damit er zum härtesten verbunden / wider obberührt concilium nichts zu händeln) denselben concilio gantz zu wider auffgericht / und zu fürgang gezwungen / & quæ sequuntur plura & graviora ibi. Equidem à morte hujus Nicolai denuò Ordines vehementissimè Imperatorem appellaverunt, ut exemplo Regem Franciæ pragmaticâ sibi sanctione prospiceret adversus deprædationes & expilationes Romanas: Sed intercessit Æneæ Sylvii persuasio justissimo Nationis desiderio, adeò, ut & hunc ipsum Æneam Imperator pro legato ad recentem Pontificem Callistum mitteret, qui Germanicæ Nationis nomine absolutam Pontifici obedientiam promitteret. *Kar. Molin. comm. ad prag. sanct.* Qualiacunque tamen fuerant illa concordata, nec ipsa tamen servata fuêre. Hinc novæ querelæ, quæ *gravamina appellantur nationis Germanicæ, cum remediis & avisamentis anno* 1510. reperiuntur *tom. 2. rer. Germ. Freheri fol.* 373. *& tom. 2. reces. Goldasti fol.* 119. Quibus adde centum gravamina Noribergæ Pontificis oratori edita, ap. *Hordlederum Germanicè*, von Ursachen rc. *lib.* 1. *c.* 1. *Latinè ap. Goldast. tom.* 1. *const. fol.* 456. Quæ in compendium redegit Flacius, quod habes apud eundem *Hordled.* von Rechtmässigkeit *&c. lib.* 4. *c.* 9. *membr.* 30. Nos de hisce non nisi pauca excerpemus. Et primò quidem de indulgentiarum abusu.

Literata à Nat. Germanicâ anno 1501 *Repetita anno* 1520. *Noriberg.*

Indulgentia à Pontifice promulgata.

VII. Non latum, quod ajunt, unguem ab antecessorum exemplis recessit Leo X. Pontifex R. qui, cum alioquin ad omnem licentiam, (*sunt verba Thuani, lib.* 1.) sponte suâ ferretur,

retur, Laurentii Puccii Cardinalis, hominis turbidi, & in arte adquirendi solertissimi, *P. Servita hist. conc. Trid. p.* 4. impulsu, indulgentiarum forum per omnia Christiani orbis regna circumferre cœpit. Erant scil. illæ ex arcanis Pontificatûs, & aurifodinæ Pontificiæ vena ditissima, ex quibus magna vis auri signati pro sede Apostolicâ effodiebatur.

VIII. Erat indulgentiarum nomen non inauditum aut recens: Sed jam olim in Ecclesiâ adhuc puriore auditum, significatione verò longè diversâ. Illic enim quorum peccata gravia censuræ Ecclesiasticæ subjecta essent, illi castigationibus quibusdam externis subjiciebantur, quibus exercerentur. Ut enim tutius cum peccatore agerent Patres prisci, valdè asperam ac difficilem peccatoribus præscribebant pœnitentiam. *Concil. Ancyr. & Nic. c.* 11. *Cypr. lib.* 1. *Epist.* 2. Erant enim quidam χειμαζόμενοι, qui aliquamdiu extra templum ante locum substrationis culpam suam deflebant. χειμαζόμενοι seu hybernantes, quod aëris injuriæ expositi procul ab omni tecto orarent. *Balsamo ad can.* 17. *Synodi Ancyr.* Inde fiebant προσκλαίοντες, admissi in locum fletus, qui πρόσκλαυσις dicebatur, ut constat ex epistolâ canonicâ Gregorii Thaumaturgi *can. ult.* Deinde ἀκροώμενοι, à loco stationis, qui ἀκρόασις in porticu vestibuli, ubi divinæ scripturæ iis exponebantur. Dicebatur hic locus & νάρθηξ, *ferula*, & pœnitentes οἱ ἐν νάρθηκι, non quod cæderentur, sed quod informarentur. Postea erant ὑποπίπτοντες, locus ὑπόπτωσις, à porticu interior, ubi erant & catechumeni extra ambonem. Erat enim paries quasi intergerinus, quo à fidelibus catechumeni distinguerentur, & in eo positus erat ambo, seu pulpitum, quo Evangelium audiri posset, pœnitentesque humi prostrati manebant tamdiu, donec catechumeni, ad consecrationem corporis Christi exire simul jubebantur. Canebat enim subdiaconus; οἱ ἀκοινώνητοι περιπατήσατε, *i. e. qui non communicatis deambulate, ut est in re-*

Gradus pœnitentiæ in Ecclesia veteri.

ſponſis Canonicis Timothei Alexandr Zonoras ad can. 5. Syn. Neo-Cæſar. Tandem admittebantur ad orationes fidelium, ad σύςασιν, ac poſtremò ad ſacra myſteria. *Can. tempora & can. his qui. c. 26. q. 7. Syn. Ancyr. can. 5. Cyprian. Epiſt. 15. Theodor. Epiſt.* 77. Sed quia contingere poterat, ut pro ratione circumſtantiarum hæc diſciplina mitigari mereretur, judicio Eccleſiæ, atque adeò de cumulo eorum, quæ perpetienda erant, aliquid derueretur, id indulgentias vocabant, mitigationem pœnæ Eccleſiaſticæ, veniam, gratiam. Erat igitur indulgentia, non condonatio peccatorum, neque ære venalis illa: ſed pœnę, ùt dixi, relaxatio, ante abſolutionem & clavem ſolventem indulta. Sic Albertus M. *in* 4 *ſentent. diſt.* 20 & *ſuper Matth.* 16. indulgentiam definit remiſſionem pœnæ injunctæ temporalis. Et Henricus de Gandavo, *quodlibeto* 15 *q* 14 *Indulgentia*, inquit, *eſt remiſſio pœnæ temporalis debitæ peccatis actualibus pœnitentium.* Confer *Ioh. de Turre Cremata ad cap. quis aliquando.* 87. §. *item in Levitico. n.* 8. Quod enim in Republicâ dicitur remiſſio, *t. t. ff. de Rem. ſſ.* in id Eccleſiâ indulgentia.

A Tetzelio vendita. IX. At nunc longè ſeciùs agebatur, cum ex neſcio quo theſauro Eccleſiæ ab œconomis Pontificibus venderentur illæ, non externæ pœnæ loco, ſed in ipſam remiſſionem culpæ ſeu peccatorum, etiam futurorum, quâ de re vide Sleidan. *comm. lib. 1. c. 20. conſtitutionem Clem. VI. Extravag. comm. de pœnit. & remiſſ. lib. 5. tit. 9. c. 2.* Cœpit autem ejusmodi mos primùm ſub annum centeſimum ſupramilleſimum. Tum enim Urbanus II. Pontifex indulgentias non manu, ſed ipſo ſacco, cum expiatione omnium delictorum ſpargebat in omnes, qui ad terram ſanctam militatum ibant. Hoc novitatem appellat Roffenſis ipſe Epiſcopus *art.* 18. Et Polyd. Virgilius *lib.* 8. *de inv. rer.* clavium auctoritatem factam eſſe multò hac nundinatione viliorem ait. Quæ verba Virgilii tàm ægrè tulerunt

lerunt inquiſitores, ut in indice expurgatorio Belgico deleri mandaverint. Exſtat etiam M. Weſſeli tractatus contra indulgentias de anno 1476. quem operi ſuo *de Monar. Imp.* inſeruit Goldaſtus. Puduit tandem ipſos hujus nundinationis Patres concilii Tridentini, ut præceperint, in quibuscunque religionis Chriſtianæ locis nomen atque uſus quæſtorum iſtorum penitus aboleri. Cæterùm utebatur Leo Pontifex inſtitore harum mercium per Germaniam Johanne Tezelio, Pirnenſi Miſnico, monacho Franciſcano. Formulam diplomatis indulgentialis quam Archiepiſcopus Moguntinus per Tezelium impertiebat, habes in chronico Saxonico Dreſſeri *p.*503. Itemque aliam Angeli Aremboldi, eidem Tezelio datam, quam ex authentico profert B. Höpfner. Theologus meritiſſimus, *in Saxon Evangel. p.* 121.

X. Accedebat ad rei indignitatem, quòd licentiosè nimis à Pontificis miniſtris hic mercatus exerceretur, per luſtra & popinas quotidiè ſine pudore in aleæ luſum, uſusque turpiſſimos pecunias perdentibus. *Thuan lib* 1. Magna etiam harum exactionum parte & nominatim Saxoniæ proventu, totiusque ejus tractus Germaniæ, qui Saxoniam & mare interjacet, non ſolùm in uſus Magdalenæ, Pontificis ſororis, Franciſco Cibo, Innocentii VIII. Pontificis ſpurio nuptæ, cedente, quæ Aremboldum Epiſcopum, dignum hoc munere miniſtrum præfecerat. *Guiciar. lib.* 13. *P. Servita hiſt. con. Trid. lib.* 1. *p.* 6. Verum conſtaret etiam, in uſum Alberti, Archiepiſcopi Moguntini verſum iri hoc pretium, qui ut Pallium à Pontifice redimere poſſet, impetrarat, ut pro pallii Romani lanâ liceret oves per Germaniam deglubere. *Vid. Sleid. lib.* 13. *ſub an.* 1541. Et in hunc ſenſum Lutherus Miltitio, Pontificis Legato, Altenburgi reſpondebat, *tom.* 1. *Jen. fol.* 142.

In uſum Pontificis ſororis.

Et Archiepiſcopi Moguntini pro redimendo pallio.

XI. Erat hoc alterum, quo à curiâ Romanâ gravabatur

Natio

Natio Germanica, pallii immenſo pretio emtio. Dicitur ita Patriarcharum & Archiepiſcoporum Metropolitanorum, inſigne. *c. ſignificaſti.* 4. §. *ult. X. de elect.* quo alii inferiores uti non poſſunt. *c.* 3. *de uſ. & aut. pall.* plenitudinem Pontificialis officii cum translatione dignitatis deſignans. *c. in gallicâ* 25. *C. niſi ſpecialis* 5. *c. cum ſis. X. de auct. & uſ. pal.* In Eccleſiâ verò Græcâ non ſolùm Patriarchas, Primates, & Metropolitanos: Sed reliquos etiam Epiſcopos palliis uti refert Luitprandus Cremonenſis, in Legatione ad Phocam. Ejus collatio non tàm ex veteri inſtituto Eccleſiæ, quàm ex Apoſtolicæ ſedis, totius Europæ conſuetudine fieri dicit Paſchalis II. *in c.* 21. *in primâ compilatione, cap. ad honorem. h. t.* Tamen ſatis antiqua videtur. Gregorius *lib.* 1. *Epiſt.* 27. non ſolùm narrat ſe Anaſtaſio, Patriarchæ Antiocheno, hoſpiti ſuo, uſum ejus ab Imperatore impetraſſe: Verùm etiam ab antiquis Prædeceſſorum ſuorum temporibus pallium Arelatenſi Epiſcopo datum. *c.* 3. *cauſ.* 25. *q.* 2. *c.* 2. *diſt.* 100. Imò multò ante ſeculo nempe V. Valentin. Imp. Ravennati Epiſcopo honorem pallii conceſſit. *Baron. tom.* 5. *ann.* 432. *n.* 91. Et Iſidorus Peluſiota σύγχρονος pallii hujus myſteria explicat. *lib.* 1. *epiſt.* 136. Et ſi fides *c. Conſtantinus diſt.* 9. ipſe Conſtantinus M. auctor eſſet. Quod confirmare videtur Anaſtaſius Bibliothecarius, qui Marcum, Sylveſtri Pontificis ſucceſſorem hoc Epiſcopo Oſtienſi communicaſſe ait. Hoc non magnopere fortaſſis dubitandum, ab initio fuiſſe ornamentum Imperatorum proprium, datumque dono fuiſſe ab Imperatoribus Epiſcopis in ſignum gratiæ & honoris, ut *ex epiſt. Greg. modò allegatâ* conjicere licet. Quo uterentur in rebus ſacris peragendis.

An ejus collatio ſit antiqua

Materia & forma, & ritus conficiendi

XII. Eſt verò pallium faſcia latitudinis trium digitorum, ex candidâ lanâ, linoque confecta, habens circulum, humeros circumſtringentem, & duas lineas, ſeu chordulas ab utraque parte, ante & retrò pendentes, item quatuor cruces nigras,

nigras, seu purpureas, quarum una ad pectus, altera retrò in humeris jacet, ultimæ hinc inde brachia exornant. *Iohan. à Turercrem. ad c.1.dist.* 100. Sic verò conficitur: Die 21. Januarii, quo Divæ Agnetis festum celebratur, in ejus templo, dum in sacris mysteriis canitur Agnus Dei, duo candidi agnelli super arâ statuuntur, & Subdiaconis Divi Petri traduntur. Hi in pascua missi, verno tempore tondentur. Ex eâ lanâ alii permistâ, & in filâ deductâ, pallia texuntur, in extremo firmantur tenuibus lamellis plumbeis. Texuntur à Monialibus Turris Speculi, ut ex Onuphrio, de sacrarum vestium generibus refert Vivianus *ration. ad c.7. X de usu & aut. pall.* Venantius Fortunatus de pallio Gregorii Turonensis, *lib.2. epig. 3.*

Serica cui niveis agnata est bractea telis
Et textis crucibus magnificetur opus.

Tum ad aram D.Petri & Pauli deferuntur, ibi solennibus precibus recitatis à summo Pontifice consecrantur, & per noctem relinquuntur. Manè Subdiaconi recipiunt & servant, donec alicui Archiepiscopo deferantur. Quare ex corpore D.Petri pallium sumi dicitur. *c. significasti. ad fin. X. de elect. Pancirol. th. Var. lect. lib. 1. c. 20. Sleid. lib. 13.* Sed in Oriente in Ecclesia Alexandrinâ D.Marci pallium dicebatur. *M.A. Dominus lib. 3. f. 325. n. 8.* Ideò autem de corpore Petri sumtum dicitur, quia altaria primum erigi cœperunt super sepulcra Martyrum & Confessorum, quæ altaria MEMORIÆ, dicebantur.

XIII. Quod usum & auctoritatem ejus, sive jus attinet, ex consuetudine, & usu Ecclesiæ, sine necessitate legis alicujus vel divinæ, vel humanæ positivæ, dari cœpisse videtur, *c.2. dist.* 100. & donum Imperiale primitùs fuisse, Episcopo Romano datum. Sed postea Pontifex ejus usum in jurisdictionem suam convertit, ut à se solo Archiepiscopis daretur. *Datur à Pontifice.*

 tur.

An & à Patriarchis? tur. Patriarchas verò orientales jus non habere conferendi illud ex sese, sed cum à sede Romanâ ipsi obtinuissent, tum demum Metropolitanis posse impertire *c. antiqua. 23. de privil.* Sed hoc quidem Innocentius in propriâ causâ inaudita parte alterâ decrevit, & contra concilium Nicæum, quod unumquemque Patriarcharum in suâ regione fecit independentem. Jam verò concessio Pallii actus est superioris & subjectionem adversus dantem arguit. Hinc Rudolphus Mamistanus, factus Patriarcha Antiochenus pallium de altari B. Petri Antiochiæ ipse sibi sumsit, utramque esse D. Petri cathedram & hanc quidem antiquiorem asserens. *Guil. Tyr. lib.* 14. *c.* 10.

c. antiqua 23. X. de privil. ad partes vocatur.

Ejus jus, usus, & autoritas. XIV. Hoc pallium non transit in successorem *c.* 3. *X. de us. & aut. pal* sed cum suo Archiepiscopo sepeliendum. Sed in Oriente Alexandrino Patriarchæ demortuo à successore pallium detrahebatur de collo, quod sibi successor imponebat, ut ex Liberato Diaco. scribit *MA Dominis lib.* 3. *fol.* 325. *n.* 8. A successore verò olim per literas petebatur. At Hildebrandus, adhuc dum Archidiaconus, primus effecit, ut, qui hoc petebant, ipsi Romam venirent, nempe, ut eò carius mercarentur. *Baron. ad an.* 1070 *n.* 17. Addidit Paschalis II. ut accepturi pallium juramento fidelitatis se Pontifici obstringerent, *c.* 4. *X. de elect.* Ast olim nihil aliud requirebatur, quàm ut accepturus pallium fidem suam exponeret Patriarchæ suo, ut constaret sibi cum Ecclesiâ convenire de fide. *c.* 1. *&* 4. *dist.* 100. Peti autem Pelagius vel quisquis auctor est *d. c.* 1. intra tres menses à consecratione, jubet, vel si quis jam ante consecratus, & transferatur postea, à confirmatione. Id si neglexerit à dignitate removetur. *d. c.* 1. Antequam autem Archiepiscopus illud impetravit, non potest Episcopos consecrare. *d. c.* 1. consecrandi enim facultas, quæ olim erat apud summum Pontificem hoc signo concessa fuit Archiepiscopis.

Pascha-

Paschalis d. c. 21. nec convocare ad concilium, nec conficere chrisma, nec dedicare Ecclesias, nec ordinare clericos, nec ante sortitur titulum Archiepiscopi vel Primatis, quamvis sit consecratus, nec potest ante se crucem deferre. *Iohan. de Turre-crem. ad dist.* 100. Adde quod pallii datione fiant Archiepiscopi sedis Apostolicæ Legati, Rabanus Maurus *de ordine Antiphonarii: Propter Apostolicam vicem pallii honor decernitur*. Et hinc ab Alexandro III. *Epist.* 23. editâ cum Epistolis Petri Cellensis, Archiepiscopus Lundensis sedis Apostolicæ Legatus dicitur. Quod autem de antelatione crucis dixi, hæc facultas rarò quidem Archiepiscopis & Metropolitanis, nisi etiam Primatus, aut Patriarchatus jure niterentur, data. Sic Alexander II. crucem anteferre permisit Archi-Episcopo & Primati Slavoniæ & Dalmatiæ. *in Epist. ad Diac. Archiepisc.* Etsi omnes Episcopi jus crucis ad collum appensæ habeant, quapropter σαυροπάτας appellatos fuisse *ex Concil. Constantinop.* 8. constat. Quod si qui Archiepiscopi simul sustinent personam Principum Imperii Electorum, hi etsi pallium non susceperunt, jus tamen suffragandi in comitiis Imperii & eligendi Imperatorem nihilominus obtinent. *Vide Limn.* 3. *c.* 3 *n.* 40.

XV. Et quamvis olim etiam canon esset, ne pro pallio acciperetur vel daretur quidquam: *c. novit. dist.* 100. Tamen quia è re curiæ non erat Romanæ, abiit hic canon in paleas. Contra verò adeò in immensum incendebatur hujus pallii pretium, ut integras Provincias ad redimendum illud expilari oporteret. Extant passim gentium querelæ, præcipuè in Germaniâ, testantibus Nationis gravaminibus: Quorum verba non pigrabor referre: *Sedes*, ita habent, *Moguntina olim solùm dedit decem millia florenorum, quæ cum quidam illic electus dare renueret, sicq; usq; ad mortem suam persisteret, electus post eum, confirmationis cupidus se opponere timuit*

Pretium immensum.

 sedi

ſedi Apoſtolicæ, offerens antiquam ſummam, puta decem millium florenorum. Is nec confirmationem impetrare potuit, niſi & reliqua decem ſimul redderet, quæ adhuc exſtabant à ſuo prædeceſſore nondum perſoluta. Atq; ſic cogebatur dare viginti millia florenorum, quæ tunc indubiè in regiſtrum Cameræ ſignata ſunt, & usq; ad noſtram ætatem à ſingulis Archiepiſcopis exacta & ne dum viginti millia, ſed & viginti quinque, propter nova officia, & novos Pontificum familiares. Tandem excrevit ſumma usq; ad viginti ſeptem millia. Quæ Archiepiſcopus Iacobus cogebatur nuper perſolvere, (eligebatur anno 1504. 30. Decembr. *Goldaſt. in margin. ad rem. contra grav. tom. 2 receſſ. fol.*) *ut retulit Vicarius in ſpiritualibus Moguntinenſis. Sicq; in vitâ unius hominis ſepties viginti quinque millia à ſolo Archiepiſcopatu Moguntino pro confirmatione Romam pervenerunt. Et cum Archiepiſcopus Iacobus vix quatuor annos ſediſſet, mox poſt eum electus dominus Vriel, ad minus, quatuor viginti aut viginti quinque millia coactus eſt ſolvere, quorum partem mutuò forſan accepit, imponere coactus eſt ſubſidium aut exactionem in ſuos populos & pauperes agricolas, quorum aliqui nondum ſatisfecerunt tributo, aut exactioni pro pallio à ſuo prædeceſſore Iacobo impoſita.* Tantùm de uno Epiſcopatu, quorum Æneas Sylvius per Germaniam quinquaginta, Durus di Paſcolo, in Aulico politico, reg. 558. numerat quinquaginta duos, Abbatias 63. Præpoſituras 170. quarum Præpoſiti nonnulli ipſi quoque Romæ confirmantur; Neque ſic tamen expleri poteſt vorago Romana: Nam ut habetur, in der ſtattlichen Ausführung/warumb die proteſtirenden Stände Pii IV. concilium nicht beſuchen können ꝛc. *ap. Hordl ed.* B. U. *fol.* 661. *ed. Goth. n.* 44. Muß noch über die Hauptaxt erleget werden/ die Haupt-Bulla / die Befelchs-Bulla / die Bulla der Abſolution / die Bulla an das Capitel / die Bulla an die Cleriſey / die Bulla an die Gemeine / die Bulla an die Lehnleute / die Bulla an den König / die Form des Eyds / und was man behalten

muß

muß in Consistorio für die Einweyhung und Einsegnung/ ohne was ihm der Bapst fürbehalten/ was ihm heimgefallen ist und andere etliche Zinse. Accedit ad rei indignitatem, quod etsi pallium sit insigne Archiepiscoporum & Metropolitanorum solorum; tamen Episcopum quemvis illud redimere à Papâ coactum fuisse: Testantibus Protestantibus apud *Hordl. d. lo.* ibi. für die Bestätigung eines Bischoffs muß man von Bapst den Bäpstlichen Mantel lösen/ so doch einen solchen eigentlich allein der Bischoff zu Bamberg in Teutschen Landen hat/ und die Ertzbischoffe.

XVI. Succedunt annatæ inter querelas Germanorum causæ non ultimæ. Dicuntur ita, quod qui recens in demortui locum successit Episcopus aut Abbas Pontifici Romano fructus integros unius anni persolvere tenetur ex eo sacerdotio. *Sleid. lib.* 4. *in an.* 1525. Harum inventionem plerique Johanni XXII. Papæ attribuunt: Platina verò Bonifacio IX. quem tulisse primum refert, ut qui beneficium consequeretur, dimidium annui proventus fisco apostolico solveret. *de vit. Pontif. p.* 259. Ostiensis verò, *c. inter cætera. X. de off. ord.* jam ante sub Alexandro quarto propter annatarum reservationes reclamatum fuisse refert. Adde *Polyd. Virg. de inv. libr.* 8. *cap.* 2. Dionysius Godofredus, JCtus observat, haut alibi in jure civili apertius ostendi originem annatarum, quam ex *Novell.* 123. *cap.* 16. ibi: *Sed neque clericum cujuscunque gradûs dare aliquid ei, à quo ordinatur, aut alii cuilibet personæ permittimus: solas autem præbere eum consuetudines iis, qui ordinantium ministrantes sunt, ex consuetudine accipientibus, unius anni emolumenta non transcendentem.* Verum enim verò non hæc in Oriente prima annatarum origo. Narrat enim Palladius aliquot Metropolitas Constantinopoli ad Joh. Chrysostomum, factaque synodo, Antoninum Ephesinum accusasse, quod pro lege ac decreto haberet, ordinationes Episcoporum

Alia Germanorum querela, de annatis. Quæ describuntur. Earumque origines & causa eruitur.

 rum

rum vendere, pro modo redituum. Quod quid est, si annatæ non sunt? *Pallad. dial. de vit. Chrysost.* Et primitus quidem prout res incidit, indictas fuisse patet ex *C. cum nonnull. XI. Extrav. comm. lib. 3. tit. 2.* ubi Johannes XXII. se pro necessitatibus Ecclesiæ Romanæ eas reservasse ait. Bonifacius etiam occasione bellorum contra infideles indixisse fertur: Sed rectè observat M. A. de Dominis *lib. 9. cap. 9.* quemadmodum vectigalia à Principibus ex causa imposita, cessante quantumvis causa, non tolluntur, ita etiam annatis contigisse. Hinc queruntur Missi concilii Basileensis ad Papam Eugenium IV. licet introductis ex causa passagii terræ sanctæ annatis, non tamen eo cessante cessare ipsas. Confer Ordinum Imperii responsum *ib. seq.*

Vetita quidem per sanctionem Alberti.

XVII. Etsi verò Albertus II. Imperator pragmatica sanctione secundum decreta Concilii Basileensis facta, quo damnatum est hoc genus vectigalis *sess. 21.* constituerat *c. 20.* his verbis: *De dignitatibus & beneficiis Ecclesiasticis quibusvis, collatis aut conferendis nihilprorsus, neque annatum, neque fructuum primitias, neque, ut vulgò dicitur, deportum Pontifex exigito*: Parùm tamen in Germania profecit. Hinc concordata secuta sunt anno 1447. Nationis Germanicæ, ubi de annatis ita conventum, ut *de fructibus primi anni Ecclesiarum cathedralium, & monasteriorum à die vacationis summa pecuniarum in libb. Cameræ Apostolicæ taxatæ solvantur, & si quæ excessivè taxatæ sint, quod provideri debeat specialiter, in gravatis regionibus secundum qualitatem rerum, temporum, & regionum, ne nimium prægraventur, § placet. 4. Gold. tom. 1. const fol. 410. Et in statut. & rescript. fol. 207.* sed & hoc aliquid, nihil erat. Et longè quidem constantior Gallia (usque ad Franciscum I. cujus pacto cum Leone X. constitutioni Bituriensi multum derogatum fuit.) in tuenda pragmatica sanctione, quàm Imperatores, teste P. Æmilio; hinc tot querelæ, & novissimè anno 1522. in

Sed exacta nihilominus, & concordatis Germanicis firmata.

comi-

comitiis Noribergensibus, ubi Ordines Imperii ita Nuncio Apostolico respondent: Und weil dann Bäpstliche Heyligkeit selbst wissen/welcher massen vor Jahren durch die Teutsche Nation bewilliget worden sey/daß die Annaten von den geistlichen Prælaten allein auff etliche Jahr dermassen dem Römischen Stuel folgen/daß dieselbe zu nichts anders/denn zu Widerstand des Türcken gebraucht werden solten/und aber solche Jahr vorlängst verschienen/ auch dieselben annata gemelter Bewilligung nach/ Bäpstl. Heyligkeit Vorfahren wider den Türcken nicht gebraucht seynd/das gebe Ursach/so zu Widerstand des Türcken eine nothwendige Hülffe im heyligen Reich Teutscher Nation angeleget werden wolle/daß solches durch das Teutsche Volck hoch angezogen werde rc. Demnach sey Kayserl. Majest. und anderer Reichsstände hohe und fleissige Bitte/daß Bäpstl. Heyligkeit solche annata, so fürder durch Absterben der Ertzbischoff/Bischoff/ und anderer geistlichen Prælaten und Beneficien fällig worden/weiters nicht erfodern/noch einnehmen: Sondern des H. R. Reichs fisco wollen verfolgen lassen rc. *ap. Hord. tom. 1. c. 1. num. 25.* *Inde querimonia nova.*

XVIII. Fuit ergò πρόφασις & color seu prætextus exigendi hoc vectigal, expeditio in terram sanctam, indeque in genere militia adversus Turcam. Nam ut thesi I. vidimus, Legati ad Pontificem disertè annatas ob passagium in terram sanctam pendi testantur. Idemque natio Gallicana responsi dedit *ap. Nicol. de Clemangis pag. 84. editionis à Lydio procuratæ.* *Prætextu erigendarum, passagium terræ sanctæ.*

Dicebatur hæc expeditio Latino barbarè *passagium*, *pasuagium, vassigium* proximè ab Italico *passaggio*, Gallis est passage, quod communiter transitum, peculiariter expeditionem, & κατ' ἐξαίρετον, in terram sanctam significat. Etsi alias quoque significationes habet, quæ huc non pertinent. *Vid. Vos. de vit. serm. libr. 3. c. 33.* Jus expeditionem hanc cogendi regendique ut alia potestatum civilium, Pontifex sibi sumserat; adeò, *De cujus etymo & significatione.*

ut

Et potestate indicendi, quam sibi sumsit Papa

ut Principibus imperaret ea, minis etiam additis (quas ad ipsos denique Angelos Clemens an Demens, V. Viennensi concilio anno 1311. cum in Palæstinam proficisci vellet, in ordinem, scilicet cogendos extendebat) non nemine Pontificum insuper se ducem militiæ offerente. Vide Æneæ Sylvii bullam de profectione adversus Turcas 1463. Quid? quod in concilio Carnutensi *an.* 1146. ipse S. Bernhardus dux belli hujus omnium consensu delectus. *Baron. ad d. ann. n.* 11. Pro stipendio erat indulgentia peccatorum proposita, inquit *Baron. ad* 1095. *n.* 50. proque militari tesserâ signum sanctæ crucis è purpureo panno confectæ, quam primus Urbanus in signum expiationis distribuit, super scapulam dextram vesti assutæ. *Pet. Diac. chron. Cassin. lib.* 4. *cap.* 11. Unde passagium ipsum Gallis *croissade*, Italis, *Crucciata, Sigon. de reg. Ital. an.* 1095. *fol. mihi* 234. *n.* 40.

Stipendio militum, tesseráque.

Iudicium Landscronii de hac expeditione.

XIX. Hæc, inquam, prætextui sumebatur expeditio, quæ reverâ ad emungendos Germanos, Anglos, Gallos pecuniâ, & stabiliendum dominatum papalem, majestatemque civilem pessum dandam, aliasque status pontificis rationes. Et tamen de justitia ipsius expeditionis, quæ coloris vicem avaritiæ & simoniæ Romanæ esse debebat, nondum satis liquebat. Quamvis enim speciosæ rationes, commiseratio oppressæ in Oriente Ecclesiæ, propagatio gloriæ Christi, Turcarum juratum in Christianos odium proponerentur: Magis tamen ad rem dixisse mihi videtur Fridericus à Landscron/Sigismundi Imperatoris Consiliarius Reformatione Sigismundi: **Man fährt über Meer / und ficht an die Heyden / und gar viel sterben und verderben umb den Glauben. Blieben sie daheimnen / und strafften die bösen Christen / die an GOtt meineyd werden / diß were eine gute Meerfahrt / ohn allen Zweifel hielten wir unser Ordnung Christlich / alle Heyden und Ungläubigen kehreten zu uns.** *apud Gold.* **Reichssatz. ander Theil.** *fol.* 112. *num.* 11.

XX. Cæ-

XXI. Cæterùm ut ad annatas revertamur, summa earum in Germania putata olim fuit ad 2034518. florenos omissis quam plurimis Episcopatibus, Abbatiis, Præposituris, quarum vectigal ignorabatur. Vide indicem annatarum *ap Hordled.* von Urs. *libr.* 1. *c.* 1. *n.* 11. Hinc Protestantes *apud Hordlederum* V. U. *fol.* 662. *n.* 45. Was die Römische Kirche jährlich auß solchen annatis erkratzt und erschabt / daß ist unmüglich zu æstimiren / und zu überschlagen auß Ursach / daß nicht allein die Bisthumen und Prælaturen / sondern auch die schlechten beneficien, electiva, so nur 24. Ducaten de camerâ, ja nur 12. Ducaten / nach Ordnung Leonis X. Einkommens haben / ihre pensiones davon reichen und geben müssen. In Gallia de Ecclesiis cathedralibus & Abbatiis taxatis pensio ad sexcenta nonaginta septem millia, septingenta quinquaginta Francorum, præter prælaturas, aliasque inferiores dignitates & beneficia, quæ tantidem æstimantur, ascendisse feruntur in apostolis Nationis Gallicanæ, quæ extant inter scripta Nicolai de Clemangis, *de annat. non solv. pag.* 93. Adde postulata pro Gallicis Ecclesiis, quæ Ludovico XI. à Senatu exhibita Parisiensi, à Francisc. Duar. sub finem libr. de beneficiis Latinitati donata. Vide etiam Taxas Episcoporum Franciæ *in* 14. *vol. tract. jur.* Anglis longè hac parte contigit esse felicioribus, quippe qui hujusmodi exactiones in solis Episcopatibus, in cæteris beneficiis non item admisere. *Platin. in Bonif. IX. Nicol. de Clemang. vel quisquis alius, de Ann. non solv. p.* 101. Hispaniam eodem prætextu pecuniæ in sacrum bellum erogandæ vexatam, manente ad sua tempora anniversariâ eâ exactione Arnoldus Ferronus *in Francis. I.* narrat. Reliquarum nationum expilationes exputari nequeunt. *Videri tamen potest tractatus de numero, titulisque Cardinalium, Archiepiscop. &c. in Vol.* 14. *Tract. tract. Et Alb. de Rosate ad rubr. de stat. hom. n.* 6. *Karolus Molinaus comm. ad antiq. ed. & SCta Franciæ n.* 146.

Annatar. quantitatum per Germaniam & Galliam.

Minor Angliæ.

Hotom. in Bruto fulmine, de crimine sacrilegii 8. *Godofr. Nov.* 123. *c.* 16. *lit. G.*

Statum Ecclesiæ præsentem corruptum.

XXI. Hic status Ecclesiæ erat, cum Martinus Lutherus, Theologus Augustinianus, indulgentiarum nundinationem impugnare cœpit. Cujus causa plerosque magnos viros, ac Principes contra Pontificem in partes traxit. *Vide Thuan. lib.* 1. *Guicciard. lib.* 13. Ipse Surius in comment. *p.* 123. inquit: Ecclesiæ Romanæ quidam deformes abusus non parùm malè omnes bonos habuisse. Adrianus Pontifex in mandatis Legato ad comitia Noribergensia datis, apud Lutherum *tom. II. Ienensi Germ. fol.* 165. *b. m. f.* §. 16. fatetur propalàm: Wir wissen / daß in diesem heyligem Stuel viel Jahr her viel gräuliche Mißbräuche gewest seynd / in geistlichen Dingen / Ubertrettung in Gebotten / und daß alle Ding verkehrt sind: Vel ut habet versio *apud Hordl.* V. U. *lib.* 1. *c.* 1. *fol.* 5. *n.* 15. Wir wissen wohl / daß itzt in diesem H. Stuel viel Ungebührligkeiten mit Mißbrauch der geistlichen Sachen / Ubertrettung in den Befehlern oder Gebotten gewest / und sonst alle Ding zu Aergerung verkehrt worden seyn. Darumb kein wunder / daß die Kranckheit von dem Haupt in die Glieder / alß von den Bäpsten in andere niedere Prælaten abgestiegen ist. Wir alle / das ist / Prælaten und geistliche Personen / haben abgetreten / ein jeder seinen selbst Weg gewandert / und ist lange keiner / ja nicht einer gefunden der Guts gewürckt hätte / deßhalben noth ist / daß wir alle Gotte Ehre geben / und ihm unsere Seel demüthig machen etc. Ut de corruptelis sanæ doctrinæ non jam dicam, de quibus Chytræus *hist. August. Confess. p. m.* 610. Stattliche Außführung der Protestirenden / wider *Pii IV. concilium*, *apud Hordled.* V. U. *lib.* 1. *c.* 47. *fol.* 667. *n.* 58. *Beatus noster Gerhardus Theologus meritissimus, Confess. Cathol. lib.* 1. *part.* 1. *c.* 4. Et hæ nimirum erant causæ, quæ Lutheri zelum contra Ecclesiam Romanam excitabant: Non verò quas fingit Caraffa *comment. Germ. sa-*

testibus Pontificiis, & Pontifice

& corruptelas doctrinæ impugnat, ut emendet Lutherus.

Non odio, invidiâ, & quas alias ei imputant causas. Pontificii, Caraffa,

cra

cræ restaur. p. m. 11. invidia & indignatio Augustinianorum, è quorum familiâ Lutherus, quòd Tezelio, Dominicano, commissa fuerit indulgentiarum cauponatio. Vel ut fabulam interpolat Natalis Comes *lib. 1. hist. sui temp.* Lutherum persuasisse Johanni Duci, ut à Pontifice diploma indulgentiarum impetrare conaretur. Id quod cum non successisset, odio adversus Pontificem impugnando quæsisse, quod implorando obtinere non potuisset. Multò minus ea fuit, quam Henricus Brunovicensis Dux in suis invectivis finxerat causa, Lutherum Tragœdiam hanc excitasse impulsu Friderici Saxonis, qui Magdeburgensem Episcopatum invidisset Alberto Moguntino. *Videatur Hordl.* B. U. *lib.* 4. *c.* 16. *fol.* 1361. *n.* 75. Quod commentum Lutherus edito contra scripto refutavit, *tom. VII. Jen* wider Hanns Worst/ *fol.* 421. *& seqq.* Ejusdem farinæ est, quod JCti (si modo JCti fuerūt,) Dillingenses rhetoricantur *compos. pac. c. 1. q. 2. n. 7. ibi.* Auß welchen zu sehen/ wie gar eigentlich Lutherus bekant/ daß er allein sey gewesen/ als er solche Unruhe in der Catholischen Kirchen erweckt/ und sey solches nicht geschehen mit Fleiß und Bedachtsamkeit/ sondern von ungefehr/ dieweil nemblich er/ Martin Luther sampt Johann Staupitio vermeinten die Indulgentz oder Ablaß zu publiciren/ welches von Bapst Leone X. Johanni Tezelio anbefohlen worden/ daher er denn sich beschwehrt befunden/ und (wie mit diesen Worten bezeuget Johan. Cochlæus in actis ejusd. an. 1517.) mehr auß jähen Zorn und Rachgierigkeit/ Alberto, Churfürsten und Ertzbischoffen zu Mayntz und Magdeburg einen Brieff voller grossen Unwillens zugeschrieben. Locus ille quem respiciunt, in Lutheri scriptis est præfatio, *in tom. I. Lat. Witeberg.* Quæ verò consequentia: Lutherus in has turbas casu incidit, ergò ex irâ & invidiâ?

Natalis Comes

Dux Brunovicensis &

JCti Dillingenses.

XXII. Cœpit itaque Lutheri causa diversimodè ventilari, Johannis Eccii Theologi obeliscis, Sylvestrique Prieriatis,

Lutheri causa variè ventilata.

riatis, Dominicani & sacri palatii Magistri, ut & Jacobi Hogostrati, Dominicani itidem scriptis exagitata. Ipse Tezelius themata sua Lutheri thematibus opponit, quorum tamen non auctor ipse, sed Conradus Wimpina. *Chytr. hist. August. Conf. p.* 122. *Caminaeus orat. secul. Acad. Francof.* Studiosi Witebergenses positiones Tezelianas Halâ Saxonum allatas in foro cremant. Lutherus propositiones de indulgentiis declaratas Leoni X. dicat. Maximilianus Cæsar Pontificem officii admonet. *tom. 1. Ienensi fol.* 99. Lutherus Romam vocatus in Germaniâ audiri petit. Et Augustæ se Cajetano sistit. Ad palinodiam solicitatus recusat. Ad Pontificem appellat, *tom. 1. Ien. Ger. fol.* 124. A Pontifice ad concilium. *tom. 1. Lat. Ien. f.* 217. *a.* Anno 1619. Karolus Milticius, Nobilis Misnicus, Leonis Pontificis Cubicularius, mittitur à Leone ad Fridericum Saxonem, expellendi Lutheri gratiâ. Agit cum Luthero Altenburgi, promittente silentium, si & adversarii sileant & palinodiam, si vincatur. Vide acta Altenburgica *tom. 1. Ien. G. f.* 141. *b.* Tandem res venit ad disputandum Lipsiam oppido, tum temporis ditionis Georgii, Ducis Saxoniæ, qui patruelis erat Friderici Electoris.

DIS-

DISSERTATIO VI.

DE LUTHERI EXCOMMUNICATIONE ET PROSCRIPTIONE.

RESPONDENTE

ERASMO à BRAND, Equite Misnico.

I.

Disputationis Lipsiensis hæc fuit occasio: superiori anno sententias, quas de indulgentiis Lutherus proposuerat, Eccius obeliscis notavit, iisque valdè amarulentis. Ex illis refellit aliquos Karolostadius; in conclusionibus suis, quæ exstant. Karolostadio respondet Eccius per apologiam satis mitem. Apologiam edito libello Karolostadius confutavit. Contentio hæc ut componeretur, egit cum Eccio, ad disputandum per se animoso, Lutherus Augustæ, ut cum Karolostadio congrederetur. Dux igitur Saxoniæ Georgius, pro eximio suo eruendæ veritatis studio, locum utrisque se designaturum promittit. Designata fuit Lipsia. At Episcopus Merseburgicus, tum temporis Adolphus Anhaltinus, in cujus clientelâ Academia Lipsiensis est, & qui tum Lipsiæ erant Theologi, Matthias Hainensis, Fac. Theol. Decanus,

Disputationis Lipsiensis occasio.

Quam subterfugiunt Theologi Lipsienses.

canus, Hirsbergius, Könighovius, Svovemius, Tungersheimius, aliàs Ochsenfartus, omnes Doctores, & Licentiati Langschneiderus & Frauendienstius, Principis rationes improbant, idque se facere dicebant de mandato R. Pontificis.

Dux Saxoniæ autem urget falsis ad Episcopum Martisb. literis.

Eâ de causâ Dux Georgius ad Antistitem Merseburgicum dat literas, *quibus, se mirari dicit, Antistitem abhorrere à consuetudine olim veritatis inquirendæ gratiâ introducta & per manus tradita. Utile & necessarium esse, ut dicendo atque audiendo eliciatur veritas, utrum res ita habeat, ut repentè ad tinnitum æris in pelvim conjecti defunctorum animi ab inferis extracti in cœlum subvolent. Videri sibi quibusdam nimio torpentibus otio Episcopum hac in parte patrocinari. Vetustum esse causam suam defendendi & contradicentium refellendi disputantium morem. Quod si Theologi sui disputare recusent, in eo discedere illos à professione & dignitate suâ, ob quam & in cathedris eminentiorem sedem, & in conviviis scholæ solennibus primas accubationes sibi vendicent. Quod si neque munus suum, neque titulos sustinere possint, multo minore impensâ, & majore cum Reip. fructu mulieres vetulas & pueros tenellos ali posse, qui aliquando Reip. utiles, & Magistratui obsequentiores futuri sint, quàm Theologi quidam faciant. Vetulas autem aut lanâ & telâ victum quærentes operis suis aliquid necessitati hominum collaturas, aut si nihil præstare possint aliud, saltim cantillando numeris aures mulcere auscultantium.* Cupere se *ut Episcopus pro suâ prudentiâ consideret, quidnam ad custodiam ovium expediat, habere canem, qui nec latrare possit, nec in lupos irruentes immitti aut.* Denique *se non intermissurum, si tergiversari pergant Theologi sui, quin contestatione publicè propositâ declaret, voluntatem suam neque fuisse aliam, quàm ut tantæ causæ pia atque sincera disputatio instituatur, cui Theologi isti* propter suam inscitiam & inertiam *non modò præesse non potuerint, sed pertinacissimè quoque, ne susciperetur, obstiterint.* Habentur hæ literæ apud Fabricium *orig. Sax. lib. 7. p. 860. & Peiferum in*

Lipsiâ

Lipsiâ religiosâ MSctâ. His Principis literis Theologorum tergiversatio nonnihil stata fuit, ut de cætero nemo voluntati Principis obniti auderet. Et quamvis postea ad valvas ædium sacrarum literæ Antistitis Merseburgici affixæ fuerint, quibus ille ex epistolâ Pontificis, quam decretalem appellant, interdicebat, ne qua disputatio de religione institueretur: Nihil tamen effectum est aliud, quàm quod Senatus Lips. hominem qui chartas has ad valvas adfixerat, arripi, & in carcerem condi jussit, propterea quòd clàm & nullâ petitâ veniâ schedas in publico proposuisset. *Peif. in annal. Lips. MStis.*

Prohibet Episcop. Martisb.

II. Dum autem Lipsiæ disputatur, ibidem in monasterio Dominicanorum moritur R. curiæ institor Tezelius, qui cum in disputationem consensum esse audisset, dixisse fertur: Das walt der Teuffel. Curriculum vitæ ejus vide *ap. Sleidan. lib.* 13. *& tom. VII. Lutheri Ienensi Germ.* wider Hanns Worst. Epitaphium Lipsiæ visitur in templo Academiæ Paulino. In chronico etiam Saxonico Dresseri *fol.* 505. scribitur, in patriâ ejus monumentum ei statutum, insidentis aversi velut inequitantis porco, caudam pro freno tenentis. Cæterùm acta disputationis Lipsiensis *reperiuntur tom. I. Latino Luth. Ien. f.* 2. 241. *Et inter epistolas Melanchthonis p.* 36. *tom.* I. *Ep. Luth. ad an.* 19. *Epist. ad Ioh. Lang. p.* 161. *& ad Spalat. p.* 181. *Peifer. in Lips. Relig.* Descripsit eandem Mosellanus Professor Lipsiensis *Epistolâ ad Pircamerum*, quam edidit Abrah. Scultetus, *in annalibus Evangelii p.* 37. Est & penes me ejusdem Mosellani idiographum, hactenus, quod sciam, ἀνέκδοτον ad Julium Pflugium elegantissimè historiam disputationis prolixèque describentis. Fœcunda hæc fuit disputatio, plures alias pariens, Luthero & Melanchthone de fide editorum à se disputationis actorum cum Eccio disceptantibus. Karolostadius deinde & Eccius publicis scriptis mirè se deformarunt. Atque hic fructus fuit disputationis Lipsicæ.

Tezelii precatio pro disputatione Lipſ. & obitus &c.

Eventus Lipſ. disputationis.

III. Inde

III. Inde anno 1520. Lutherus à Pontifice Leone excommunicatur; Annoque ſequenti ab Imperatore proſcribitur. Cujus utriusque banni juſtitiam ad Leges & canones examinaturi, primò narrationem facti, inde applicationem ad utrumque jus, & denique executionem videbimus. Anno 1518. Leo Pontifex Lutherum Romam evocat, denunciatâ pœnâ. Interceſſit pro eo Academia Witebergenſis. Et impetrat Fridericus Saxoniæ Elector, ut neceſſitate proficiſcendi Romam liberatûs Lutherus, cauſam ap. Cajetanum Auguſtæ diceret. Cui cum dogmata ſua non perſuaſiſſet, ad Pontificem, & à Pontifice ad concilium provocat. Sed pòſt, literis ad Leonem datis, eique denuò cognitionem cauſæ ſuæ defert, & ut utrique parti ſilentium imponatur, orat. Anno, quem diximus, 1520. Julii menſis die ſexto, Pontifex ad Fridericum, Ducem Saxoniæ, Electorem dat literas, quibus narrat, ſe convocato Cardinalium Senatu, & cum doctiſſimis viris, Prælatis ſcilicet, Theologis & Canoniſtis, *P. Servita lib.* 1. *hiſt. Trid. p.* 11. re communicatâ poſt multam & gravem deliberationem decretum excommunicationis ſe feciſſe, Præmonſtratore Spiritu illo ſacro, qui Eccleſiæ Romanæ nunquam deſit, *Sleidan.* 2. *com. c.* 17. Exemplum harum literarum habetur *Tom. I. Witeb. fol.* 51. Mittebat etiam Pontifex exemplum hujus decreti Friderico, ut videret, quam prodigioſos errores ille defendat, ſuamque Pontificis mentem declarat hanc eſſe; Elector Lutherum admoneat, ut omni depoſitâ ſuperbiâ deſiſtat ab inſtituto, errorem deponat, ab eoque palam & ſolenniter diſcedat, hoc ſi recuſet facere, intra diem præfinitum det operam, ut cuſtodiæ mandetur: *Sleid. ibid.* Exemplum decreti, ſeu ut vocant, Bullæ *extat. Tomo I. Witeb. fol.* 53. *b.* quod in compendium contraxit *P. Servita, & Sleid. dd. locis.* Recenſentur in eo articuli, de peccato originali, pœnitentiâ, peccatorum remiſſione, ſacrâ communione, indulgentiis, excommuni-

Narratio facti ſuper excommunicatione Papali.

municatione, potestate Pontificis, auctoritate conciliorum, bonis operibus, libero arbitrio, purgatorio & mendicitate. Hos omnes quàm sint pestiferi, perniciosi, scandalosi, quàm piarum aurium offensivi, quàm denique sint contra caritatem, contra reverentiam R. Ecclesiæ debitam, & contra obedientiam, Ecclesiasticæ disciplinæ nervum, neminem sanæ mentis ignorare. Quapropter habitô accuratô examine omnes & singulos damnare & rejicere tanquam respectivè (*hoc verbô utitur*) hæreticos, scandalosos, falsos, piarum aurium offensivos, vel simplicium mentium seductivos, & veritati catholicæ obviantes, atque sub pœnâ excommunicationis atq; aliis innumerabilib⁹ inhibere, ne quis præfatos errores defendat, aut favore prosequatur. Libros etiam Lutheri, quibus ista contineantur jubet exhiberi, atque incendi. Quod ipsum Lutherum attinet, commemorat hunc sæpiùs monitum, citatum & invitatum, ut à prædictis erroribus discederet, oblato salvo conductu, & viatico ad iter necessario: Sed eum animo obdurato in vocem temerariæ appellationis ad futurum concilium prorupisse, contra quam Pii II. & Julii II. constitutionibus cautum sit. Vehementer itaque per omnia sacra rogare tàm ipsum, quàm socios, ut desinant perturbare Ecclesiam. Luthero interim mandat, ut docendi munere abstineat, diesque LX. præfinit, intra quos ad sanitatem redeat, & suos ipse libros aboleat, doctrinamque publicè detestetur, nisi pareat, damnat, & proscribit, ut hæreticum, & pœnam legibus constitutam jubet irrogari, & sacris interdicit, mandatque omnibus, ut conversationem ejus fugiant, neque quicquam cum eo communicent. Qui secus faxint, iisdem legibus, pœnisque subjicit, & decretum hoc omnibus in templis, ac populi conventibus certis diebus recitari jubet. Hæc Bulla in Misniam ab Eccio, Coloniam à Marino Caracciolo & Hieronymo Aleandro fertur.

IV. Lutherus, qui jam anteà à Pontifice ad concilium provocaverat, id nunc repetit, eò magis, quod Pontifex nec vocatum, nec erroris convictum eum damnaret: Deinde quod fidem in Sacramentis necessariam ab eo juberet abnegari: Quod opiniones suas, & merè humana deliria sacris literis anteponeret: Denique quod concilio nullum relinquat locum. Sed & simul scriptum edebat contrarium & omnia suâ dogmata, quæ Leo damnaverat, ordine confirmabat, & asseverabat. *Sleid. & Servita dd. loc.*

Excommunicatio de jure ut se habeat.

V. Quod attinet excommunicationem ipsam, definitur censura Ecclesiastica privans communione fidelium. Dicitur censura, quia Ecclesia ex mandato Christi Matth. 17. censet de fratris statu, & conditione, quem habuit hactenus in communione sanctorum, & eo statu eum indignum repertum, deponit. Estque vel major vel minor. Illa à communione fidelium penitus abscindit, omneque commercium externum & internum gratiæ spiritualis cum communione sanctorum adimit, sive ad tempus, sive in perpetuum, & vocatur traditio in potestatem Satanæ 1. *Cor.* 5. 20. 1. *Tim.* 1. 20. Anathema. *c. nemo.* 41. *caus.* 11. *q.* 3. quæ à corpore Christi, quod est, Ecclesia, recidit. *can.* 12. *c.* 3. *q.* 4. Minor verò ex parte duntaxat privativa est, quæ non omni influxu gratiæ divinæ, & mediorum salutis privat, sed quorundam, ut communione precum, mensæ sacræ, suscipiendi baptizatos &c. *c. ad mensam.* 24. *c. XI. q.* 4.

VI. Infertur autem excommunicatio vel à canone, vel ab homine, per sententiam, *c. nuper X. de sent. excom.* sive major, sive minor, secundum Canonistas. Rectius dicemus, excommunicationis causam esse Deum ipsum, *Matth.* 18. *Iohan.* 20. Instrumentalem esse Ecclesiam particularem, in qua deliquit reus, sive quod eam repræsentat, synedrium. Et hanc potestatem in Ecclesia fuisse semper, nemo Lutheranorum unquam

unquam vel per febrim negavit, secus atque garrit nugacissimè, ut fumum venderet auditorio suo H. Zoesius, *comm. ad Decret. h t. n. 1.* Causa autem meritoria est delictum, jure divino, vel per canones Ecclesiæ prohibitum. Illud ipso facto hominem extra statum gratiæ spiritualis ponit, ita tamen ut privatio communionis visibilis non nisi per sententiam & decretum Ecclesiæ fieri possit. Facit textus *in c. cum secundum. 19. de hæret. in 6. & Dd. allegati à Mynsing. cent. 1. O 46.* Excommunicari itaque non possunt, nisi subjecti dioecesi illi, in qua deliquerunt, regulariter *c. fin. de const. in 6. c. 1. & seq. c. 6 q. 3.* & in alios lata ipso jure nulla est *c. sententia c. 11. q. 3.* subditi autem dici possunt ratione delicti commissi in loco, ubi est poena excommunicationis *c. à nobis. 21. X. h. t.* Ratione enim delicti sortitur quis forum, alioquin non proprium, *auth. quâ in provinciâ, juncto t. t. C. ubi de Crim agi opor.* & ideò alienigena potest à prælato Loci excommunicari, in quo deliquit *c. 1. X. de Rapt. c. 1. c. 3 q. 6. c. postulasti er. fin. de for. comp.*

Qui excommunicari queant.

VII. Causæ excommunicationis meritoriæ sunt perversitas doctrinæ & morum publica & scandalosa, cum obstinatione & pertinaciâ conjuncta, ut exemplo Corinthii incestuosi 1. *Cor.* 5. liquet & probat Pseudo-Anacleti Epistola 1. *in c. tàm sacerdotes* 14. *c. ecce autem.* 18. *c.* 24. *q.* 3. Successu autem temporis excommunicatio ob privatas offensas, Episcopis vel Clericis factas distringi coepit, ut videre est è *c. 23. caus. 24. q. 3. c. 24. 25. caus. & q. iisdem c. certum 43. c. 11. q 3. c. si quis 22. caus. 17. q. 4. c. 23. f. de V. S.* Vide *Hostiens. in sum. X. de sent excom. Et Commentatores Bullæ Cœnæ Domini.* Hinc ordines in gravaminibus nationis Germanicæ in Comitiis Noribergensibus queruntur: **Es werden viel Christlichen Menschen auch umb zeitlicher Sachen Gelds und Guts wegen gebant/auch umb zeitl. Gelds und Guts wegen / und offt gar umb geringe Ding umb Seel/Ehr/Leib und Gut gebracht. Item so**

Causa quibus excommunicatio incurritur.

ein Pfaff oder ander geweyhete Person erschlagen/ wird nicht allein der Thäter verbannet/ sondern auch die Stadt interdiciret/ und so lange interdict gehalten/ auch kein Christlich Werck vollbracht/ biß der Thäter/ oder die Gemeine Abtrag thue. Ridiculum verò & fortè fabulosum, quod de Benedicto fertur, dum quidam Abbas amisisset ejus annulum, nec qui illum rapuisset inveniretur, latam fuisse excommunicationem, contra quemcunque annulum habentem, unde posteà inventum fuisse corvum ægrotantem, in cujus domunculâ annulus repertus. Item quod legitur in sermone 2. Vincentii fer. 3. post secundam dominicam Quadragesimæ, cum quidam Monachus breviarium in arbore per oblivionem relinquens, excommunicavit illud habentem, statim arborem exaruisse. In Hispaniâ multas sententias fuisse latas contra mures, sorices, & locustas, & præcipuè quandam sententiam excommunicationis latam à quodam Episcopo, quæ præcepit muribus, ut intra tres horas exirent terris, quas habitarent, ubi maximum numerum exivisse natando per mare oceanum, in quandam insulam sterilem, *ex Navarro refert Iacob. de Graffiis. Decis. aurear. lib.* 4. *c.* 6. *n.p.* 665. Diximus jus excommunicandi competere singulis Ecclesiis particularib⁹, & has repræsentanti Synedrio. Quamvis enim non negandum sit, singulis Presbyteris hanc potestatem esse *Iacob. de Graffiis decis. aur. lib.* 4. *c.* 4. *n.* 1 adeò, ut Episcopus superior non possit sententiam excommunicationis latam ab inferiore, qui poterat excommunicare, sine congruâ satisfactione, & Plebani conscientia relaxare *c.* 3. *X. de off. jud. ord.* Tamen circa cognitionem causæ & sententiam excommunicationis requiritur consensus plurium, ut certius feratur judicium. Ipse Salvator totius Ecclesiæ judicium requirit *Matth.* 18. *v.* 17. 1. *Cor.* 5. 8. 2. *Cor.* 2. 6. 8. 10. Ideò anathematis sententiam ferre Episcopus non potest sine conscientiâ Archi-episcopi, vel Metropolitani,

ni, aut judicio aliorum Episcoporum. *Can. nemo. c.11.q.3.* Ideóque Synodos provinciales congregare moris erat bis in anno, ut illic excommunicationum causæ & quęstiones discuterentur, *c.5. concilii Nicæni c. habeatur.14. & can. 6. Synodi Antioch. c. quæsivit. X de his quæ fiunt à maj. par. c. debent. c.11.q.3.*

VIII. Excommunicationis forma in eo consistit, ut excommunicandus primâ canonicâ monitione admoneatur, alioqui non valiturâ excommunicatione *c. sacro. 48. X. h. t.* & in Canone Apostolorum 30. Excommunicatio fieri debere post trinam admonitionem dicitur atque etiam *c. constitutionum 9. de sentent. excom. in 6.* tot admonitiones distinctè præcedentes exigit, vel unam pro omnibus cum debito spacio temporis. Deinde ipsa excommunicatio nominatim est facienda & publicanda, ut vitari possit excommunicatus *c. constitutionem 9 X. h. t. c. licet. 14. eod.* Nemo tamen erit excommunicandus nominatim, priusquam sit de crimine confessus & convictus *c. multi. 18. c. natur. 10. c. nomen. 12. cap. 2. q. 1.* ordo enim servandus est in excommunicatione *c. de illicitâ 6. c. 24. q. 3.* Et nemo Episcopus aut Presbyter quenquam excommunicare debet, antequam causa probetur, propter quam Ecclesiastici canones hoc fieri jubent, quod si quis aliter fecerit, arbitrio superioris à sacra communione suspendi debet, & excommunicatus ad eam reduci. *c. 41. c. 11. q. 3. c. si Episcopus 4. c. 11. q. 3.* Debet & fieri præsentibus testibus monitio *c. sacro 48. X h. t.* Excommunicatio debet fieri in scriptis, adjectâ excommunicationis causa. *c. 1. §. quisquis de sent. excom. in 6.* exemplumque excommunicato exhiberi *c. 1. §. exemplum de sent. excom. in 6.* Alioquin quamvis excommunicatio liget absentem, & ignorantem quoad vinculum, non tamen ligat, quoad pœnam, antequam sciat. *glos. in c. quanto. c. 2. q. 5. & c. Apostolicæ X. de Except. c. illud. X. de cleric. excom.* quorum postea sunt publicanda nomina. *c. cura sit. c. 11. q. 5.*

 Exem-

Exemplo ſumto à veteri Eccleſiâ, in quâ excommunicatorum nomina publicè in triviis & propylæis deſcribebantur, ut in excommunicatione Polycratis, & aliorum Epiſcoporum Aſiæ apud Euſebium *lib* 5. *c*.25. vel voce Præconis, quod fecit Cornelius Papa contra Novatum apud eundem *lib*.6. *c*.43. In concilio Antiocheno Paulus Samoſatenſis Epiſcopus proclamatus fuit ἀποσυνάγωγος. Diverſum morem refert Nicephorus *lib*. 4. *c*. 38. ut diebus dominicis clericorum omnium nominibus pro ambone à Diacono recitatis, ſegregatorum nulla fieret mentio, ut qui indigni haberentur, quorum Eccleſia mentionem faceret, & ut eo ſilentio ab omnibus agnoſcerentur, ut refert *D. Auguſtinus epiſt*. 128. Rurſum in ſolenni excommunicatione debent XII. ſacerdotes circumſtare epiſcopum, candelas ardentes manibus tenentes quas in concluſione anathematis in terram projicientes pedibus conculcare oportet. *c.debent.c*.11. *q*. 3. *& in epiſtolâ Innocentii III*. 137. *&* 147. *lib*.1. in quâ Monachis S. Mariæ Virziliacenſis candelis accenſis ex communicare concedit.

IX. Fertur ſententia excommunicationis purè & de præſenti, poteſt & ferri ſub conditione, veluti niſi Sempronius ſatisfecerit intra XX. dies, te excommunicatum vel ſuſpenſum eſſe cognoſcas, quæ non niſi adveniente conditione ſortitur effectum *c.præterea requiſiti*.40.*d. Appell.lib*.2.*tit*. 28. quæ tamen ſententia, quia ſuſpenditur, utque ad implementum conditionis, interim appellatione interpoſitâ ipſa etiam interim pendet, quod non accidit in excommunicatione purè factâ, quæ non ſuſpenditur per appellationem.

X. Et hæc quidem de jure excommunicationis ſufficere poterant, ex quibus excommunicationis injuria facile apparebat. Primò Papa non erat Judex immediatè competens neque ratione diœceſeos ei Lutherus, neque ex loco delicti ſubjectus, ſed Magdeburgenſi Archiepiſcopo. Jam verò ab

Papa, judex incompetens.

rò ab antiquo obtinuit, Nicænâque synodo constitutum est, ut negocia Ecclesiastica in suis quæque provinciis terminarentur, ut testatur *Adrianus I. Papa, tom. 3. concil. edit. Colon.* qui canone 12. *Prudentissimè*, inquit, *justissimeq́ Nicæna seu Africana decreta definierunt, quæcunq́ negotia in suis locis, ubi orta fuerint, finienda.* Sardicensis Synodus, *c. 7. tom. I. conc.* in quam pleraque capitula ex Nicænis translata esse patet ex Decretis Gratiani *c. 20. dist. 16.* & notat ibi glossa, provocationem quidem ad Pontificem admittit, sed ita, ut det Judices eos, qui in proximâ sunt provinciâ, vel ut à latere suo aliquos mittat. Tantum igitur abest, ut Lutherus in primâ instantiâ causam dicere debuisset Romæ, ut nec Episcopus ipse ibi cogatur in appellationis instantiâ se sistere, sed siquidem jam omnes judicassent, qui in eâdem provinciâ, tum è proximâ judicem dare possit Pontifex, vel si ita visum, Presbyterum à latere eò destinet. Quanquam hoc postremum, de mittendis à latere Presbyteris, concilium Africanum non admiserit, ut liquet ex epistolâ ejus ad Cælestinum Papam *tom. I. concili. Vt aliqui*, inquit, *tanquam à tuæ Sanctitatis latere mittantur, nullâ invenimus Patrum synodo constitutum.* Sic quoque in Stephani II. Epistolâ dicitur: *Omnis accusatio intra provinciam audiatur, & à comprovincialibus terminetur, nisi ad Apostolicam sedem fuerit appellatum.* Cum Johannes VIII. Presbyteris quibusdam in Galliâ damnatis rescripta apostolica dedisset, quibus Episcopi quidam Galliæ Romam evocarentur, rescripsit Pontifici Karolus Calvus, Rex Galliæ: *Epistolas sacris regulis obvias, nec autoritate apostolicâ fuisse missas, sed compilatas quorumcunq́ vafritiâ credimus. Non enim sibi sedes Apostolica potest esse diversa aut contraria.* Ivo Carnotensis, cum ab Abbate majoris Monasterii ad sedem Apostolicam esset delatus, querimoniam suam exposuit apud synodum provincialem de turbato judicario ordine *Epist. 35. & 262.* Maximum,

Evocatio ex diœcesi canonibus vetita.

mum, Episcopum Valentinum, Romæ de variis criminibus, etiam hæreseos delatum, ad Episcopos Galliæ remissum docet *Gratianus C. decernimus. c.* 3. *q.* 3. Vide *tom.* 1. *Conc. inter Bonifacii decretales Epist.* 2. Et sexcenta exempla alia, in decretalibus Pontificum occurrentia. Hinc etiam Innocentius in concilio Lateranensi *c. nonnulli.* 28. *X. de rescript.* constituit, ne in iis causis, quæ evocationem admittunt, quis ultra duas diætas extra suam diœcesin per literas apostolicas ad judicium trahi possit, ne reus fatigatus laboribus & expensis liti cedere vel importunitatem actoris redimere compellatur. Id deinde Bonifacius VIII. *c. statutum. de Rescr. in* 6. ad unam diætam restrinxit. Concilium Basileense *sess.* 31. decrevit, ut in omnibus instantiis terminarentur causæ in ipsis provinciis, quæ quatuor diætis ab urbe distarent. Quid Fabianus Papa Hilario Episcopo scripsit, quid Stephanus ad Episcopos omnes, quid Sixtus, Pontifices vide *apud Gratianum caus.* 3. *q.* 6.

Itemque Iure Iustinianeo.

XI. Quod canonibus & decretalibus, idem & jure Justinianeo cautum, quas leges seculi eo magis observari oportebat, quo Eusebius Papa nullas accusationes à judicibus Ecclesiasticis audiri sanciat, quæ legibus seculi prohibeantur. *c.* 5. *caus.* 3. *q.* 6. Adde *c.* 8. *caus.* 3. *q.* 5 & Ivo Carnotensis *Epist.* 280. Novellas Justiniani ab Ecclesiâ Romanâ comendari & servari testatur Gregorius *lib.* 11. *Ep.* 54. Johannem defensorem abeuntem in Hispaniam, ut ex auctoritate Novellæ Justinianeæ 123. de negocio Episcoporum & Sacerdotum cognoscat, instruit. Jam verò non tantum *Codice ubi de crim. agi oport.* constituitur, crimina ubi admissa sunt, in judicium deducenda esse: Sed & singularem ei rei *Novellam* 69. dedit. Vide defensorem Belgarum contra peregrina judicia & receptionem Bullæ Innocentij X. adversus Cornelium Jansenium Episcopum Iprensem, ubi prolixè & accuratè hoc argumentum pertractatur. Et hoc nimium erat & quod Fridericus

Elector

Elector Marino Caracciolo Pontificis nuncio & Hieronymo Aleandro responsi dabat per Consiliarios suos, ita agendam causam, ut æquis, piis & non suspectis judicibus, sub fide publicâ, locis non iniquis commissa audiatur. Nec Lutheri libri ipso neque audito, neque convicto comburerentur. Nam ubi Lutherus argumentis, doctis rationibus, piis & solidis scripturis revictus esset, Principem eum non laturum. Vide responsum Friderici Electoris *tom.2. Witeb.fol.* 112.*b.* Sic & Academia Witebergensis ad Karolum Milticium scripsit, apud Pontificem perficiat, ut ei non Romæ, sed in Germaniâ decernantur Judices non suspecti. *Sleid.lib.*1. Eò quoque tendit ejusdem Friderici Electoris ad Cajetanum responsio *tom.I. Ien.f.*136. Ut Lutherum Romæ sistat, vel è finibus exterminet, id sibi non esse integrum, quod illius error nondum sit commonstratus, & paratus sit ipse in loco non suspecto disputationem subire. *Sleid.d.l.*

XII. Deinde neque auditus Lutherus satis, multò minus legitimè fuit erroris aut scandali convictus. Etsi enim interventu Friderici Electoris, ut Augustæ coram Cajetano causam diceret, effectum fuit, de causâ tamen tantum abest, Cajetanus ut cognoverit, ut nihil aliud quàm ut ad sanitatem rediret, & palinodiam caneret, Lutherus actũ fuerit. *Sleid.lib.*1.*an.*18. Sanè conatur hoc Pontifex Hadrianus in mandatis Legato ad comitia Noribergensia datis diluere. Ita enim habent verba Instructionis ap. Gold. *si quis forte dixerit, Lutherum inauditum & indefensum fuisse per sedem Apostolicam condemnatum, & propterea audiri omninò debere, nec antequam convictus sit, condemnandum esse: Respondebis, quod illa, quæ fidei sunt, propter divinam auctoritatem credenda sunt, non probanda.* Aufer (*inquit Ambrosius*) argumenta, ubi fides quæritur: piscatoribus creditur, non dialecticis. *Et certè fatemur, ei defensionem negari non debere, in his quæ sunt facti: hoc est, utrum dixerit nec*

 ne: u-

ne: utrum prædicaverit, vel ſcripſerit, nec ne: ſuper divino jure verò & materia ſacramentorum ſtandum auctoritati Sanctorum & Eccleſiæ. Adde, quòd ferè omnia, in quibus Lutherus ab aliis diſſentit, ſunt per diverſa concilia priùs reprobata. Non debet autem revocari in dubium, quod per Concilia generalia & univerſam Eccleſiam conſtat eſſe approbatum, tanquam fide tenendum. Injuriam namque facit Eccleſiæ Synodo, qui ſemel rectè diſpoſita nititur in dubium revocare. Quid enim unquam certi eſſe poterit inter homines? vel quis diſputationum contentionumque finis erit, ſi præſumptuoſo & perverſo cuique libertas ſeu licentia erit recedendi ab his, quæ non unius neq; paucorum, ſed tot ſeculorum, & tot ſapientiſſimorum hominum conſenſu, & Catholicæ Eccleſiæ (quam Deus in his quæ fidei ſunt, nunquam errare permittit) determinatione ſancita ſunt: cum tamen unaquæq; civitas leges ſuas inviolabiliter obſervari exigat? Quomodo non omnia turbationibus & ſcandalis & confuſione plena erunt, niſi ea, quæ ſemel, imò ſæpiùs maturo judicio conſtituta, ab omnibus inconcuſsè obſerventur? Cùm igitur Lutherus & ſui, Concilia Sanctorum Patrum condemnent, ſacros Canones comburant, & cuncta pro arbitrio ſuo confundant, ac totum mundum perturbent: manifeſtum eſt eos tanquam publicæ pacis inimicos & perturbatores, ab omnibus ejusdem pacis amatoribus exterminandos eſſe. Porrò in excommunicationis formâ non parum deſiderabant homines rerum intelligentes, & quidem quod Pontifex rem, ſacræ ſcripturæ idiomate tractandam ſtylo forenſi explicuiſſet, idque periodis adeò intricatis & prolixis, ut arduum videretur, commodum inde ſenſum elicere, quaſi de causâ feudal. ferenda eſſet ſentẽtia, inquit P. Servita *lib. 1. hiſt. conc. Trid.* Nominatim verò in eâ clauſulâ: *Inhibentes omnibus ne præfatos errores &c.* tanta prolixitas obſervabatur, ut inter, *inhibentes*, &, *præſumant*, ſupra 400. ad minimum verba interjicerentur. Deinde conſideratione dignum videbatur, quod 41. poſitionibus propoſitis,

Excommunicatio vitioſa.

ſitis, damnatisque tanquam hæreticis, ſcandaloſis, falſis, offenſivis piarum aurium, & ſimplicium mentium ſeductivis, neque explicatio, quæ eſſent hæreticæ, quæ ſcandaloſæ, quæ falſæ, ſed adjectione dictionis, *reſpectivè*, attributa ſingulis incertâ qualitate, major quàm antea reſtaret difficultas, quod cauſam magis reddebat dubiam atque controverſam! ſed hoc quoque novum & inſolens contraque canones & praxin Eccleſiæ veteris, tot poſitiones, de diverſis fidei capitibus Romæ determinatas de ſolo Purpuratorum Patrum, aliorumque Aulicorum conſilio, non advocatis Epiſcoporum, Academicorum, & eruditorum in cæterâ Europâ virorum ſuffragiis. *P. Servita d. lib.* 1. *p. m.* 14. Hinc Lutherus adverſus execrabilem Bullam, ut appellat, *tom.* 2. *Witeb. fol.* 95. *b. Bulla*, inquit, *iſta inclyta hanc Eccleſiam catholicam facit, quosdam fratres reverendiſſimos Cardinales, Priores ordinum regularium, Magiſtros Theologiæ & Doctores juris. Quorum conſilio ſe natam gloriatur, ſcilicet novam prolem univerſalis Eccleſiæ.* Ipſe in appellationis inſtrumento quomodo impugnet Lutherus decretum Bullæ, ſuis verbis dicam, *ut habentur tom.* 2. *Witeberg. fol.* 52.

APPELLATIO B. MARTINI LUTH.

Poſtquam autem prædictus Leo X. in impia ſua tyrannide induratus perſeverat, & in tantum creſcit, ut me quadam Bulla, ut fertur, neque vocatum, neque auditum, neque convictum in Libellis meis, damnarit. Ad hæc concilium Eccleſiaſticum eſſe in rerum natura neget, fugiat & vituperet, tanquam infidelis & apoſtata, ſuamq; tyrannidem illius poteſtati impiiſſime præferat, jubeatq; impudentiſſime, ut abnegem fidem Chriſti in ſacramentis percipiendis neceſſariam, atque ut nihil omittat, quod Antichriſtum referat, ſacram Scripturam ſibi ſubjiciat, & conculcet incredibili blaſphemia, ſimq; his intolerabilibus gravaminibus graviſſimè læſus.

Ego prædictus Martinus omnibus & ſingulis in Domino

notum facio, me adhuc niti & inhærere appellationi factæ & prædictæ, eamq; legitimè coram Notario & fide dignis testibus innovavi, & his scriptis in novo, & innovatam pronuncio, & in virtute ejusdem adhuc persevero, appellans & Apostolos petens jure & modo, quibus fieri potest & debet, melioribus, coram vobis domino Notario publico, & authentica persona, & his testibus ad futurum concilium à prædicto Leone.

Primùm, tanquam ab iniquo, temerario, tyrannicoque judice, in hoc, quod me non convictum nec ostensis causis aut informationibus mera potestate judicat. Secundò tanquam ab erroneo, indurato, per Scripturas sacras damnato, hæretico & Apostata, in hoc, quod mihi mandat fidem catholicam in sacramentis necessariam abnegare. Tertiò tanquam ab hoste, adversario, Antichristo, oppressore totius sacræ Scripturæ, in hoc, quod propriis, meris, nudisque verbis suis agit, contra verba divinæ Scripturæ sibi adducta. Quartò, tanquam à blasphemo, superbo contemptore sanctæ Ecclesiæ Dei, & legitimi concilii, in hoc, quod præsumit & mentitur, concilium nihil esse in rerum natura, quasi ignoret etiam, si non sit actu congregatum, tamen esse personas in Ecclesia, nonnihil in rerum natura imò dominos & judices omnium, qui ad concilium pertinent pro tempore congregandum. Neque enim ideò Imperium aut Senatus nihil est, quia Imperator cum Principibus aut Senatores non sunt congregati, quorum interest congregari, sicut hic insigniter & crassè delirat Leo cum suis Leunculis.

Horum omnium rationem reddere paratus, offero me pro loco & tempore, ad comparendum & standum & audiendum, quis contradicat mihi.

Quocirca oro suppliciter Serenissimum, illustrissimos, inclytos, generosos, nobiles, strenuos, prudentes viros & Dominos, Carolum Imperatorem, Electores Imperii, Principes,

Comi-

Comites, Barones, Nobiles, Senatores, & quidquid eſt Chriſtiani Magiſtratus totius Germaniæ, velint pro redimenda catholica veritate & gloria Dei, pro fide & Eccleſia Chriſti, pro libertate & jure legitimi concilii, mihi meæq́; appellationi adhærere, Papæ incredibilem inſaniam averſari, tyrannidi ejus impiiſſimæ reſiſtere, aut ſaltem quieſcere, & Bullæ ejusmodi executionem omittere & differre, donec legitimè vocatus, per æquos judices auditus, & ſcripturis dignisq́ue documentis convictus fuero. In quo ſine dubio Chriſto rem facient, in die noviſſima cumulatiſſimâ gratiâ remunerandam. Quod ſi qui hanc meam petitionem contemnentes, pergant, & Papæ, impio homini, plus quàm Deo obediant, volo his ſcriptis me excuſatum coram omnibus, & uniuscujusq́ue conſcientiam hac fideli fraternaq́ue monitione requiſitam, obſtrictam ſuoq́; onere gravatam habere, & judicio extremo Dei ſuper eum locum dare. Dixi.

Lutherus neque hæreticus neq; ſchismaticus.

XIII. Liquet ergo Lutherum hæreſeos neque legitimè convictum, neque convinci potuiſſe. Deſcribit hæreticum *Auguſtin. de utilitate credendi, c.* 1. *unde can.* 27. *c.* 24. *q.* 3. quod ſit, qui alicujus temporalis commodi, & maximè gloriæ principatusq́ue ſui gratiâ falſas ac novas opiniones gignit, vel ſequitur. *Et c.* 31. *c. & q. ead.* Qui in Eccleſiâ morbidum aliquid pravumq́ue ſapiunt, ſi correpti, ut ſanum rectumq́ue ſapiant, reſiſtunt contumaciter, ſuaque peſtifera, & mortifera dogmata emendare nolunt, ſed defendere perſiſtunt, hæretici fiunt. Jam verò ſupra refutavimus, qui Lutherum ex quibuscunque cauſis, quàm ob redarguendos errores, aliis, in papatum ſurrexiſſe criminantur. Erroris autem ipſe non potuit convinci, neque in hunc diem ex ſcripturis ſacris eſt convictus. Non itaque *per d. can.* 31. hæreticus fuit Lutherus. Negamus enim & pernegamus hunc eſſe hæreticum, qui transgreditur præcepta ſedis Apoſtolicæ, qualem *can. nulli diſtinct.* 19, & ibi gloſſa,

De jure canonico.

verb.proſtratus, finiunt. Vel, qui aliter docet atque Romana Eccleſia, quemadmodum vult *Lucius M. Papa.c ad abolendum, X.de hæret.& gl.in d.c.nulli diſt.*19. Neque enim Romana Eccleſia norma credendorum, ſed ſcriptura ſacra eſt. *can. 26. in fine c. 24. c. Quotquot enim ſuper hunc canonem incedent, ſuper illos pax & miſericordia & ſuper Iſrael Dei. Apoſt. ad Gal. 6, 16. Et concives ſanctorum, atque domeſtici Dei ſuperſtructi ſunt ſuper fundamentum Apoſtolorum ac Prophetarum, ſummo angulari lapide ipſo Ieſu Chriſto, Eph. 2. v. 20. can. ult. diſ.* 8. Quod verò Lutherus ex ſcripturâ ſacrâ refutari nequeat ipſe Eccius olim Duci Wilhelmo Bavariæ confeſſus eſt, & provocat hoc nomine ad ipſam Pontificiorum conſcientiam *Lutherus tom. V. Ienenſ.*

Neque de jure civili.

XIV. Jure civili, qui verſantur in tali religione, quam D. Petrum Apoſtolum tradidiſſe Romanis religio usque adhuc ab ipſo inſinuata declarat, quamque Pontificem Damaſum ſequi claret, & Petrum Alexandriæ Epiſcopum, virum Apoſtolicæ ſanctitatis, *& quæ ſequuntur in l.* 1. *C. de ſum. Trin. & fid. cath.* illi Chriſtianorum catholicorum nomen debent amplecti, reliqui hæretici dogmatis infamiam ſuſtineant. Jam verò Lutherum aliam, quàm à Divo Petro Romanis traditam, ſecutum fuiſſe religionem, nondum demonſtratum eſt, & contrarium loquitur Auguſtana confeſſio. Quæ verò eſt religio D. Petri Romanis tradita? Quæ eſt, quam Pontificem Damaſum ſequi claret? Certè Petrus Romanis aliam non tradidit, quàm ſcriptis propheticis & apoſtolicis contentam. Eſt enim doctrina Chriſtiana tota ſibi per omnia conſentiens, ut ſi vel Angelus de cœlo aliud docuerit, anathema ſit. Unde verò claret Damaſum religionem hanc à Petro traditam ſecutum, niſi quod religio & doctrina Pontificis Damaſi, collata ad normam ſacrarum literarum, deprehenſa ſit eidem per omnia & καθόλυ conſentire. Utcunque enim deceſſoris proximi re-

mi religionem intuearis, tamen, nisi ad ipsam à Divo Petro insinuatam religionem perveneris, normam nondum inveneris: Illa ipsa autem à Divo Petro insinuata religio, cum nullo peculiari monumento consignata sit, aliunde, quàm ex sacrarum literarum archetypo peti non potest. *Vide Iust. Mej. ICti tract. contra Scioppi classicum p.m.* 18. *n.* 41. Quod itaque de Damaso, & Petro Alexandriæ dicitur *in d. l.* 1. id non eò fit, quasi norma doctrinæ in iis constituta sit, sed quod doctrina eorum ad normam scripturæ sit explorata, *per l. nemo.* 4. *C. h. t.* ibi. *juxta apostolicas expositiones. l.* 5. *C. de sum. Trin. ib. sequentes sanctor. Apostolorum.* Sunt igitur doctores Ecclesiæ norma non nisi secundaria, cujus rectitudo ad canonem scripturæ est exigenda & probanda. Adde *l.* 2. *C. Theod. ne sanct. bapt. iter.* Et ita si exaudientur *c. null. dist.* 19. *c. ad abolendum X. d. haret.* salva res est.

XV. Nec meliori jure novitatis nota affricatur religioni, quam Lutherus propugnavit. Novatorum enim hæreticorum temeraria innovatio convincitur ex conciliorum & patrum orthodoxorum secundùm sacras literas sentientium consensu, *l. quicunque* 8. *C. de hær.* Jam, quæ antiqua dogmata Pontificii dogmatibus opponunt Lutheri, ceu novis, ea desumta sunt ex seculis à puritate Ecclesiæ verè & γνησίως Apostolicæ, seu Apostolorum, jam deficientibus, quibus opponimus antiquissimam scripturæ sacræ veritatem: *Quæ sola cùm audienda, non moramur, quid aliqui ante nos faciendum putaverint per Can ult. dist* 8. *adde can.* 4. *c. si consuetudinem.* 5. 6. 7. *dist. ead.* Et oppidò insulsum est, quod Dillíngenses *compositione pacis, q.* 2. *n.* 7. cum adjuvis suis Jesuitis, è Lutheri verbis, *tom. I.* W*iteb. solus primò eram, & certè ad tantas res tractandas, ineptissimus & indoctissimus: casu enim, non voluntate, nec studio in has turbas incidi* novitatem religionis, fidiculis pènè extortum eunt. Quomodo enim inde conficies? Lutherus erat solus ad has

Non fuit novator, per can. ult. dist. 8

Dillingensibus frustra cavillantibus.

has res tractandas, nempe reformationis opus: Ergo religio ab eo per reformationem purgata est nova. Quomodo inde? Lutherus non voluntate, non studio, sed casu in has turbas incidit, Ergo doctrina ejus est nova. Hi si discernere doctrinæ ipsius & fidei professionem à personâ profitente didicissent, cautius hîc decidissent. Fides nostra, ejusque professio eadem est, quæ Ecclesiæ tempore Apostolorum fuit, neq; quidquam mutavit circa fidem, quidquid enim hîc novum, falsum est, sed veterem religionem, adulterinis Paparum additamentis infectam, & adeò per ipsos Papas novatam repurgavit. Non magis eorundem Dillingensium terret μορμολύκειον *quæst. III.* Quod pro infallibili signo doctrinæ novæ & hæreticæ à Patribus habitum olim fuerit, si nomen ab auctore habuit. *Vide l.6. C. de hær. & Manich.* Respondemus signum hoc externum qualitatem rei signatæ internam non mutare, & est id ex eorum numero, non quæ fiunt necessariò, sed communiter accidunt. Prius ergò erat, ut demonstrarent internam qualitatem istam, quod doctrina sit erronea, quod *l. 6.* requirit ipsa. Et quid facies Pontificiorum Franciscanis, Dominicanis, Cappucinis, Jesuitis & mille aliis nominibus: Dices non esse nomina adversarum sectarum & religionum, sed unius catholicæ diversos ordines signari. Sed possis κατ' ἄνθρωπον replicare, quod Impp. *in l. 7. C. Theod. de hæret.* rescribunt; quâ eos qui varietate nominum diversorum, velut religiosæ professionis officia mentiuntur, sub censum hæreticorum reducunt, adduntque, eos non convenire professione nominum defendi, sed notabiles, atque execrandos haberi scelere sectarum.

Lutherus non fuit schismaticus.

XVI. Sed neque schismatis auctor esse Lutherus convinci potuit. Schisma vocatur distractio Ecclesiæ, tàm per hæreses quàm factiones, quibus christiana caritas, & tranquilitas Ecclesiæ læditur. *can. inter hæresin 26. c. 24. q. 3. c. 33. c. 34. c. ubi sana. 29. c. 24. q.* 1. Hæreseos jam purgavimus eum thes. præc.

Ab

Ab unione verò Ecclesiæ R. sejunctus est Lutherus, non quâ illa verbo Dei & canoni scripturæ convenienter credit, sed quâ Pontificem R. supra hunc canonem tollit, & ostensam veritatem non vult amplecti. Quid, quod Lutherus Ecclesiam non deseruit: sed Pontifex Leo X. anathematismis suis & tyrannide eum ejecit. Neque mutuæ caritatis respectu fuit Lutherus schismaticus. Caritatis enim mutuæ exercitium præsupponit caritatem Christi, cui debet esse subordinata. Errores arguere, non est tranquillitatem Ecclesiæ & caritatem dissolvere. Non magis apostasiæ insimulari Lutherus debuit, quod monachatum deseruerit. Deseruit enim ordinationem non divinam, sed humanam, tertio demum seculo natam. *Bellarm. 2. de Monach. 3.* impiam insuper & blasphemam, dum votum monachatus voto baptismi æquiparat. Talem verò ordinem deserere non est apostaticum, sed Christianum. *In malis promissis rescinde fidem; in turpi voto muta decretum, quod incautè vovisti, ne facias, jubet can. 5. c. 22 q. 4.*

XVII. Quod attinet proscriptionem imperialem & ut Germanicè appellatur, die Reichs Acht/ describitur à nostratibus, judicialis censura, quâ violatoribus pacis publicæ aquâ & igni interdicitur, ita, ut à nemine in clientelam recipi, tàm verò in rebus, quàm in personâ ab omnibus impunè offendi queant. *Ex. Ord. Cam. p. 2. lib. 9 Gail. de pac. publ. 2. c. 1. n. 20. Schönborn. polit. 4. c. 8. Besold. Thesaur. pract. in voce,* Bann/ Kayserl. Acht. *Webner. obs. pract. voce,* Acht. *Dn. Carpz. prax. crim. p: 3. q. 140. n. 18.* Hoc proscribendi jus soli Cæsari vel Regi Romanorum & Cameræ Imperiali competit. *arg. l. 1. §. 3. ff. de leg. 3. Webn. d. loc. Geil. 1. PP. c. 11. n 3.* in omnes imperio subjectos, tam seculares, quàm Ecclesiasticos, qui ratione dignitatis, regularium & feudorum Imperialium immediatè Cæsari & Imperio subjecti, vel pacem publicam violant aut turbant, vel adversus Imperium contumaces sunt. *Ott. Meland. comm.* *Proscriptio Imperialis quid?*

 Cam.

Cam.p.2.tit. von Proceß der Acht. *concl.91.p.440.* Hæc enim contumacia quia in contemtum ſupremi Principis vergit, merito ejus pœna atrocibus delictorum pœnis æquiparatur. *Ioh.Gœd.2.conſ Marpurg.28.n.139. Dn.Carpz.pr.crim.p.3.q.140. n.23.* Et ideò contra Eccleſiaſticum Imperii ſtatum, pacem publicam manu militari turbantem citatio ſuper fractâ pace à Cameralibus decernitur: Differente tamen condemnationis modo. Adverſus enim ſeculares ſub dio, adverſus Eccleſiaſticos in ipſo Conſiſtorio, judice ſedente pro tribunali ſententia pronunciatur. Nec ordinaria pœna banni infligitur, ſed regalia & privilegia Imperii adimuntur, quia Imperatori non competit jurisdictio amplius in perſonas ipſas clericorum, ſed in feuda duntaxat eorum regalia & beneficia ſecularia. Quemadmodum nec in fœminas confecta banni ſententia fertur, ſed quâdam ſimilitudine Eccleſiaſticarum perſonarum bonis omnibus, beneficijs, favoribus atque privilegijs juris communis & municipalis privantur. *Geil. 1.P.P.c.1. n.36. Mynſ.5.O.58.n.7.*

XVIII. Requiritur itaque ſententia declaratoria, *Geil. 2.P.P.3.n 1.& 8* Et in atrocioribus quidem & manifeſtis delictis banni declaratio absque proceſſu judiciario fit, præconibus bannum publicè proclamantibus, ſonantibus tubis, *Geil. d.l.n.24.* forma ſententiæ hæc ferè eſſe ſolet: Nach dem Beklagte auß Urſachen dem Landfrieden zuwider gehandelt/ derhalben denunciiren und erklären wir dieſelbe als offenbare ächter in der Kayſ. Maj. und des Heil. Reichs Acht. Setzen ſie auß dem Frieden in den Unfrieden/ und erlauben ihr Leib/ Haab und Güter jedermänniglich. V.R.W. Quâ ſententiâ latâ ſequitur exſecutio. Reus enim amittit omnia civium R. jura *And. Kohl. de ſervit feud.p.2.n.60.* ut nec teſtamentum condere. *Dauth.de teſtam.tit.qui teſt.fac.poſſ.n.211.* nec ſuccedere ab inteſtato poſſit. *l.1.C.de her.inſt ubi Sichard.n.7.& 17.* In judicio conſi-

consistere nequit. *P. Theodor. ICtus & Antecessor Salanus celeberrimus à sp. crim. ult. B. 4. lit. a.* Et ex toto orbe Christiano bannitus censetur. R. A. zu Erfurt 1567. §. wir wollen auch. Obligatio, quæ ad juris civilis vincula pertinet, in eos non cadit, adeò, ut justitia eis administrari non debeat, & sententia pro ipsis lata nulla sit *Mart. Mag. de advoc. arm. c. 8. n.* 108. Actor enim immittitur in bona banniti. *Geil. 2. P. P. 17. n. 2.* Hisque mandatur exsecutio, sub quorum jurisdictione bona sita sunt, qui, si nolint exsequi, mandatis pœnalibus coërcentur. *Geil. d. loc. n. 25.* Prefectis etiam circulorum res committitur. *Geil. 16 n. 28 Schönborn. d. loc.* Receptatores eorum eadem quos ipsos pœna tenet, ex constitutione Sigismundi Posonii edita *ap. Goldast. Constit. Imp. tom. 3. fol. 430. art. 39.* Nisi quis ignoranter in protectionem eos recipiat. Quamvis enim in facto publico ignorantia neminem excuset, *l. si tutor. in gl. ff. de per. tut. Hippol. de Marsil. in l. qui ignorans. n. 23. ff. ad L. Corn. de Sicar.* ubi dicit, allegantem ignorantiam facti publici esse in dolo præsumto, & in latâ culpâ, & ideò eum non audiendum, cùm paria sint scire, & scire teneri. *text. in l. quod te. ff. si cert. pet.* Unde ignorantia constitutionis per loca ejusdem publicatæ non est tolerabilis. *c. 1. dist. 16. c. quod dictu de I. & F. ign. c. 1. de post. Pralat. c. cum in tua. X. qui matr. acc. poss.* At verò bannum Imperij publicâ solennitate sub dio in magnâ hominum frequentiâ irrogatur, & denunciatione factâ per Imperium publicis edictis proscribitur. Facit *l. sed et si. §. de quo & §. proscribere. ff. de Inst. act.* Tamen quia ignorantia regulariter à delicto & pœnâ excusat, quia ignorans non contemnit constitutiones Imperii. *l. si quis ignorans. ff. locat. glos. in l. 1. verb. latrones. ff. de Receptat.* Et receptatio est de naturâ boni, jurisque naturalis, quod cognationem constituit inter homines. *l. ut vim. ins. ff. de I. & I.* Ideò excusat à dolo. *Vide Mager. à Schönberg de Advoc. arm. c. 8. n. 134.*

XIX. Lutherus Wormatiam evocatus auditur ibi. Literæ Imperatoris Karoli ita habent: Karolus V. Dei gratiâ, Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus &c. *Honorabilis, dilecte, devote: Quoniam nos & Sacri Imperii Status, nunc hic congregati propoſuimus & concluſimus, propter doctrinam & libros aliquamdiu hactenus abs te editos ſcrutinium de te ſumere, dedimus tibi ad veniendum huc, & iterum hinc ad tuam ſecuram tuitionem, noſtram & Imperii liberam directam ſecuritatem, & conductum, quem tibi circa hac mittimus; deſiderantes, ut velis te ſtatim accingere itineri, ita, ut intra viginti unum dies in hujusmodi conductu noſtro nominatis omnibus modis hic apud nos ſis, & non domi maneas. Neque ullam vel violentiam vel injuriam timeas. Volumus enim te in præfato noſtro conductu firmiter manutenere, & nobis perſuadere te venturum. In hoc namque facies noſtram ſeveram ſententiam. Datum Wormatiæ, die VI. Martij, Anno Domini* 1521. *regnorum noſtrorum Romani tertio &c. Ad mandatum Dn. Imperatoris propriâ manu ſubſcripſit Albertus Cardinalis, Mogunt. Archi-Cancell. Honorabili noſtro dilecto, devoto Doctori Martino Luthero, Auguſtiniani Ordinis.* Acta cum eo habentur *tom. 1. & 2. Ien. & apud Sleidanum lib. 3.* Breviter recenſet ipſe Lutherus epiſtolâ ad Lucam Kranach, pictorem Witebergenſem: Lieber Gevatter Lucas &c. man hat ſich meiner Zukunfft zu Wormbs nicht verſehen / und wie mir das Geleyte gehalten iſt / wiſſet ihr alle wohl / auß dem Gebott das mir entgegen kam. Ich meynte Kayſ. Majeſt. ſolt ein Doctor oder 50. haben verſamblet / und den Münch redlich überwunden / ſo iſt nichts mehr hier gehandelt / denn ſo viel: Sind die Bücher dein? Ja. Wiltu ſie widerruffen? Nein. So heb dich. Sententiam autem edicti præſcriptionis exprimit *Sleidan. lib. 3.* quo Lutherus ut auctor ſchiſmatis, atque manifeſtarius & pertinax hæreticus damnatur. Mandaturque omnibus, gravi pœna denunciatâ, ut pro tali agnoſcant, & poſt XXI. dies,

quos

quos ad reditum concesserat Luthero, quisque det operam, ut illum capiat, captum in potestatem Cæsaris perducat. Eos verò qui quocunque modo faveant, aut operam ei suam communicent, æquè proscribit, libros aboleri jubet, & librarijs in posterum gravem constituit pœnam. Habetur hoc edictum *tom. I. Const. Goldasti, ex versione Cochlei. & tom. 2. fol.* 143. *ex ipsius Lutheri translatione, quæ exstat tom.* 2. *Witeb. hac inscriptione.* Duo contraria & inter se pugnantia edicta. *fol.* 446. sed de hac proscriptione ita Sleidanus, sub anno 1521. *Ajunt edictum hoc à paucis aliquot fuisse conflatum. Nam ex Electoribus nonnulli fatentur, non se fuisse conscios, ut suo loco de Coloniensi dicetur. Moguntinus, qui Cancellarius Imperii est multum in his rebus potest. Utcunq; sit, eâ latâ sententiâ permagnam Cæsar iniit gratiam, ita quidem, ut à Gallis abalienato prorsus animo fœdus cum eo Pontifex iniret.* Thuanus autem ita scribit: *lib.* 1. *Cum Leo Lutherum sacris interdixisset, & inaugurationem Karoli in Regem Romanorum contra clausulam, quâ Reges Neapolitani in fidem à Pontificibus R. accipiuntur, approbasset, primis comitiis, quæ novus Cæsar anno sequenti Wormatiæ habuit, ut Leonis gratiam aucuparetur, Lutherum item proscripsit, & inito cum Pontifice fœdere de Gallis Insubriâ expellendis consilium cepit.*

Lutheri causa Norībergæ non improbata.

XX. Sed neque Papale fulmen penetravit, neque Proscriptio Cæsarea exsecutioni data fuit. Hujus rei causam Legato Pontificis reddunt Imperij Ordines Noribergæ, anno 1527. in comitijs, unde facilè apparet, Lutheri causam in hisce comitijs non fuisse improbatam. Præerat his Cæsaris nomine ad hanc rem Legatus Fridericus, Comes Palatinus, ut habet subscriptio decreti Noribergensis, quæ exstat *tom. I. Witeb. f.* 387. At in responsione Oratori Pontificis datâ nominatur Locum-tenens Ferdinandus, Cæsaris frater, *apud Goldast. tom.* 1. *Constit. Imp. fol.* 452. Misit eò Legatum suum Franciscum Cheregatum, Episcopum Aprutiensem Pontifex

 fex

fex nuper creatus, Adrianus VI. (*de cujus origine & fortunâ vide Sleidan. lib. 3 Onuphr. in vitâ Hadriani VI.*) Summa Pontificiæ postulationis erat, ut Luthero resisteretur. Totum argumentum fideliter Sleidanus historiæ suæ inseruit, cui satis auctoritatis conciliat testimonio suo Joh. Cochlæus *de act. & script. Lutheri, anno* 1523. Et habentur brevia hæc Apostolica *tom. I. Witeb. fol.* 382. *Et apud Goldast. tom. I. constit. Imp fol.* 447. *& seqq. Item tom.* 2. *Ienens. Luth. fol.* 567. Acta verò Ordinum Imperii cum Pontifice integra *apud Hordled.* **B.U.** *lib.* 1. *c.* 1. *germanicè, Latinè verò apud Goldast. tom.* 1. *constit. fol.* 448. *& seqq.* Sed videamus quid fuerit causæ, cur noluerint proscriptionem Cæsaris Ordines exsecutioni dare. Ita eam exprimunt *d. loc. apud Goldast. fol.* 453 *n.* 5. *sed quod sedis apostolicæ sententia in Lutherum lata, simulq́; sacra Cæsareæ Majestatis edictum non sit debita exsecutioni demandatum, non sine maximis, urgentissimisq́; rationibus, utputa, nec majora inde caussarentur, hactenus prætermissum est. Majori namque populi parti jam pridem persuasum est, & modò Lutheranis libris ac dogmatibus populorum opinio sic informata, ut jam pro comperto habeant, nationi Germanicæ à curiâ Romanâ per certos abusus, multa & magna gravamina & incommoda illata esse: ob id, si pro exsecutione Apostolicæ sedis sententiæ, vel Imperatoriæ Majestatis edicti, quidpiam acerbius attentatum esset, mox popularis multitudo sibi hanc suspicionem animo concepisset, ac si talia fierent pro evertendâ evangelicâ veritate, ac sustinendis manuque tenendis malis abusibus, impietatibusque. Vnde indubiè aliud nihil, quàm gravissimi tumultus populares intestinaq́; bella speranda essent, quemadmodum ex multis & variis rerum argumentis Principes aliique Ordines tàm planè didicere atque cognovere. Oportunioribus itaque remediis his malis, in hac potissimum temporum difficultate succurrendum esse existimant.*

Decreto Nori- XXI. Secutum denique decretum est, quo sancitum, ne dum

ne dum per liberum concilium in Germania primo quoque tempore celebrandum, controversiæ religionis dirimantur, interim ulli novi ederentur libri. Evangelium purè juxta probatas & ab Ecclesia receptas interpretationes doceretur. Ab Episcopis deligerentur homines idonei, qui concionatores exorbitantes leniter castigent: Sacerdotes, qui uxores ducant, juxta leges pontificias multarentur. Habetur illud *tom. 1. Witeb. p. 385. b. Et apud Goldast. constit. tom. 2. p.* 150. per quod edicto Wormaciensi perspicuè derogatum, & causa Lutherana tantum non probata. Lutherus datis ad Principes literis, decretum hoc Noribergense, quod alii aliter accipiebant, pro se interpretatur. Titulus harum literarum est: *Martinus Lutherus contra calumniatores & falsarios edicti Cæsarei tom. I. Witeb. p. 387. b.* & quamvis Cæsar per literas cum Principibus de istoc decreto iracundius expostulabat, & per legatum prorsus infringere connitebatur. *P. Paulus Servita hist. conc. Trid. lib. 1. p. m.* 37. *Sleid. lib.* 4. remorari tamen hæc omnia Evangelii cursum non potuerunt. *bergensi munita.*

XXII. Post triennium tracta fuit hæc causa ad comitia quoque Spirensia, anno 1526. *Sleid. lib.* 6. in quibus inter ea, quæ ad deliberandum proposita fuere, & hoc fuit: Cæsarem inprimis velle atque mandare, ut Ordines communi consilio decernant, quo modo religio Christiana, & Ecclesiæ vetus atque per manus deducta consuetudo valeat apud omnes, & integra permaneat: Deinde quomodo sint mulctandi, qui contra faciant, & coërcendi, si fortè vim & potentiam opponant, quomodo sint etiam communicanda invicem auxilia, ut & Cæsaris edictum Wormaciense, & hujus etiam conventus decretum servetur ab omnibus, & in executionem veniat. Discessum post arduam deliberationem in hoc decretum est, ad constituendam religionis formam, & retinendam trãquillitatem opus esse legitimo, vel Germaniæ, vel totius orbis concilio, *Spirensi confirmata.*

cilio, cujus intra annum fiat initium, & nequa mora vel impedimentum interveniat, legationem esse mittendam ad Cæsarem, oratum, ut miserum & tumultuosum Imperii statum respiciat, & quamprimum in Germaniam accedat, & concilium procuret. Ad religionem & edictum Wormaciense quod attinet, placuit ut interea, dum concilium aliquod haberetur, ita se gerant in suâ quisque provinciâ, quo facti sui rationem Deo ac Cæsari probare queant. Habentur ista in **Reichs Abschied zu Speyer** *hoc anno* § **und erstlich** *cum seqq*.

XXIII. At quia hęc clausula decreti, (ut verba habent authentica, **mit unsern Unterthanen ein jeglicher in Sachen/ so das** edict, **durch Kays. M. auf den Reichstage zu Wormbs gehaltẽ/ außgangen / belangen mögte / für sich also zu leben / zu regieren und zuhalten / wie ein jeglicher solches gegen GOtt und K. M. hoffet und vertrauet zuverantworten**) infinita & nimis laxa, pręterea se referebat ad edictum Wormaciense, quod causæ Lutheranæ minimè favebat, quippe prohibens circa religionem & ceremonias quidquam novare, ideò in utramq; partem trahebatur. Tamen pro Lutheranis faciebat decretum Noribergense, Wormaciensi posterius de anno 1523. cujus paulò antè facta est mentio. Item Recessus Imp. Noribergæ factus *anno* 1524. §. **und ist darauf** ibi: **daß mitler Zeit das H. Evangelium/ und Gottes Wort nach rechten wahren Verstande/ und Außlegung der von gemeinen Kirchen angenom̃enen Lehren ohn Aufruhr und Ergernüß geprediget und gelehret werde.** Sed & mandata per Imperium publicata, quale ad Comites Mansfeldenses unum exstat *ap. Goldast. tom. 2. Recess. fol* 152. Latinè; Germanicè verò volumine posteriore statutorũ & rescriptorum fol. 78. Et tom. 2. operum Lutheri Jenensi fol. 407. Germanicè, ejusdem sententiæ. Quibus quia disertè non derogatum esset, Lutheranorum causa sat tuta non immeritò credebatur, atq; adeò §. Iste; **und erstlich**/ in recessu Spirensium comitiorum ita

accipie-

accipiebatur, quod jus daret singulis Principibus suo territorio interim legem & ordinem præscribendi, secundum quas viveretur, donec concilium seu generale, seu Nationale haberi posset. Ideoq; Casimirus Marchio-Brandenburgensis pro se & nomine Marchionis Georgii fratris, in conventu Onolsbacensi, anno 1526. sanxit, quid in suo territorio circa religionem servandum foret. Quæ sanctio *ap. Hardl.* V. U. *lib.* 1. *p.* 37. reperitur. Sed hæc interpretatio displicuisse Cęsari, ex recessu Spirensi *anno* 1629. §. und aber derselbe Artickel/ haut obscurè colligitur. Verba ita habent in dicto recessu, So haben wir uns/ samt Churf. Fürsten/ Prælaten/ Grafen und andn Ständen entschlossen/ daß die jenigen/ so bey obgedachten Kays. *edict.* (*Wormaciense innuitur*) biß anhero verblieben/ nun hinführo an auch bey denselben *edict* biß zu dem künfftigen *Concilio* verharren/ und ihre Unterthanen dazu halten sollen und wollen/ und aber bey den andern Ständen/ bey denen die andern Lehre entstanden/ und zum theil ohn mercklich Auffruhr/ beschwerd und gefehrde nicht abgewendet werden mögen: So soll hinfüro alle Neuerung/ biß zukünftigen *concilio*, so viel müglich und menschlich verhütet werden/ und sonderlich sol etliche Lehre/ und Sectē/ so viel die dem hochwürdigen Sacrament des waren Fronleichnams und Blut unsers HErrn JEsu Christi zu gegen bey den Ständen des H. Reichs teutscher *Nation* nicht angenommen/ noch hinfür an zupredigen gestattet oder zugelassen/ deßgleichen sollen die ämpter der H. Meß nicht abgethan/ noch jemands an den Orten/ da die andere Lehre entstanden/ und gehalten wird/ die man zuhören verboten/ verhindert/ noch dazu oder davon gedrungen werden. Hoc paragrapho juri Lutheranis quæsito multis partibus detrahebatur. Ideò Elector Saxoniæ Johannes, Georgius March. Brandb. Ernestus & Franciscus, Duces Brunsuicenses, Philipp. Landgravius Hassiæ, & Wolfgangus Princeps Anhaldinus, quib⁹ se adjunxerunt & civitatum quę- *Et per protestationes.*

dam, quas de nomine citat *Sleid. lib. 6.* publico ſcripto ſeſe huic decreto opponebant, & 19. Aprilis de ſcripto recitant, cur *dicti §i.* juſſione obligati eſſe nollent. Ab hâc publicâ conteſtatione celeberrimum illud proteſtantium nomen accepêre Principes Luth. religioni addicti. Cauſas diſſenſus atq; proteſtationem ipſam in ipſo Principum conſeſſu prolatam prolixè refert *Sleid. lib. 6.* Ipſam proteſtationis formulam, quam ſcriptam ad acta Imperij collocari curarunt Proteſtantes, Saxo poſteà & Landgravius publico diplomate divulgarunt, dignam quæ ab omnibus ſciatur, qui hoc nomine fruuntur: Ita verò habet: Dieweil wir aber befunden/daß E. Liebden (*nempè Ordines illi, qui Receſſui Spirenſi ſubſcripſere*) und ihr auff ihren Fürhaben in dem vermeynen zuverharren / und aber uns / auß fürgetragenen dapffern Urſachen und Beſchwerden / die wir itzt allenthalben wiederum erhohlet und erneuret wollen haben/beydes der Gewiſſen halben/auch daß ſolches E. L. und E. Fürnehmen von wegen obgemelten ſchwebenden Zwieſpalts/zu Erhaltung Friedens und Einigkeit in mitlerweil des *Concilii* nicht dienſtlich noch keines weges fügen/noch zuthun ſeyn wil/daß wir darein gehehlen oder willigen ſollen: zu dem wir nach geſtalt des Handels/und bevor über den obberührten nechſten Speyr. Abſchied daſſelbig nicht verpflichtet ſeyn/ſonderlich ohne unſer mit Bewilligung/auß gemelten nechſten alhie zu Speyr gemachten Abſchied zuſchreiten: So bedencken wir/ daß der vielberührten Beſchwerungen halber/unſere hohe und unvermögliche Nothdurft erfodert/wieder angezeigt E. L. und E. als von wegen gemeldē nechſten Abſchieds/nichtig und machtloſe/und unſer auch der unſern und männiglichs halben/unbündig Fürnehmen öffentlich zu proteſtiren / als wir auch hiermit gegenwärtiglich thun/und daß wir aus fürgewenden Urſachen darein nit wiſſen/ können/noch mögen gehehlen: Sondern gemelte E. L. und E. Fürhaben für nichtig und unbündig halten/gegen E. L. und E.

hiemit

hiemit protestiret haben / und wollen uns gleichwol in den Sachen der Religion in mitlerzeit gemeltes Gemeynen / und freyen Christl. concilii oder National-Versamlung / vermittels göttl. Hülf / vermöge und inhalt des berührten nechsten Speyr. Abschieds in unser Oberkeiten / auch bey und mit unsern Unterthanen / und Verwandten / also halten / leben / und regieren / wie wir das gegen Gott dem Allmächtigen / und R. K. M. unser aller gn. Herren getrauen zuverantworte / was auch der geistl. Zins / Renten / Gülten und Zehenden / auch den Frieden belanget / und in vielgemelt. Speyr. Abschied verfast / und außgetruckt ist / wollen wir uns in alle wege auch unverweißlich erzeigen und halten.

XXIV. Pôst appellationis quoq; formulam protestantes concipiunt & edunt, atq; ab omni actione Spirensi, & decreto ibi facto provocant ad Cæsarem, ad futurum generale, vel Germanicæ Nationis legitimum concilium, ad omnes deniq; non suspectos judices, ac simul legationem ad Cæsarem decernunt. Legati erant Joh. Ehingerus, Alexius Frauentraut / & Michaël Cadenus Noribergensis, qui Genuam usq; profecti, de Cæsaris ab Hispanis adventu cognoscunt, ac deinde Septembr. die IX. Placentiæ, per Mercurinum Cattinarium, Henricum Comitem Nassovium, Alexandrum Schvveis, Alfonsum Valdesium Hispanum, viam & aditum sibi faciunt. *Sleid. princ. lib.* 7. vide relationum gestorum à legatis *ap. Hordl.* von Ursachen *lib.* 1. *c.* 7. Admissi autem XIII. Septembris exponunt ordine, quod decretum Imperii, anno tertio ab hinc factum, nuper alio decreto sublatum sit, de quo protestati sunt Saxo & socii. Vide propositionem legatorum *apud Hordl. lib.* 1. *c.* 7. Cùm verò responsio non ex voto secuta esset, sed juberentur potius decreto Spirensi morem gerere Protestantes, tum Legati appellationem tradunt Alexandro Schvveis, quo facto in custodiam liberam dantur, capitis denunciata pœnâ, si pedem è diversorio moveant. *Appellationes.*

DISSERTATIO VII.

DE CAUSA PROTESTATIONIS, APPELLATIONISQ; ORDINUM PROTESTANTIUM, LEGATORUMQ; CUSTODIA.

RESPONDENTE

FRANCISCO SEEBACHIO, Salzâ-Thuringo.

I.

QUo pacto Ordines Proteſtantes in causâ religionis teſtatione factâ exceperint contra decretum Spirenſe, atque inſuper ad Imperatorem provocaverint, à quo Legatis eorum cuſtodia libera poni juſſa, ſupra egimus. Nunc videndum primò, utrum juſtè Proteſtantes excipere contra decretum Spirenſe potuerint, quod per majorem partem ſuffragantium confectum: Deinde quo jure Cæſar legatos detinere potuerit. Quantum ad primum ferè omnium gentium conſenſu probatum eſt, ut pars major habeat rationem integri. *Videatur Franciſc. Vict. de poteſtate civ. n.* 14. *quem allegat. Grot. lib.* 2. *de I. B. c.* 5. *n.*17. Et id *legem curiæ* vocat Symmachus *Epiſt.* 27. *lib.*4. atque inde fluxit elegans illud verbum apud Feſtum. *lib.*12. *Numera Sena-*

Iuſtitia proteſtationis.

Pars major repræſentat totum.

tum

tum, quod objiciebat quivis Senator Consuli, cùm impediebat, quo minus fieret SCtum, numerusque legitimus aberat. Confer. Senecam. *de Beat. Vi. c.* 2. Quintil. *Declam.* 365. Ut de jure civili & Canonico jam non dicamus. Videatur *l. nulli ff. Quod cujusq. univ. nom. tot. tit. X. de his quæ fiunt à maj. part. capit. Item l.* 19. *ff. ad Municip. l. aliud est*, 160. §. *refertur.* 1. *ff. de R. I. l. duo ex tribus.* 39. *ff. de re jud. l. nominationum.* 45. *C. de Decur. Hieron. Schurf. cent.* I. *cons.* 59. *n.* 30. *Carpz. decis.* 82. *A. Fab. Cod. lib.* 1. *tit.* 7. *def.* 2. *n.* 2. In primis autem contra Protestantes stare videbatur Recessus *Imp. Trevir. & Colon. de anno* 1512. §. es sollen auch die Churfürsten: ibi: und was dieselbe / so erschienen seyn / oder der mehre Theil auß ihnen obberührter massen endlich berathschlagen und beschliessen werden / dem soll von allen Ständen gefolget / nachkommen und vollstrecket werden / ohne alle Widerrede und Weigerung. Vide *Rumelin. ad A. B. p.* 2. *diss* 3. *th.* 20. *add. lit. a.* ubi integrum Doctorum citat exercitum. Sed nitebantur Protestantes exceptione, quod in causa religionis pluralitas votorum (ut loquuntur) non habeat locum. Id vult Pontanus, Protestantium orator *apud Sleidan. lib.* 7. Et Landgravius *apud Sleidan. lib.* 17. ad Granvellanum confirmat exemplo Apostolorum & discipulorum Hierosolymæ, quorum pars major cum vellent gentes profanas circumcidi, Petrus tamen & Paulus & Jacobus atque Barnabas contra senserunt, & errore commonstrato jugum legis abrogarunt. Et sic sentit Eberh. à Weihe. *de reg. subsid. c.* 2. *n.* 19. *& c.* 5. *n.* 53. *Arum. vol.* 1. *de I. Pub. p.* 178. *Reinking. l. d.* 5. *c.* 8. *n.* 70.

II. Quæ exceptio vera quidem est, quantum ad fidem internam, quæ cogi non potest ad assentiendum decreto facto ex pluralitate: Nihilominus, ne lites circa doctrinam progrediantur in infinitum, in provinciâ vel regno, statui potest partium probationibus modus, & defensioni terminus, &

Quousq; pluralitas in causa religionis valeat.

 com-

competit Principi poteſtas exequendi decretum, quod poſt legitimum ordinem, & modum diſputando per pluralitatem votorum, ab Eccleſia, quæ profeſſione doctrinæ ſit una & conſentiens, factum eſt. Ideò etſi Magiſtratus ad credendum id, quod plurium ſuffragiis homologatum eſt cogere non poteſt: Cavere tamen poteſt, ne publicè doceatur contra plurium ſententiam, quam ipſe pro verâ habet, quod colligi poteſt ex gradatione, quam Salvator inſtituit à paucioribus ad plures *Matth.* 18. *v.* 15.16.17. *Vide Dn. Hülſem. de Eccl. repraeſ. c.* 18. *Brev. th.* 21. *& in ſuppl. theſ.* 10. Quare hæc exceptio, nudè ita poſita, procul dubio non ſubſiſtet.

III. Quid ergò habendum? Nimirum ut pluralitas ſuffragiorum in cauſa religionis obtineat, requiritur 1. ut hæc ſuffragia fiant ab iis, qui locum judicum obtinent, non partium. 2. Ut ad hoc congregati ſint, ut ſententiam in religione ferant. 3. Ut, qui congregati ſunt, ſint facultate judicandi præditi, ingenio, doctrinâ, eruditione, & induſtriâ inſtructi, quanta maxima ad hoc negocium requiritur. 4. Quod Eccleſia profeſſione doctrinæ ſit una & conſentiens. 5. Ne parti minori per res judicatas, decreta, transactiones, vel pacta jus quæſitum ſit. Jam verò Ordines Imperii uon congregati erant, ut eſſent judices, ſed ut deliberarent: Et habebant ſe Catholici, ut pars. Non ut ſententiâ finirent controverſa dogmata, & pro alterutrâ parte pronunciarent, ſed ut conſultarent de medio lites componendi; Nec Principes in comitiis congregati facultate eâ præditi erant, ut de veritate alterutri partis arbitrarentur, quippe nec habitu adquiſito nec infuſo præditi ad judicandas religionis controverſias. Neque profeſſione doctrinæ conſentientes congregati erant, ſed ex utraque religione, & denique ſuperioribus judicatis & placitis Proteſtantes jure quæſito nitebantur. Hinc factum poſtea, anno 1613. cùm in Comitiis ſummo ſtudio partium hæc quæ-

ſtio a-

stio agitata fuisset, postquam Evangelicorum Protestantium legati ita disputassent, se hoc non minimum gravaminum existimare, Daß sie in allen und jeden / auch den Religion Fr. betreffenden Sachen durch die majora, die der ander Theil in Fürsten Rath ohn zweiflich vor sich hat / und jederzeit nach seinen Willen machen kan / sich dergestalt fährlich binden / und also wol gar von Land und Leuten / und aller ihrer Wolfahrt votiren lassen solten. Und ob zwar in der güldenen Bull der Majorum gedacht wird / so redet doch dieselbe in gewissen Fällen / und hat es der Zeit der Religion halben gar eine andere Beschaffenheit gehabt: Nachdem auch zeithero der Religions-Friede auch vielfältige vorhergangene Tractatus getheidiget und erhandelt / uñ hernacher ins gemein verabschiedet / uñ aufgerichtet worden / so können wider denselben und zu dessen extension oder Einziehung keine Majora gelten: Gestalt sich denn bey dem in A. 1603. vorgewesenen Reichs-Tage / da der punctus justitiæ auch angenommen worden / der ander Theil selbst in denen damahl vorgefallenen den Religions Frieden betreffenden Sachen in Fürsten Rath in kein Votiren einzulassen unterstanden: Sondern derselben Ständen Meynung ex uno ore den Evangelischen Ständen vorgetragen / und eröffnet worden / welches dann so wohl dem Passauischen Vertrag / alß den Reichstages Handlungen / in puncto des Religion Friedens / und also dem Herkommen gemäß ist / und da bey der letzten Reichs-Versamlung ein Wiedriges eingeführet / und behauptet werden wollen / solches im Nahmen aller weltlichen Churfürsten / und der andern Evangelischen Fürsten und Ständ ins gemein zum stärckesten contradiciret und verworffen worden. *Vide Arum. tract. de Comit. c. 7. n. 68.* Cùm, in quam, Protestantes ita disputassent, Catholici ipsi in iisdem Comitiis fassi sunt: Man wuste wohl / daß in Gewissens Sachen die Majora nicht gelten / liessen solche vor / würden Sie wissen / wohin Sie ihren recurs nehmen solte.

Die

Die Catholische Religion und die Augspurgische Confession/ wie auch der Religion Friede seyn auff gütl. Vergleichung zugelassen/ wider dieselben thäten Majora nichts. *Vide Arum. de tract. Comit. c.7. n.74.* Et id postea receptum ita fuit, ut de causis religionem concernentibus in conventu omnium statuum non deliberetur: Sed inter Pontificios, ut plurimum apud Archi-Episc. Salisb. Inter Protestantes itidem peculiari conventu agatur. Et ita Austriacus director in Comitiis Ratisb. 1598. ad status dixit: Sie konten wegen Kays. M. unangezeigt nicht lassen/ daß ein Unterschied zu halten in den Sachen. Denn was die Gewissen betreffe/ dieselben Sachen weren bey den Religions-Frieden zulassen/ wie denn in solchen nicht/ wie in den andern Sachen/ sondern durch sondere Räthe gehandelt/ also daß die Catholischen einen besondern Rath/ die andern auch einen besondern gehabt. Denique hoc jus in nuperâ pace Osnabrugensi ita fuit confirmatum §.5. *n.* 19. his verbis: In causa religionis, omnibusque aliis negotiis, ubi status tanquam corpus considerari nequeunt, ut etiam Catholicis, & Augustanæ confessionis statibus in duas partes euntibus sola amicabilis compositio lites dirimat, non attentâ votum pluralitate. Adduntur ab aliis aliæ præterea causæ, in quibus locus numero vincentibus non fiat suffragiis. Inter quas refertur & contributionis onus. Hinc quidam Electorum & Principum, *anno* 1589. se votis plurium obstringi negarunt, *teste Warem. ab Ehrenb. de reg. subs. & oner. sub. c.5. n.53.* Quod verum non nego, si de proportione & quantitate sermo sit: sin de earum agnoscendarum onere, non item, quas agnoscere & subire cuilibet civi justitia distributiva imperat. Et planè dissimile est pactum remissorium plurium creditorum, *in l.8. ff. de pact.* cum creditor creditoris alterius, par nempè paris, juri quæsito derogare non possit. *Videatur Reinking. de regim. sec. lib.5. cl. 5.c. 8. n.71.* Dissentit Besoldus *de ærario c.4. n.2.*

An in causa contributionum pluralitas valeat.

& de Iurisd. Imp. Rom. tit. 15. *p.* 52. His addi alias Bertramus *apud Arumæum* ait & v. g. Cammer-Gerichts Sachen; Freyheiten/ Privilegia, und dergleichen immunitäten: Religion Friede/ sampt dessen Zu- und Angehörungen: Prophan Frieden und andere Sachen/ des gemeinen Vatterlandes Ruhe und Frieden betreffend: Die jenigen Sachen/ darinnen die Römischen Catholischen Parthehen seynd/ und mit den Evangelischen in Streit-Sachen/ so wider die Billigkeit/ und die Regul/ quod quisque juris in alium statuit, ut ipse eodem utatur, lauffen: Außträge: Fälle/ so die executions-Ordnung/ Reichs Constitutiones, Güldene Bulle/ und dergleichen anlangen: Erbeinigung/ Verträgen/ Compactaten-Sachen/ da saniora vota vorhanden; Fälle/ da omnium consensus vonnöthen ist. *Vide Bertram. apud Arum. tom.* 1. *l. P. p. m.* 179. *b. Arumæum de Comit. p.* 489. *p.* 650. *p.* 652. *p.* 655. *Dn. Limn. lib.* 9. *I. L. t.* 1. *n.* 188. *& seqq.* Sed si ex his demas eas, quibus alicui lege, pacto, consuetudine, possessione vel aliter quæsitum jus est, in reliquis tutius est, sequi regulam, quæ pluralitate stare jubet. Sed ut redeamus eò, undè digressi sumus, Protestantes ex rationibus, quas diximus, se majori suffragiorum parte religionem suam condemnantium, teneri negantes, rectè de remedio cogitabant, quo libertatem sibi suam sartam tectam conservarent. Id erat cùm protestatio, tùm appellatio. Et protestatio quidem, ut finit Alciatus *in l. detestatio* 40 *ff. de V. S* est animi nostri declaratio, juris adquirendi, conservandi, damnique depellendi causâ facta. Quem effectum ut habeat, requirunt Dd. ut in ipso actu interponatur *l. fin. §. item si prædixerit ff. Naut. Caup. Stab. l. sed et si pupillus* 11. *§. de quo* 2. *ff. de Inst. act. Alex. cons.* 146. *n.* 32. *vol.* 5. aliàs si post facta, futurum, ut planè doceatur de causa ipsius protestationis. *Ferret. Cons.* 340. *n.* 7. *Bertazol Consult. decis. cons.* 356. *n.* 9. Neque enim retrotrahi posse videtur, per *l. fin. C. de N. G.* Deindè oportet, ut cum expressione causæ

Alia causa à Dd. recensita.

De quibus exponitur sententia nostra.

Protestationis effectus.

 fiat.

fiat. *Bart. in l. fin. col.* 8. *de ed. D. Had. toll.* Et proinde, quoties quiſpiam per proteſtationem vult aliquid conſequi, neceſſe eſt, ut illud per proteſtationem requirat. *Bal. in c.* 1. *col.* 2. *pr. tit. ſi de feud. Vaſall. Tiraq. de retract. conſang.* §. 8. *gl.* 1. *n.* 2. Nam debet declarare animum proteſtantis *l. at ſi quis.* §. *pleriq́. ff. de Relig. & ſumt. Boër. quæſt.* 100. *n.* 10. *Menoch. conſ.* 115. *n.* 38. Quorum neutrum proteſtantes deſiderari in ſe paſſos eſſe, ex formulâ liquet. Adde pro pleniori intellectu, hujus materiæ. *Coler. conſil.* 51. *Thoming. conſ.* 43. *Guid. Pap. deciſ.* 55. *&* 172. Nec movet quod dicitur proteſtationem ſuper eo factam, quod non dependet ex voluntate partium, ſed ex diſpoſitione juris, proteſtantem non relevare *Guid. Pap. q.* 172. *n.* 2. *Schulz. obſerv.* 48. *n.* 16. *Dn. Carpz. p.* 1. *Conſt.* 11. *defin.* 11. *n.* 4. Eamq́ue contra actum, ad quem quis tenetur, nullius eſſe momenti *arg. l. Quintus* 48 *inf. ff. Mand. l. ſi fidejuſſor.* 31. *ff. de fidej.* Jam autem pluralitatem jus facere, adverſus partem minorem certi juris eſſe. Abunde enim his occurriſſe putamus in ſuperius dictis. Itaque non dubitandum, quin proteſtantes hoc facto jus ſuum libertatis religioſæ, illæſum retinuerint, *per l. non ſolum* 8. § *morte* 6. *ubi Bart. Iaſ. Caſtr. de op. nov. nunc. l.* 20. *ff. de adquir. hæred. A Fab. Cod. lib.* 8. *tit.* 9. *def.* 51. *n.* 1. *Dn. Carpz. p.* 1. *Conſt.* 7. *def.* 16 *n.* 6.

Appellationis Proteſtantium Iuſtitia.

IV. De appellatione ab actione Spirenſium Comitiorum, quin juſta fuerit, minus adhuc dubii. Neque enim à ſolâ ſententiâ actuve judiciali, ſed extrajudiciali etiam datur jus appellandi. Sic nominatus ad tutelam, ſi putet ſe gravatum propter rejectam excuſationem, appellare poteſt *l.* 1. §. *ſi quis tutor ff. Quand. opp. ſit.* Daturq́ue cuilibet gravato *c. cum ſuper.* 17. *X. h. t l.* 4. §. *item ff. eod.* etſi privatim ejus non interſit, ut nec denegetur tertio, pro eo, qui ducitur ad ſupplicium *l. non tantùm.* 6. *ff. h. t.* Sed & ſuper gravamine futuro, extrajudiciali. *Felin. ad c.* 1. *n.* 3. *h. t.* quia ejusmodi factum ponat quaſi cauſam grava-

gravaminis præſentis. *Zaſ.par.ff.tit. à quibus app.non licet n.2.* Quod alterum attinet præſentis diſputationis argumentum, jurene legati Proteſtantium cuſtodiâ à Cæſare retenti fuerint, antequam reſpondeamus, de legatorum in univerſum jure breviter quædam præmittemus, de quo tantum non infiniti extant tractatus. Dicuntur legati alio nomine Oratores, quamvis hoc nomen eſſe ſpeciei quidam velint, eorum nempè, qui veniũt deprecabundi *arg. l. L. Iuliâ ff. de L. Iul. de vi publ.* ſed hoc uſus bonorum auctorum refutat. Olim Lenones dictos eſſe, non ita in vulgus notum. Habetur in Gloſſis Iſidori, ut & in P. Danielis Gloſſario MSto ibi: *Leno*, id eſt, *mediator.* Et ita in melioribus exemplaribus apud Juſtinum legitur *lib. 2. c. 3. Vexoris Rex Ægyptius miſſis primò Lenonibus, qui hoſtibus parendi legem dicerent.* Ambaſiatoris vox frequens eſt apud ſuperiorum ſeculorum Scriptores, in his Petrum de Vineis *epiſt. 8. & lib. 3. epiſt. 80.* Ambaſcia vox vetus Germanica, ob euphoniam pro *ambachtia* Ambacht apud Ortfridum *Evangeliorum lib. 1. c. 25.* quod ſignificat functionem, munus concreditum. Et Ambachten operari apud Wileramum Abbatem in cantico canticorum *p. 15.* Henricus Süß in Epiſtolâ ad Moniales ante trecentos plus minus annos: Von GOtt reden ſoll allezeit euer Ambacht ſeyn. Hinc veterum Gallorum Ambactus, miniſter, teſte Feſto & Gloſſis Philoxeni. Manet adhuc Ruſticis noſtratibus quorundam Locorum, veterum vocum, & pronunciationis retinentiſſimis, Ambicht-mann/ Ambicht/ pro quo nunc civilioribus Ampt. Hinc Hiſpanorum Embaxador, Italorum Ambaſſadore, Gallorum Ambaſſadeur. Alia nomina apud alios videri poſſunt. Inter hoc, qui à Pontifice R. mittuntur, Nuncii Apoſtolici appellantur, & plerumque Legati de latere, qui ex numero Cardinalium ad regendas provincias mittuntur. Quorum quidam ſunt, Legati nati dicti, quorum dignitati annexum jus legationis

Legatorum ſynonyma.

Ambaſiator.

Legatus à latere.

 eſt.

est. Ita olim Oxoniensis in Anglia. Sic quidam per Rogerium Siciliæ Comitem, atque ejus heredes legatos à latere constitutos, omnes Reges Siciliæ Legatos natos sedis Apostolicæ esse contendunt. *Vide Baronium ad annum* M.XC.VII. Quod Jus Hadrianus Pontifex à Wilhelmo Siciliæ Rege Beneventi obsessus confirmare coactus fuit. *Baronius* M.CLVI. Qui verò ad Reges & Principes mittuntur, vel dicuntur Legati de latere, vel cum potestate Legati de latere, vel simpliciter Legati. Et hæc Legatorum à latere missio non semel causa controversiarum fuit. Et consistit inter alia in hoc famosa illa disceptatio inter Pontifices, & Hispaniæ Reges, de Siciliæ Monarchiâ. Sic & Anno M.CXVII. Henricus Rex Angliæ, & Episcopi ptovocandum putaverunt ad antiquum privilegium Gregorii Papæ, quo Archi-Episcopis Cantuariensibus indulsit fungi legatione Apostolicæ sedis. *Vide Adam Conzen. lib.6.Pol.c.35.Besold.de Legat.jure c.2.*

Legatos quinam mittere posſint.

Selecti, Deputati, Commisſarii.

V. Legatos mittendi jus ii habent solum, qui summum habent Imperium. Qua propter nec civibus, nec subditis jus mittendi legatos competit tàm extra Rempublicam, quàm ad suum Principem. Si quos enim subditi ad Principem mittunt, ii non Legati, sed selecti vel deputati appellantur. Et vice versa, quos Princeps ad subditos mittit, neque ipsi Legati, sed Commissarii ex usu dicuntur. Constat, Romanos bello victis jus legationis nunquam indulsisse, & si qui ad eos venirent, ne prius dimitterentur, quàm à victore visi auditique essent, imperasse *Liv. lib.* 29. ubi Legatos quarundam coloniarum retentos scribit. *Vide Paschalium de Legat.c.3. Albert. Gent. de Leg. lib.2.c.1.* Quod eò usque pertinere putavit Laurentius Medices *apud Guicciard. lib.*13. Ut legatum Ducis Urbinatis ad Pontificem, cujus Medices vices agebat, censuerit retinendum, quod esset Pontificis subditus. Secus atque censuit Illyriorum Rex Gentius, ad quem Perseus Illyricum misit exulem.

lem. *Liv. lib* 43. ut non immeritò Alb. Gent. dubitet, utrum justè fecerit Medices. Ego rectè fecisse non asseruerim. Nam quod quis patriam, unde oriundus, recusare non possit, id ex mero jure Romanorum positivo est. *l.6. 18 ff. ad Municip. l.4. C. de munic. & orig.* Quod minimè valere potest adversus eum, qui pari potestate, absoluta scilicet & independente est, inter quos jus potius Gentium obtinet. Accedit quod Medices eum pro Legato admiserat, unde multò minus legationis jura denegare ei poterat.

VI. Verum enim verò, quia jus illud Imperii summi, legationis puta, communicari cum aliis potest, *Iacob. Van der-Graeff in repet. L. non dubito. c. 27. p m.236. n. 6.* nec dubium sit, communicatum cum Ordinibus Imperii esse, ita ut non tantum ad Ordinem Imperii alium, aut Principem extraneum, sed Imperatorem ipsum quoque mittendi jus habeant, causæ nihil est, cur Protestantibus id denegatum putetur. *Daniel Otto de I. Publ. c.* 14. Neque apparet ex totâ legationis hujus historiâ quidquam hac in parte Cæsarem vel desiderasse, vel indignè tulisse. Neque etiam aditu ad se prohibuit nuncios, seu Oratores istos. Quod sæpius olim factum historici docent. Thucydides *lib.* 3. denunciatum Ætolis memorat, habitos eos iri pro hostibus, si legati venirent. Legatis Persei dictum non venturos tuto. Coriolanus interminatus est, pro exploratoribus se ducturum, qui advenerint. Et jure fieri posse non dubitamus. Neque enim ulla ratio juris gentium suadet, hominem alienum in suô solo recipi invito domino. Utut sine causa negati aditus id fiat. Quamvis id quandoque inhumanum esse non negamus. *Vide Alb. Gent. de legat. lib.2. c. 5.* Neque postulata Legatorum Protestantium fuêre ejusmodi, quæ contra bonos mores, aut Leges, quæ ipsâ petitione jure gentium liquidò injuriosa, injustaque fuerint, proponi. Id liquidò docet informatio Georgii Vogleri, Cancellarii

 Brande-

Brandeburgensis Marchionis *apud Hordl.* B.II. *l.6.fol.*44.*ibi*: Damit die Kayserl. Majest. auff ungleichen Bericht etlicher Reichsstände / die dem heyligen Evangelio widerwärtig sind / nicht Ursache haben mögte / zugedencken / als ob die gemelten Protestirenden Christlichen Ständen auß Seiner Majest. und des H. Reichs Gehorsam ziehen / und dem / das von andern auff gehaltenen Reichs-Tag einhellig beschlossen were / ohne Grund und Billigkeit nicht gehorchen / oder dem geleben wolten / haben dieselben Christl. Stände ihre Bottschafften zu Kays. Maj. in Hispanien zu reisen abgefertiget / welche auch Ihre Majest. zu Genua betreten / und Ihre Majest. die Gelegenheit ergangenes Reichs-Tages / und warum den Protestirenden Ständen ohne Verletzung ihrer Seelen / und Gewissens / auch ohne die höchste Beschwerung ihrer Land und Leute nicht habe geziemen wollen / diesen Abschied gemeldtes Artickels halben anzunehmen? Warum auch den Reichs-Ständen nicht gebühret darin zuerkennen? Mit den unterthänigen Erbieten / daß sie solchen Abschied in allen andern Artickeln anzunehmen geneigt seyen. Daß sie sich auch mit ihren Leibern / Landen / Leuten / Haab und Gütern / Ihrer Kays. Maj. den sie in dem allein für ihren rechten einigen Herrn und Kayser erkenten / ohne Mittel also unterwerffen / daß Ihre Majest. des alles mächtig seyn soll. Was auch in diesen des Glaubens-Sachen durch ein ordentlich Christlich frey Concilium (dahin solche Sachen gehören) vermittels göttliches Worts geörtert werde / daß man das ohne alle Verhinderung annehmen / und sich von der Christl. Kirchen alß die gehorsame Glieder derselben / keines weges trennen oder sondern wolle. Wie dann der Christl. Stände unterthänigste Verantwortung / unterwerffen und erbieten / durch ihre Gesandten der Kays. Maj. mündlich und schrifftlich / in Teutscher / Lateinischer / Frantzösischer Sprach zur Nothdurfft angetragen und überantwortet seynd. Fuit ergò Legationis causa nil aliud

præ-

præterquam subjectissima significatio, excusatio, & defensio eorum, quæ conservandi juris sui gratia Protestantes necessariò agere facere coacti fuerunt. Reliquum ergò est, an aliquid designarint nuncii hi, quod animadversione dignum. Delictorum sanè reos nemo egit; Anne ergò peccarunt inverecundâ nimis παῤῥησίᾳ. Omninò enim cum iis facimus, qui ob contumeliosa superbaque responsa, & nimiam effrenemque linguæ contumeliam legatos sanctitate sua excidere statuunt. Tales enim jure suo abutentes indignos se eo reddunt. Et sive Princeps est, qui jure gentium per legatum utatur, dum utitur ad id, quod juris non est; sive legatus proprio ausu tale quid designaverit, non solum eadem ratione impune ei esse non debet, verum etiam propterea, quod fines mandati supergressus mandato niti non possit. Nec injuria in Principem, qui misit, hâc in parte redundat, qui sibi imputet, quod istiusmodi homini rem peragendam commiserit, quem norat, certè novisse debebat. Et si judicio fallitur, ei potius quàm alteri nocere casum debere, ratio postulat. Sic Antonius Legatum Cæsaris cædi loris voluit, quod ipsum esset procaciter allocutus. *Plutarch.* sed nihil tale de Legatis Protestantium legitur. *Videatur narratio gestorum suorum à Legatis consignata apud Hordled. lib.* 1. *c.* 8. id quod vel ex orationis ad Cæsarem habitæ Peroratione liquere potest? ibi: Wäre derowegen Ihre Chur. und F. Gn. auch der andern unthänigste Bitte/ Ihre Kays. Maj. wolte auß erzehlten und andern Ursachen der gethanen Protestation und Weigerung keinen ungnädige Willen fassen/ sondern solches der unvermeydlichen Nothdurft zumessen/ so gedachten sich Ihre Churf. und F. Gn. auch die andern/ vermittels göttlicher Hülffe/ mitler Zeit des künfftigen bewilligten concilii oder National-Versammlung/ mit den Ihren in ihren Obrigkeiten und Gebieten dermassen zuhalten/ wie sie das gegen GOtt/ und Ihrer Kayserl. Majest. hoff-

ten

ten und getrauten zuverantworten/ dergestalt/ daß ihnen nichts arges oder unbilliges möge auffgeleget werden. Sie wolten sich auch in massen ihrer Voreltern und ihrer Vorfahren gethan hätten/gegen Ihre Kayserl. Majest. alles unterthänigsten Willens befleissigen / und sich als die Gehorsahmen halten/ zuförderst was das Zeitliche belanget/es wäre mit der nothdürfftigen Hülff wider den Türcken / zugeordneter Unterhaltung Regiments und Cammergerichts/auch anders/daß zu Ihrer Kayserl. Maj. auch des H. Reichs Wolfahrt und Ehre dienen mögte. Mit unthänigster Bitte/ob die Sache anderer Gestalt an Ihre Majest. angelanget / Ihre Majest. wolte derselben Verunglimpfung keinen / sondern dieser wahrhafftigen Entschuldigung statt und Glauben geben / sich auch ohne Verhör und Verantwortung Ihrer Gnädigsten / Gnädigen und Günstigen Herren zu Ungnaden wider sie nicht bewegen lassen / nach dem Ihre Chur. und F. Gn. auch die andern uhrbietig weren/ wo sie mit göttlicher Biblischer Schrifft auß andern überwunden würden / daß sie sich aller Gebühr weisen lassen wolten. Und thäten sich Ihre Chur. und F. Gn. auch die andern hiermit in Ihre Kays. Maj. Schutz/Schirm/ und Vorspruch / als ihren allergnädigsten Kayser und Herrn befehlen / mit Bitte Ihre Kays. Maj. wolte ihnen/den Gesandten / an statt Ihrer Gnädigsten/Gnädigen/ und Günstigen Herren / gnädigste / schleunigste/schrifftliche Antwort mittheilen.

An appellatio Legatorum justa retentionis causa.

VII. At fortè appellari non oportuit, Cæsare apologiam Protestantium Principum non accipiente? Fortè fines mandati supergressi erant Legati? Ita visum Cæsari. Sic enim ait protocollum: Ihre Kays. Majest. hätte ob ihrer Handlung der Appellation halber groß mißfallen: & paulò ante; Ihre Maj. habe ob Ihrer Handlung / und auch des eingeantworteten Büchleins halben Beschwernüß und Mißfallen. Equidem mandati finis districtè custodiendos esse nemo negat, adeò, ut quan-

ut quanquam Legationibus hæc noviſſima clauſula appoſita: *Legati ſi quod prætereà utiliter agere poterunt, agunto*, tamen ad ea pertinebat, quæ tacitè mandatis ineſſent. Quapropter Athenienſes miſſos in Arcadiam Legatos, quoniam aliâ via profecti erant, quàm quâ conſtitutum eſſet (quod iidem Athenienſes accuſarunt in Archiptolemo & Antiphonte) occiderunt, inquit Ælianus, licet alioqui mandata rectè perfeciſſent *P. Ærod. rer. jud. lib.* 10. *t.* 16. *c.* 5. Sed nulla offenſæ ita ſatis juſta cauſa. Quod enim appellarent, quod libellum offerret Michaël Cadenus, id conſignatiſſimè, ut facerent, erant juſſi mandato mittentium, quod inſtructionem appellant, Cæſari exhibito, teſte protocollo. Et ſi maximè mandatum exceſſiſſent, ejus vindicatio non ad Cæſarem, ſed ad mittentes pertinuiſſe videbatur. Adde, quod nequaquam ab Imperatoris ſententiâ aliquâ, ſed ad Imperatorem appellatum eſſet. Non ergò videbatur jure conſentaneum eſſe, quod Judex ad quem provocatum eſſet, Legatos, quaſi ob malefactum, retineri juberet, qui appellationis inſtrumentum tradebant, præſertim, cum Cæſar acta, ob quæ appellatio fiebat, & cauſas appellandi nondum vidiſſet, aut cognita habuiſſet.

VIII. Cœterum de libello tradito res ita habet: Landgravius dederat abituro Michaëli Cadeno libellum eleganter adornatum, qui doctrinæ Chriſtianæ ſummam paucis complectebatur, ut Cæſari daret: Is per occaſionem, cum ad ſacrum iret Cæſar, porrigit: Cæſar invicem Epiſcopo cuidam Hiſpano, ut quid rei eſſet, cognoſceret, hic fortè in locum illum incidit, ubi Chriſtus monet apoſtolos, ne principatum affectent: Hoc enim ipſorum non eſſe profeſſionis & gentium Reges uſurpare ſibi talem poteſtatem. Eum locum Autor inter alia tractaverat, demonſtrans, cujusmodi ſit officium miniſtrorum Eccleſiæ? Sed ille cum obiter legiſſet, percontanti Cæſari ſic referebat, qs. Magiſtratui Chriſtiano jus

 gladij

gladii tolleret libellus, & gentibus duntaxat, alienis à religione permitteret. Hâc ergò de causa detinetur iste: Hoc etiam Granvellanus addebat, velle Cæsarem, ut idem scriptum exhibeat quoque Pontifici: cum autem ipse factum purgaret, neque satis commodum responsum ferret, & è Sermone Granvellani periculum suum intelligeret silentio conscendit equum, & celeriter Ferrariam, inde Venetias profectus, domum revertit. Quare cùm nihil sit, quod contra officium mandatumve suum commisisse Legati argui potuerint, nihil causæ Cæsarem, quam ob rem custodiæ eos traderet, habuisse consequitur. Quin si maximè deliquissent, dubium tamen adhuc, an jus gentium valere desiisset. Equidem, ut Livius auctor est, lib. 2. ejecto Tarquinio superbo, inter Legatos, qui ab eo missi essent, & M. Manlium, Vitellios, Lucium & Marcum Aquilios, primæ nobilitatis adolescentes (erant Vitellii fratres uxoris Bruti, Aquilii ex Sorore Collatini) convenerat de accipiendis clàm, noctu, in urbem Regibus, Consulibusque interficiendis, Bruto & L. Tarquinio Collatino: In Societatem istius consilii ascitis Tito, Tiberioque ipsius Junii Bruti liberis ex Sorore Vitelliorum. Conscriptæ literæ à Tarquiniis, atque vicissim ad Tarquinios, ut pignus fidei essent, cùm Vindicio, servo Vitelliorum, indice, accusante vero P. Valerio, manifestum crimen reddidissent: præhensis Legatis, conjuratisque, de Legatis de bonis Tarquiniorum, de proditoribus quid placeret, apud populum actum est. Quod ad Legatos attinet, quanquam commisisse videbantur, ut hostium loco essent: placuit tamen *jus gentium valere, graviusque esse nomen Legationis, quàm facinus Legatorum.* Considerari, non quid Legati mererentur ob transgressum officium Legationis, sed quid Romanæ virtuti & gravitati conveniret. Nam & facinus istud magis penes eos esse, qui legationem imperassent, quàm qui obiissent. Parere his necesse esse. Aliam ratio-

An Legati ob delictum jure gentium amittant sanctimoniam.

rationem legati esse, aliam obsidis. Obsidem, ob fidem dari: Legatum, ferè explorandi causa. Quod in cive proditio aut conjuratio sit, artem in Legatis, officium, obsequiumque esse. Legatum nihilominus hostem videri. Itaque iis, ad quos proficiscitur, magis imputandum, si quâ in re decepti sunt, quàm huic, qui deceperit. Nonne propterea Legatis apponi custodes? qui missi sint, quanquam re à Tarquiniis, nomine tamen missos esse ab Hetruscis: & Hetruscos esse, non Romanos. Violari itaque non debere. Semper *prævalere oportere jus Gentium, cujus violandi nulla unquam causa admittenda est.* Etenim utilius esse in universum, à Legatis perpetuò abstinere, quàm ob factum aliquod particulare, in hunc aut illum suis legibus agere. Qui deliquit in legatione, videri extra hosticum deliquisse. Itaque nihil ad nos pertinere, sed ad eos, qui miserunt. Apud Romanos, corpore: apud Hetruscos, jure & animo continuò fuisse qui Romæ deliquerunt. Imò proditionem, esse Romanorum: negotiationem, Legatorum. Quapropter ut diximus, Legatis impunè fuit. Sic Aulus posthumius dictator, victis Latinis ad Regillum Lacum, nihil aliud statuit adversus Legatos Volscorum, qui falso nomine Legationis, exploratores venerant, quàm ut emitteret inviolatos atque innoxios. Nec referre, ratum habeant necne qui miserunt, quod præter debitum Legationis sit admissum. Quia ferè ita laudamus, quod nostro nomine gestum est, si è re & voto successerit: Si contra, despicimus. *Ærod. rer. jud.* Sic censet etiam Sallustius *Bell. Iugurth.* Bomilcarem Legati Comitem ex jure gentium reum factum non esse. Et multo ergò minus Legatum ipsum. Nec deest ratio. Quod enim legati sint inviolabiles, privilegii instar esse fortè nemo inficiabitur. Privilegia autem sic sunt accipienda, ut tribuant aliquid ultra jus commune. Quod si Legati ab injustâ tantum vi tuti essent, nihil præcipui habe-

Justa ratio satisfaciendi delictis legatorum.

rent. Quare ita concludendum cum Grotio potius puto, si tale sit delictum, quod contemni posse videatur, aut dissimulandum erit, aut è finibus jubendus excedere Legatus. Vel si crimen sit atrocius, & ad publicum malum spectans, mittendus erit legatus ad eum, qui misit, cum postulato, ut eum puniat, aut dedat, quomodo Gallos postulasse legimus ut sibi dederentur Fabii. Et ne quis nobis objectet exempla Legatos occidentium, factum id fuit vel contra jus gentium, vel eorum Legatis, qui jus legandi amiserunt, ut Tarentinorum Legatis virgis cæsis, postquàm jam victi Tarentini sub Romanis esse cœpissent, vel majoris mali vitandi causa: Sic Consules Romani Tarquinii Legatos deprehenderunt: vel quod Legati vim armatam intentarint, adeoq; non per modum pœnæ, sed necessariæ defensionis. *Vid. Alb. Gent. lib.* 2. *c.* 18. & 19. *Grot. d. l. B. lib.* 2. *c.* 18. *n.* 4.

Respondetur exemplis Legato occidentium.

Detentio fuit contra Capitulationem Karoli.

IX. Non ergò justè detenti fuére Legati nostri: Id quod amplius inde probatur, quia Imperator, ceu summa in Imperio potestas Ordines gravatos patienter, & quantum satis, audire, contra injurias tueri, eosque juvare tenebatur, vel saltem pari jure cum hostium suorum, Turcorum & quorumlibet infidelium, Legatis habere. In hæc enim verba juraverat Karolus Capit. §. 4. Und in alle wege sollen und wollen wir die teutsche Nation/ das Heyl. R. Reich/ und die Churfürsten/ alß die förderſten Glieder desselben/ auch andere Fürsten/ Graven/ Herren und Stände bey ihren Hoheiten/ Würden/ Rechten/ Gerechtigkeiten/ Macht und Gewalt/ jeden nach seinem Stand und Wesen/ bleiben lassen/ ohne unser und männigliches Eintrag und Verhindernüß/ und ihnen darzu ihre Regalien/ Obrigkeiten/ Freyheiten/ Privilegien/ Pfandschafften und Gerechtigkeiten/ auch Gebrauch und gute Gewohnheiten so Sie bißher gehabt haben/ oder in Ubung gewesen sind/ zu Wasser und zu Land/ in guter beständiger Form ohne alle Wei-

gerung confirmiren und bestättigen / Sie auch darbey / als Römischer König handhaben / schützen und schirmen. Et §. 21. Wir sollen und wollen auch die Chur. Fürsten / Prælaten / Graven / Herren / und andere Stände des Reichs selbst nicht vergewaltigen / solches auch nicht schaffen / nach andern Zuthun verhengen: Sondern wo wir / oder jemands anders zu ihnen allen / oder einen insonderheit zusprechen hätten / oder einige Förderung fürnehmen / dieselben samt / und besondern / Aufruhr / Zwietracht / und andern Unrath im heyligen Reich zuverhüten / auch Fried und Einigkeit zuerhalten / zur Verhör / und gebührlichen Rechten stellen und kommen lassen / und mit nichten gestatten / in derer oder anderer Sachen / darinnen sie ordentlich recht leyden mögen / und des urbiethig sind / mit Raub / Nehmen / Brandt / Fehden / Krieg / oder andere gestalt zubeschädigen / anzugreiffen / oder zu überfallen. Promiserat etiam Karolus eadem capitulatione Regiam suam sedem, aulamque Imperatoriam in Germaniâ constituere: At quia à primis inde Comitiis Wormaciensibus adhoc usque tempus legationis nunquam iterum in Germaniam visisset, neque divinare poterant Protestantes, an venturus eò brevi esset, durum videbatur, Legatos qui contestandi obsequii Protestantium causa Cæsari obviam non sine gravi sumtu ac periculo ivissent, hoc modo dimisisse.

X. Anno 1530. conventum est ad comitia Augustæ Vindelicorum, & quia Imp. partium dissidentium circa religionem opiniones & sententias se auditurum edixerat, deliberationes de summâ doctrinæ in territoriis Protestantium receptæ, habitæ sunt, quæ in Comitiis Imperatori exhiberi possent. Composuit igitur Lutherus, antequam iter Augustanum ingrederetur, articulos XVII. quibus confessionem Protestantium omissis disputationibus scholasticis, complexus est. Jusserant & cæteri Principes orthodoxi

Religio Luth. confessione publ. propagata.

Theologos ſuos ſummam confeſſionis ſcripto complecti, quæ omnia Philippus Melanch. Auguſtæ perlegit, & in ordinem redegit, *teſte Camerario in vita Philippi, ipſoq; Philippo in Epiſtola ad Luth.* Reperiuntur autem Lutheri articuli 17. *in hiſtoriâ A. Conf. à Chytræo edita p. 21.* Elector Johannes unà cum Joh. Frid. filio, Franciſco Duce Lûneburgenſi, Wolfg. Anhaltino & Theologis, Luthero, Jonâ, Philippo, Spalatino, & Islebio Torgâ movens Cal. April. iter Auguſtanum ſuſcipit, & Paſchatos feſto, 17. Apr. Coburgi celebrato, & 25. April. relicto in arce Luthero, diſcedens, poſtridiè Kal. Maji Auguſtam primus omniũ Principum ingreſſus eſt. Ibi veriti, ne Cæſar concionibus publicis interdiceret Proteſtantes, Lutherum hac de re Philippus conſulit, his verbis: *Suſpicamur fore, ut noſtræ conciones prohibeantur, quia Islebius jam in publico templo concionatur. Quid igitur cenſes? Eſtne relinquendus locus publicus, ſi Cæſar oſtendet hoc ſe petere? Ego reſpondi, cedendum eſſe voluntati Cæſaris, in cujus urbe jam ſumus hoſpites.* Quam ſententiam Lutherus approbavit literis tum ad Electorem, tum ad Joh. Islebium ſcriptis.

XI. Decimâ quintâ die Junij, quæ feſtum corporis Chriſti proximè anteceſſit, Imper. Carol. V. cum poſtridiè Pentecoſtes Oeniponte moviſſet, & X. Junij Monacum perveniſſet, tandem urbem Auguſtam ingreſſus eſt, pompâ quam deſcribit *Chytræus hiſt. Aug. Conf. p. 43. Sleid. lib. 7. Surius p. m. 217.* Qui in hoſpitium deductus, dimiſſis cæteris Electoribus & Principibus à Johanne Electore Saxoniæ Georgio Marchione Brandeburgenſi & cæteris Principibus Evang. petit, ut abrogarent concionatores ſuos, & intereſſent proceſſioni in feſto corporis Chriſti. Principes inter ſe collocuti per Georgium Marchionem Brandeburgenſem cauſas, quo minus id facere poſſent, exponunt. Cùm Cæſar cnm Ferdinando fratre acriter inſtaret, Brandeburgicus reſpondit,

ſpondit, ſe malle cervicem ſpiculatori præbere coram Cæſare, quam Deum & Evangelium ejus hoc modo abnegare. Mandat idque Imperator, ut cauſas detrectationis ſcripto comprehenderent, quas d. 17. Junii Proteſtantes exhibuerunt. Repræſentat hoc ſcriptum *Chytræus hiſt. A. C. p. 46.*

XII. Die XX. Junii initium comitiorum factum, finitisque ſacris Imper. cum Electoribus, & ſtatibus reliquis in curiam adſcendit, orationemque, in quâ capita deliberationis continebantur, ex ſcripto recitari jubet, quæ habetur *tum apud Sleidan. lib. 7. tum Chytræum p. 60.* Hâc oratione recitatâ, cum primum de religione deliberandum eſſe Principes cenſuiſſent, Electori Sax. & ſociis mandatum eſt, ut fidei ſuæ confeſſionem ſcripto comprehenſam Cæſari exhiberent. Die 24. Junii feſto Joh. Bapt. poſt auditum Campegium, Nuncium Pontificis, legatosque quinque regionum Auſtriacarum, conſurgens El. Saxoniæ, & conjuncti Principes, ſe ex mandato Imperatoris confeſſionem fidei ſuæ latinè & germanicè ſcripto complexos eſſe exponunt, quam prælegere cupiant. Cæſar tradi ſibi ſcriptum atque deponi jubet. Illi contra, cùm non dubitent, multa de ipſorum doctrina aliter atque pro re ad Ordines delata eſſe, atque adeo ipſorum exiſtimationem & fortunas omnes in eo verſari, æternamque ipſam ſalutem, replicantes, ut publicè audiatur, petunt. Cæſar ſe poſtridiè eos domi ſuæ auditurum eſſe pollicetur: Sed confeſſionem ſcriptam ſibi ſtatim exhiberi flagitat. Illi denuò, ſcriptum ſibi, donec recitatum ſit, relinqui, & in publico Imperii conſeſſu confeſſionem ſuam audiri vehementiſſimè inſtant: Aſſentitur Cæſar, ut donec recitetur, retineant, recitatum autem poſtridiè in palatio Cæſaris. Habetur hac de re Epiſtola Johannis Septemviri Saxoniæ, itemque Juſti Jonę, & Philippi Melanch. ad Luth. *apud Chytræum.* Sequenti die lecta fuit Confeſſio in palatio Cæſaris, coram Imperatore

Ferdi-

Ferdinando, & omnibus Electoribus ac Principibus. Versa est jussu Cæsaris Italicè & Gallicè per Alphonsum Valdesium, & Alexandrum Schweis / testibus literis Justi Jonæ ad Lutherum. Legati etiam Regum singuli in suæ gentis idioma conversam in præcipuis Europæ aulis & urbibus eam distribuerunt. Latissimè ita secus atque Catholici opinati erant, hæc confessio fuit propagata, & lex Evangelii in quam plurimas gentes sparsa, quâ de re meritissimò triumphavit Lutherus. Cùm verò circa exhibitam confessionem in Senatu Principum deliberationes instituerentur, triplices fuere sententiæ. Prima atrocissima, ut edictum Wormaciense adversus Lutherum & omnes ipsi adhærentes ratum esset, & non obedientes armis cogerentur. Secunda mitior, ut exhibita confessio viris bonis ac doctis, ac neutri parti addictis judicanda committeretur, postea Cæsar pronunciaret. Tertia, ut refutatio confessionis, Cæs. M. auctoritate comprobata Electori Saxoniæ, & sociis Principibus recitetur. Deinde tota causa Cæsaris judicio permittatur, qui omnia in integrum restitui mandet, donec controversiæ in concilio legitimo fuerint dijudicatæ. In hanc tertiam sententiam cùm plerosque ordines inclinare Elector Sax. comperisset, statim ex Luthero sciscitatur, an & quatenus Cæsaris judicio causam religionis disceptandam concedere posset. Meminit hujus rei & Philippus ad Camerarium: *Ajunt*, ait, *Cæsarem imperaturum, ut omnia in pristinum restituantur, donec has controversias judicaverit Synodus. Hæc dicitur esse concilii summa. Quæ nisi mitigabitur hac sententia, quos motus excitatura sit, facile potes existimare.* ὁ πρὸς ἡμετέρου ἡγεμόνος (nempè Dux Georgius) *hujus atrocissima sententia autor esse fertur, qui si paulum remitteret de sua pertinacia, quam scis eum habere planè ferream, omnia hic essent faciliora.* Sciscitabatur itaque Elector, si Cæsar urgeret hoc scitum, quid respondendum, agendumque.

Respon-

Responsio Lutheri extat apud *Chytræum hist. Conf. A. p.* 121. *Extat & consilium Noribergensium in hanc rem conceptum apud Hordled.* von Urs. *lib. 1. cap. 6.*

D. MARTINUS LUTHERUS M. JOHANNI ISLEBIO.

DE Interdicto Cæsaris, quo vestras conciones inhibuit, sic sentio, rectè fecisse Principem nostrum, qui in urbe aliena dominum agnoverit, & dominari non tentaverit, utcunque etiam videatur vis ista esse. Malo enim resistere non licet, & Christus cedere jussit, dicens : Si in una civitate vos persecuti fuerint, fugite in aliam. Item : Exite de domo illa. Sic arbitror Principem, quandoquidem corpore abire non licet, ut membrum Cæsaris, silentio tamen velut fugit in aliam civitatem, & exivit de domo illa. Poterit cum Naaman Syro in templo Nisroch, denique apud seipsum legere & colere verbum. Veruntamen res mali exempli est, non scandali quidem. Sed ego hinc suspicor fore, ut finis Comitiorum idem fiat, scil. ut cogat Cæsar Principem abstinere à tota doctrina. Hæ meæ cogitationes sunt: & tunc primùm erit paroxysmus comitialis verus, in quo DEI manus expectanda est, & imploranda. Nam Papistas dæmonibus traditos aliud non posse quàm furere, certissimum est: premit eos sanguis Abel, & abominationes suæ indurant eos, ut, nisi sanguinem biberint, vivere non possint.

Philippum hortare, ut Sacrificium Spiritus contriti moderetur, nec non sufficiant tandem sumtus diutius sacrificandi. Solatium quidem est magnum, scire se conteri Spiritu propter optimam causam, propter ipsum DEUM: Ubi dubitare non potest, se placere DEO; velut odorem suavissimum. Sed modus in rebus est. Sacrificium placet, non exitium.

tium. Nec vult DEUS animas perdi. Hoc est Satanæ additamentum.

Nam quod de Cæsaris clementia speratur, nihil est. Ego cogito Pontifices Cæsarem impulisse, ut cognosceret causam, ut Apologia nostra audita, denique statuant quæ velint, & tamen obtineant hanc gloriationem, quòd nos satis audierint, & ita calumniam pertinaciæ eò liberiùs & speciosiùs urgeant, ut qui auditi & moniti deniq; Cæsarem non audierimus. Quid enim aliud struit Satan, & quid boni ex eo speremus? an ignoramus ejus cogitationes, ut omnia fucis, mendaciis, astutiis, dolosè sic verset, ut speciosus ipse sit, & Christus fœdissimus? Certè non cum hominibus agitis Augustæ, sed cum ipsissimis portis inferni, iisque instructissimis, & exercitatissimis: sed, quod solatur, iracundissimis. Quia iracundi excœcati tandem evadere non possunt, quin impingant in sapientiam Dei, Und bescheissen sich in der Klugheit/ Amen/ Amen.

Dominus JEsus, qui vos omnes isthuc misit confessores & servos suos, pro quo & cervices vestras objicitis, sit vobiscum, Spirituque suo det vobis testimonium πληροφορίας, ut sciatis & non dubitetis, vos esse confessores suos. Ea fides vivificabit & consolabitur vos: Quia magni Regis estis Legati. Hæc sunt verba fidelia. Amen.

JOHANNES DEI GRATIA DUX SAXONIÆ, ELECTOR, &c. D. MARTINO LUTHERO, S.D.

INtermittere non possumus, quin clementer vobis, qualis in præsentia causæ nostræ & confessionis verbi divini, quam suscepimus, status sit, significemus. Quamprimum enim Cæsarea Majestas Augustam ingressa, de equo descendit, à nobis & con-

& conjunctis nobiscum in hac causa flagitavit, ut conciones intermitti curaremus. Etsi autem eodem vesperi & postridie Cæs. Maj. ne id fieret, subjectissimè, indicatis rationibus gravissimis, oraverimus: tamen obtinere illud nequivimus. Sed tandem nobis indicatum est: Cæs. Maj. gravibus de causis, utrique parti conciones prohibere & tales Concionatores constituere velle, qui Evangelion purè sincereque prædicent, ne quisquam se animæ pabulo salutari destitui, justè queri possit. Prætereà Regem Ungariæ & Boëmiæ, Cæs. Maj. fratrem, Fabro etiam concionandi facultatem non concessurum esse. Postea Imperator concionibus in tota urbe interdixit, ac interdictum illud in omnibus plateis, per Fecialem, præcinentibus duabus tubis, proclamari mandavit.

Intelligimus autem, Concionatores à Cæsare constitutos, plerumque non plus quàm nudum textum Evangelii recitare: Cætera, quæ addunt, puerilia & inepta esse. Ita Domino Deo nostro in his comitiis silentium impositum est. Quanquam non tam optimo Cæsari, quàm nostris adversariis, ac Ecclesiasticis Principibus, Evangelii hostibus, illud imputemus.

Prætereà nos, cum cæteris Principibus & ordinibus in hac causa conjunctis, promittere oportuit, Nos sententiam & confessionem fidei nostram, scripto expositam, exhibituros esse. Sed adversarii nostri, ut nobis refertur, nihil exhibere, sed Cæsari indicare volunt, se edicto Cæsareo obtemperasse, & fidem à majoribus acceptam retinuisse & deinceps retenturos esse. Quòd si Papa, vel illius Legatus cum Cæs. M. aliam novam fidem ipsis tradere vellent: se Cæs. Maj. sententiam subjectissimè audituros esse.

Ita die Johannis Baptistæ, cum nostris in religione conjunctis, coram Cæs. Maj, Rege Boëmiæ, Electoribus & ordi-

 nibus

nibus in publico consessu comparuimus ac obtulimus nos, juxta Cæs. Maj. mandatum ad Articulos nostros, Latinè & Germanicè exhibendos, & Germanicos publicè recitandos. Verùm ut publicè Articuli nostri eô, quô petebamus, modô legerentur, sæpè etiam ac subjectissimè precando, impetrare non potuimus, cùm Rex & adversarii nostri omni conatu id impedirent.

Tantum autem obtinuimus, ut hodie Cæs. Maj. articulos nostros in C. M. S. palatio audire velit. Quod eam ob causam ita institutum est, ne multi homines interesse recitationi possint.

Omnipotens DEUS deinceps etiam sua gratia nobis adsit, & causæ exitum, ad suam laudem & gloriam, gubernet. Quod ardentibus votis, ut nobis etiam non monentibus facitis à DEO precabimini. Quæ deinceps agentur, omnia vobis significabimus. Nam clementer vobis & ex animo favemus. Datum Augustæ, 25. Junii, Anno M. D. XXX.

DIS-

DISSERTATIO VIII.
DE
CONCILIIS ET COLLOQUIIS RELIGIONIS CONTROVERSÆ CAUSA HABITIS.

RESPONDENTE

Joachim Friderich von dem Knesebek/Nobili-Lüneb.

I.

COncilii vox Varroni deducitur à conciliando, fullonum verbo, qui lanam cogentes conciliare dicuntur, *συμπιλεῖν, πιέζειν, ἰπεῖν καὶ συμπατῆσαι*, *Scalig. ad V. Varr. d. LL.* & ipsa eorum coactio, quæ pedibus ferè peragitur, concilium appellatur. Unde Fullones etiam *νάκται* Græcis, & *ὀξυποδῦλαι*; *ὀξυποδεῖν*, *minuto, citatoq; gradu ire.* Hinc Titinnius, *argutari pedibus*, de Fullone. Conciliare autem à ciliis, Græcè *κιλίκια τὰ ἐκ τριχῶν συντιθέμενα.* Hinc tralatio ad aliarum quoque rerum, & hominum denique congregationem. *Vide Gellium lib.* 15. *c.* 27. Alii à concalando, id est, convocando. Græcis dicuntur Synodi, qualescunque cœtus. Sic Synodus Deorum apud Deos erat ex duodecim Diis, quos magnos appellabant, in quorum numerum qui ex hominibus referebantur *πάρεδροι τῶν μεγάλων θεῶν* dicebantur. Erant enim unicuiq;

Concilii etymon.

Synodus Deorum.

cuiq; Deorum sui πάρεδροι: οἱ δώδεκα θεοὶ, sex mares, sex fœminæ, quos propterea consentes appellabant, id est, παρέδρους. Sed & reperias concilii vocem pro diœcesi positam, apud Facundum Hermianensem, ut notat *Salmas. de prim. Pap. p. m.* 163. In sensu ecclesiastico Synodus interdum singularum ecclesiarum cœtum, ut in Ignatio, & Constantini edictis, sed usitatius non quemvis conventum, sed talem indicat, in quem multi locis dissiti conveniunt, *Grot. de Imp. sum. pot. c. 7. n.* 1. Et differt à Senatu, qui Græcis παρέδρειον, πρεσβυτέριον, γερουσία, quia Senatus Collegium est certis personis constans uno loco commorantibus: At Synodus Collegium non est, neque definitas habet personas. *Grot. d. l.* Sed est cœtus piorum, intelligentium hominum, summæ potestatis imperio congregatorum, de rebus ad fidem, & mores Ecclesiæ pertinentibus consultantium. *Vide Luth. Tom. 1. Jen. Germ. in responso ad Eccii literas fol.* 153. *& in colloquio c.* 28. *fol.* 284. Originem habent ab ipsis Apostolis. Ortâ enim circa legis observationem controversiâ, adscenderunt Paulus & Barnabas Hierosolymam, ubi re multum disceptatâ Jacobus definivit litem. *Actor.* 15. Quod autem Baronius *ad a. XXXIII. n.* 17. concilium primum à Christo & ejus Apostolis habitum vult, & trahit hûc Historiam è *Matth. c.* 16. *n.* 13. & reliquis Evangelistis, in eo solidè refutatus est à Casaubono *Exerc.* 15. *n.* 9. & Montacutio *Orig. Eccles. p. post. p.* 159. Dividuntur in œcumenica seu universalia, & topica seu particularia. Illa sic appellantur, non quod omnes & singulas Ecclesias particulares, nedum singulos fideles ambitu suo actu, ut loquuntur, complexa fuerint, tale enim per totum orbem vix unquam exstitit: Sed propterea, quod ratihabitione decreta eorum à singulis Ecclesiis particularibus sint approbata. Talia non plures quatuor tot seculis Christianis cogi potuere; Nicænum I. habitum anno Christi 325. pernitiosas turbas dante in Ecclesia Ario, duravitq; non paucioribus

Synodus in sensu ecclesiastico.

Concilii definitio.

Conciliorum origo.

Conciliorum divisio.

Concilia œcumenica quot.

cioribus tribus annis. Conſtantinopolitanum I. Imperatore Theodoſio M. in qua damnatum eſt impium Macedonii dogma, negans SS. æqualem cum Patre & Filio divinitatem, anno Chriſti 380. Epheſinum I. anno Chriſti 431. quod coëgit Theodoſius Minor contra Neſtorium, Patriarcham Conſtantinopolitanum, qui ſanctiſſimam Virginem Matrem negabat Deiparam, ſed Chriſtiparam vocandam, adeoque Chriſtum eſſe nudum hominem, & Chalcedonenſe à Marciano Auguſto coactum, ubi inquiſitum fuit in doctrinam Eutychis, anno Chriſti 451. qui Chriſtum ante unionem perſonalem duabus naturis conſtitiſſe, poſt illam unâ tantùm aſſerebat. Et horum decreta *Nov.*131. ὡς τὰς θείας γραφὰς καὶ ὡς νόμους obſervanda ſtatuit. Reliqua, quæ Pontificii his quatuor annumerant, quinque, nempè Lateranenſia, duo Lugdunenſia, unum Viennenſe, unum Florentinum & Tridentinum unum, de quo infra plura, conciliabula verius dicentur, & illegitima, quippe quæ nec legitimâ auctoritate, nec ex aliis quàm Romano Pontifici obnoxiis Epiſcopis, coacta, nec ferè res Eccleſiæ, ſed bella potius, Imperatorum exauctorationes, & alia Eccleſiæ curam nequaquam tangentia tractarint.

Reliqua conciliabula.

II. Concilia particularia, quod ex aliquâ Orbis parte conciliantur, nomen habent. Et hæc itidem vel latiora, vel anguſtiora. Latiora, quæ diœceſana vel nationalia. Eſt enim diœceſis ἡ πολλὰς ἐπαρχίας ἔχουσα ἐν ἑαυτῷ, *Balſamon ad can.* 17. *Chalcedonenſis concilii.* Quemadmodum in regimine civili, cujus æmula Eccleſia, diœceſis multarum ſimul provinciarum adminiſtrationem ſignificabat, quæ in unum coactæ per Præfectos Prætorio, & eorum vicarios regebantur *l. un. C. ut omn. jud. l.* 3. *C. Th. de collar. Eq.* Veluti ſub Præfecturâ prætorianâ Africæ Orientis erant quinque diœceſes: Oriens, Ægyptus, Aſiana, Pontica & Thracica. Et hæc quidem diœceſeos ſignificatio, novâ adminiſtrandi Imperii à Conſtantino excogitatâ

Concilia particularia, vel ſunt Nationalia, ſeu diœceſana.

gitatâ formâ, cœpit. Hic enim primus plures provincias in unum velut corpus redactas uni dedit administrandas, quæ administratio διοίκησις. Sic ergò & in ecclesiastico regimine διοίκησις, plures provincias metropolitanas, & Ecclesiasticas complectebatur, seu ἐπαρχίας, velut ἐπαρχία plures παροικίας. *Salm. de prim. Pap. p.* 162. Unde Zonaras *ad can. 7. conc.* 1. *Constantinopolitani: Provinciam e.g. Adrianopolim & Philippopolin cum iis, qui in eo tractu degunt Episcopis dicimus, Thraciam verò totam vel Macedoniam diæceseos appellatione complectimur.* Et ad hæc diœcesana concilia prçter Patriarcham, aut Exarchum diœceseos Episcopi, & Metropolitæ pertinebant.

Vel provincialia. III. Concilia angustiora unius erant provinciæ, cui præerat Metropolita, seu Primas, primæ sedis Episcopus, cum universis ejusdem provinciæ Episcopis. Hinc Antiochena Synodus *can.* 16. *&* 17. Synodum perfectam appellat omnium provinciæ Episcoporum, cui intersit & Metropolitanus. Prima sedes appellatur Metropolis cujusvis provinciæ, ex cujus honore Episcopus primatum quoque suum accipiebat, isque ad exemplum Præsidis provinciæ ibi sedebat, conciliaque bis anno ibi convocabat, ut habet *canon.* 37. *qui dicitur Apostolorum*, 5. *Niceni I. &* 20. *Concilii Antiocheni.* Sed posteà pro semestribus concilia fiebant annua. *Can.* 8. *Oecum. VI. in Trullo & Can.* 6. *Oecum. VII Nicænæ II.* quod propter barbarorum incursiones non posset concilium sæpius haberi, nec solum in Oriente, sed & Occidente. Ita enim Zacharias Pontifex *cap.* 1. *lib.* 5. *capitulorum Karoli M. & Ludovici Pii* ab Ansegiso Abbate collectorum, sub finem: *In Synodum omni anno convenite, ad tractandum de unitate Ecclesiæ. Et capitulo sequenti: Statuimus per annos singulos Synodum congregare, ut nobis præsentibus canonum decreta & Ecclesiæ jura restaurentur.*

Conciliorum usus, duplex IV. Horum itaque conciliorum usus ab antiquo fuit, cùm sinceræ doctrinæ confirmatio, falsæque destructio, quod

per

per ſymbola definiebatur, tum diſciplinæ Eccleſiaſticę emendatio, quam canonibus factis complectebantur. Sanè Gregorius Nazianzenus *in Epiſt. ad Procop.* 55. *ed. Lomclavii* ait: *Ego ſi vera ſcribere oportet, ita animo affectus ſum, ut omnia Epiſcoporum concilia fugiam, quoniam nullius concilii finem latum fauſtumq́, vidi, nec quod depulſionem malorum potius, quàm acceſſionem & incrementum habuerit. Pertinaces enim contentiones, & dominandi cupiditates ne ullis quidem verbis explicari queunt*, & quæ ſequuntur. Gemina hiſce Lutherus *tom.* 2. *Ien. Lat. fol.* 133. *Ego*, inquit, *velut certus deſperavi reformationem generalem Eccleſiæ. Nam quantis quæſo conciliis poſt tempora Martyrum ac Doctorum tentata eſt Eccleſiæ reformatio? Quid Conſtantienſi? Quid Baſilienſi promotum eſt in hanc rem?* Adde, quæ habentur *tom.* 4. *Ien. Germ. fol.* 150. ſed loquuntur ſcriptores hi de conciliis, non ut eſſe debeant, & poſſint, ſed, ut olim fuerant, & plerumque futura ſunt propter arrogantiam, φιλονεικίαν καὶ φιλαρχίας hominum, atque ita de conciliis, ut Magiſtri loquuntur, in actu exercito.

Sententia Gregorii Naz.

& Lutheri de conciliis,

quomodo intelligenda.

V. Et hac ſpe Proteſtantium Ordines, ab initio ferè diſſidii, ſollicitarunt Imperatorem, ut concilium à Pontifice impetret, ſed liberum, Chriſtianum, atque in Germaniâ. Idque primò omnium univerſi Ordines in Comitiis Noribergenſibus, anno 1522. ad Hadrianum Pontificem reſponſione deſiderarunt. Huic ſuccedens Julius Medices, Papæ Leonis cognatus, dictus Clemens VII. facilè animadvertebat, Hadrianum, præter morem callidorum quorumcunque Pontificum, cum nimis facilem in agnoſcendis Aulæ ſuæ erratis, & emendatione promittendâ, tum nimis abjectum in petendo à Germanis conſilio, in quem modum contentionibus illic natis optimè poſſit conſulere, ſe præbuiſſe. Etenim ita & petitionem de concilio indicando in caput ſuum accerſiviſſe, & Principibus tantum animi addidiſſe, ut centum ſua

Concilium, quale Proteſtantes voluerunt.

Iudicium Clementis VII. de Hadriani, anteceſſoris, facilitate.

gravamina, ſcripti genus non minus curiæ R. quam univerſo in Germaniâ ordini Eccleſiaſtico ignominioſum auſi ſint non modo Romam mittere, ſed & prælo ſubjicere, ut itaque & autoritatem ſartam tectam ſervaret ſuam, & quâdam tenus gratificaretur etiam Germanicæ Nationi, reputabat ſecum, ſi de centum gravaminibus hanc tantum partem, quæ Clericos per Germaniam concerneret, attingeret, horumq; emendationem promitteret, contentos Germanos fore, nec de iis, quæ Romam ſpectarent laboraturos amplius. Quin imò per hanc Cleri Germanici reformationem ſe facile concilii celebrationem declinaturum. Miſit itaq; Laurentium Campegium, ſanctæ Anaſtaſiæ Cardinalem, ad Conventum Ordinum Noribergam, qui conſilium ſuum ibi exequeretur. Sed hæc legati promiſſio, quod non niſi minutos, & tenues è clero tangeret, & crederetur cum magno ſecularis poteſtatis præjudicio Curiæ R. & magnorum Præſulum dominatui vires potius ſubminiſtratura, atque ad majores rapinas aditum apertura, à Germanis omninò fuit rejecta, ſcientibus lenia remedia malorum fomenta, quàm medicinam eſſe verius. Decretum itaque, ut Pontifex de aſſenſu Cæſaris primo quoque tempore indicet liberum Concilium in Germaniâ, loco idoneo. *Vid. Sleid. lib.* 4.

Repetita concilii poſtulatio.

VI. Anno 1526. Comitiis Spirenſibus decretum denuò, & ad ordinem & formam religionis conſtituendam, & libertatem conſervandam, concilium legitimum in Germaniâ, vel publicum totius orbis Chriſtiani, intra anni ſpacium auſpicandum, omninò eſſe neceſſarium. Legationem igitur ad Cæſarem eſſe mittendam, ut concilium procuret. *Vid. Receſſ. de anno* 26. Spirenſem. §. und erſtlich. Sed quid Cæſari cum Pontifice convenerit contrà hoc decretum, oſtendunt literæ, quas Cæſar ad Cardinalium Senatum die VI. Octobr. dedit, quas refert auctor *conc. Trid. lib.* 1. *p.* 43. Nempè Imperatorem

Et Pontificis recuſatio.

ratorem

ratorem ad demerendos Pontificem, & Cardinales, totius Germaniæ querimoniis de vexationibus injuriisque Curiæ R. Wormaciæ aures occlusisse, & honestam Ordinum Postulationem de concilio convocando pro levi habuisse, utcunq; ad hæresin Lutheranam oppugnandam faceret. Se in gratiam R. Sedis conventum, quem Spiræ designaverunt Ordines, prohibuisse, quod videretur Germaniam ab obedientiâ Pontificis posse detrahere, atque cogitationes Principum pollicitatione concilii detinuisse. Cùmque id Pontifici per literas significasset, &, de interdicto Spirensi conventu actas sibi à Pontifice gratias, & ab eodem rogatum se, ut concilii mentionem differret in tempus magis opportunum. Nunc verò utcunque justas ac necessarias Germaniæ preces Pontificis desideriis posthabuerit, eum tamen datis ad se literis calumniarum & querelarum plenis, ea postulare, quæ concedere neque justum sit, neque sibi tutum. Commonefaciant igitur Pontificem officii, & ad publicum concilium convocandum hortentur, quod si concilium juxta legis præscriptum recuset, vel diutius extrahat, tum se Cardinales obsecrare, ut ipsi debito Ordine servato concilium quàm primum indicant. Sin ipsi quoque tergiversaturi sint, se pro autoritate Imperatoriâ justis opportunisq; usurum remediis. Hæ literæ exhibitæ fuerunt in senatu 12. Decembr. Posteà cùm in conventu Cæsaris & Pontificis Bononiæ habito Consiliarii Cæsaris convocationem concilii etiam atq; etiam suaderent, Pontifici tamen illud, præsertim ultramontanum, liberum, cui interfuturi essent, qui jugum R. excussissent, valdè erat odiosum: Itaque quibus potest modis concilium dissuadet, quippe ipsis Principibus periculosum; Ubi enim populo concedatur religionem in dubium vocare, continuò legibus quoque Imperii quæstionem motum iri, ita Cæsareæ auctoritati metas poni. Quando detur populo examinandæ pote-

Cardinalium hac de re appellatio.

 statis

ſtatis Eccleſiæ venia, ad inquirendum in ſecularem è veſtigio gradum fieri. Multò igitur facilius eſſe primis poſtulatis obſtare. Principes autem Proteſtantes non pietatem ſpectare; ſed bonis Eccleſiaſticis inhiare, & hoc quærere, ut excuſſo Pontificis Imperio obſequium etiam Cæſari detrectent. Itaque Cæſari ſuadebat, ut diploma Leonis & edictum Wormacienſe executioni mandetur. *Vide Auctorem historiæ concil. Trid. p. 53.*

Pontificis tergiverſatio.

VII. Porrò in Comitiis Auguſtanis anno 1530. decretum denuò fiebat, ut de concilio Pontifex interpelletur, ut illud intra ſextum menſem loco idoneo indicet, intraque anni ſpacium habeat initium, *vide Receſſ. Iſtorum Com.* § **und dieweil in vielen Jahren.** Pontifex itaque, etſi à concilio alieniſſimus, ſimulat tamen apud Reges & Principes literis ſuis anno 1531. ſcriptis mirum quantum ejus conciliandi ſtudium. Sed longè aliam ejus fuiſſe mentem præter hiſtoricum concilii Tridentini *lib. 1. p. 63.* Sleidanumque in extremo lib. 8. teſtis eſt Onuphrius Panvinius in vita Pauli Pontificis, ſcribens, Clementem, concilium diffugiſſe viſum graviſſimis de cauſis. Ecquibus verò illis? Eas aperit Martinus Bellajus, Eques Torquatus *com. de reb. Gall. lib. 4. p. m. 124.* Nempè quod ſi admitterentur ad concilium hæretici, diſputandi poteſtate factâ, periculum non obſcurum eſſe, ut in poſterum licere putent, quæcunque conſtituta antiquitus eſſent, ea in dubium vocare: Sin nullus illis aditus præberetur, ſolâ concilii autoritate ſe convinci non paſſuros, imò ſecum durius, quàm cum Arianis agi conqueſturos, quibus audientia facta, & conceſſum exponere, quæ de capitibus fidei ſentirent. Deinde verendum, ut hæretici manus darent, quo non facto, nihil perfectum in Concilio convocato. Porrò ſi moveretur quæſtio, utrum Papa ſuperior ſit concilio, necne; conciliumq; definiret, Papam eſſe ſuperiorem, iſti mox niterentur iis, quæ

contra

contra Constantiensi concilio constituta fuerunt, causabunturque concilium non esse liberum: Sin concilium contra statuet, nec difficultas minor, nec periculum levius nascetur. Etenim si Cæsar pro imperio concilium dimitteret, aut aliò transferre conaretur, concilium affirmare posset, id nefas esse aliâ, quàm suâ ipsius auctoritate, vel dimitti vel transferri. Hæ erant causæ, ob quas Pontifex animum seriò nunquam induxerat concilium celebrandi. Nihilominus anno 32. Cæsar Bononiæ in colloquium veniens cum Pontifice urgebat denuò concilium ejusmodi, quod malis Germaniæ mederetur, cujusmodi nullum esse posset, nisi Protestantes aliquam ejus conventus constituant partem. Pontifex concilium seriò detrectabat, sin omninò convocandum illud, petebat, ut nec extra Italiam celebretur, nec suffragiorum jus aliis, quàm quibus Pontificio jure competit, tribueretur. Mittebatur in hunc finem anno 33. in Germaniam Hugo Rangonus, Episcopus Rheginus ad Johannem Fridericum Electorem Saxoniæ, qui de futuri concilii modo, tempore, ac loco cum illo ageret. Ejus propositio extat Germanicè operum *Luth. tom. 2. Isleb. sub anno 32.* Et latinè etsi concisius apud *Sleid. lib. 8. Auctore hist. conc. Trid. lib. 1. p. 70.* truncata penes *Gennep. hist. lib. 3. Cochl. ad annum* 33. & respicit eô Melanchthon ad Camerarium, Epist. anno 33. scriptâ *p. m.* 209. Et ut maximè seriò egisset, tamen ejus erant ejusmodi de concilio habendo postulata, & conditiones, quæ omninò pugnabant cum decretis Imperij. Etenim etsi loquebatur de concilio libero, tamen alio longè respiciebat, ut qui sibi Reges ac Principes obnoxios volebat habere. Quorsum enim obligare eos sibi volebat, si liberum futurum concilium? Deinde neque expressus ab eo concilij ordo, neque modus, neque forma, ideò ut ignoraretur, an suam ibi Pontifex atque suę clientelæ præcipuam ac summam esse velit auctoritatem, utrum

 velit

velit cognosci secundùm sacras literas, an secundùm traditiones. Imò qualis futura istius concilij libertas hinc colligebatur, quod pro more veteri jam olim recepto, celebrandum captiosè dicebat, quo non morem Ecclesiæ priscæ, sed à paucis annis, postremis conciliis, introductum innuere videbatur. Denique concilium in Germaniâ habendum promissum erat, at Pontifex vel Bononiam, vel Placentiam, vel Parmam, urbes ditionis Eccles. designabat. *Vide responsionem Protestantium Smalcaldiæ datam tom. 2. Isleb. concisè translatam à Sleid. fine lib. 8. quam vanissimis convitiis onerat Cochlæus & Surius in comm. ad ann. 33.*

Paulus III. præ se fert ingens concilii desiderium.

VIII. Clemente mortuo successit Cardinalis Farnesius, Paulus III. cognominatus, qui concilium minimè reformidare, sed maximè acceptum sibi esse præ se ferebat. Tres itaque è Cardinalibus designat, qui de loco, tempore, aliisque circumstantiis consultent. Mittitur ergò Vergerius in Germaniam cui singillatim mandat Pontifex, ut promissis ac blanditiis agat cum Luthero, incusans Cardinalem Cajetanum, ceu justo rigidiorem, qui in conventu Augustano, anno 18. conditionem à Luthero sibi oblatam rejecisset, nempè imposito adversariis silentio, tacere parato. In primis autem attendat, quam vellent esse actionis formam Protestantes, ut eâ perspectâ, modum eis deinde præscribere atque leges, quibus minimè venturos esse sciret, posset. *Sleid. lib. 9.* Vergerius rem benè curat apud Protestantes: Instare jam concilii tempus, tot votis expetitum, neque dicis causâ, sed seriò indictum, Mantuamque huic rei destinatam. Quæ civitas spectat ad Imperii feudatarium, in confinio Cæsareæ ditionis, & Venetorum positam, spondere eis omnia tuta & secura, Cæsaremque & Pontificem abundè eis cauturos. In Germaniâ non tutum esse proficisci exteras nationes, ubi Anabaptistarum, Sacramentariorum, & similium Sectariorum, maxi-

maximâ parte fanaticorum redundent examina, ad condemnandam eorum doctrinam. Habetur propositio *tom.2. Isleb.fol.352. apud Sleidan. lib.9. Auct. t. historia Con. Trid. lib.1. Surium in comm. ad A.35. Gennep. hist. lib. 3. Onuph. Panv. in vita Pauli 3.* De hoc legato ita Philippus ad Camerarium. *Nuncius Pontificius nil nisi meras nugas circumfert. De concilio nihil certi habet*, &c. Protestantium XV. Principes, & XXX. civitatum legati Smalcaldiæ congregati respondent Vergerio: *Quod Pontifex Mantuæ concilium designaverit, omninò se sperare, Cæsarem nec ab Imperii decretis, nec à suis promissis, quibus in Germaniâ cogendum caveatur, unquam discessurum. Nihil in Germaniâ periculi, ubi Ordines Cæsari soli obnoxii morem gerant, & secundum leges ubiq; tutissimo peregrini habeantur. Cautionem Pontificis de securitate, ad superioris ætatis actiones respicientibus, valdè fieri suspectam: Opus esse concilio libero. Quod itaq; de modo & formâ actionis non nisi in ipso conventu aperiendo proponatur, id non obscurè significare, nullam ibi fore libertatem, sed omnia ad Pontificis nutum relatum iri. Extat hæc responsio operum Luth. tom.2. Isleb. lib.9. Sleid. lib.9. c.20. Hordlederi de caus. bell. Germ. Mutilata à Gennepo lib. 3. sub anno 35. malitiosè contorta à Surio ad ann.* 35. Ad hunc Smalcaldiæ conventum Galliæ & Angliæ Reges legatum miserant hortantes, ne quem concilio locum darent, nisi de suo consilio, promittentes se contra facturos paria. Papa anno 36. mense Julio diplomate consilium publico promulgat ad annum sequentem Mantuæ habendum, quod exhibet *Hordl. lib.1. c.22.* Edidit posteà contra concilium hoc Pontificium Rex Angliæ scriptum, cujus auctor *hist. conc. Trid. lib.* 1. Sleid. *lib. XI.* meminerunt, & extat apud Hordl. *lib. 1. c. 30.* integrum. Mittitur à Cæsare Legatus ad Protestantes, Matthias Heldus Procancellarius; à Pontifice verò Episcopus Aquensis, qui eis concilii locum persuadeant. Sed frustra. *Vide Hordl. lib.1. c.26. Sleid. lib. XI de actis Legato-*

Protestantes Smalcaldiæ congregati deliberant.

Gallus & Anglus intercedunt concilio.

Papa indicit Mantuæ.

Legatorum plenè & integrè: Iejunè agentem Gennepum Sleidani plagiarium lib.3. & Surium ad ann. 37.

Princeps Mantua moram injicit.

IX. Ubi jam Fridericus Mantuæ Princeps concilium in urbe suâ indictum accepisset, Pontifici per internuncium significandum curat, necessarium esse tuendæ urbi præsidium, cumque illud alii, quam sibi subesse non conveniat, neque tamen suis sumtibus sit alendum, æquum esse, ut Pontifex in stipendia Præsidiariorum pecuniam subministret. Id verò Pontifex recusat, quod ad Ecclesiasticos in officio continendos quotcunque etiam ad concilium congregati fuerint, sufficiat unus aliquis Magistratus, quem ipse præpositurus sit, cum modico satellitio. At Princeps probè intelligens jurisdictionem etiam secum imperium trahere, nunquam se permissurum regerebat, ut in civitate suâ alius, quàm suus magistratus jus dicat. Quæ conditiones cùm duræ viderentur Papæ, omninò statuit, nullum concilium Mantuæ habiturum. Decreto igitur, concilium esse differendum, diplomate publico se excusavit, quod alienâ culpâ, non suâ id accederit, conciliique celebrationem usque ad Kal. Nov. differebat.

Aliud indictum, Vincentinum.

X. Novembri adveniente Pontifex novo diplomate illud Vincentiæ indicit, & propinquam hiemem causatus ad Kal. Majas anni sequentis 1538. extrahit, legatis tribus designatis, qui eò se conferrent, Laurentio Campegio, qui antea Clementis VII. legatum in Germaniâ egerat, Jacobo Simoneta, & Hieronymo Aleandro recens creatis Cardinalibus. Sed nihil causæ erat, quamobrem magis hoc quàm illud probarent concilium Protestantes, quod nec magis generale, quippe in quo non omnibus Christianis licebat promere sententiam; sed illi soli audiendi erant, qui decreverant Pontificis partibus adhærere, ut iidem essent actores, judices, rei, & Patroni. De loco idem obtinebat, quod contra Mantuam objectum. Erant, qui ita disputarent: Mirum, quòd Friderico,

A Protestantibus reprobatum.

Man-

Mantuæ Principi, civitatem ſuam denegare Pontifici licuit. Si enim Pontifici à Deo conceſſa poteſtas, quo lubet convocare Principes, cur non etiam illi conceſſum, quem velit locum deligere, & cogere Mantuanum Ducem, ut civitatem ſuam concilio commodet. Si verò Mantuæ Dux negando locum impedire poterat, cur non idem liceret cæteris Regibus & Principibus? Et quid ſi omnes Principes Pontifici civitatem denegarent, ubi iſta poteſtatis immenſitas? Quod M ntuæ ergò acciderat, Vicentiæ evenire poſſe metuendum erat. Quod & factum fuiſſe à Venetis, Vicentiam Concilio permittere recuſantibus, *teſtatur Servita in hiſt. conc. Trid. p.* 108. Vide quid Henricus VIII. Rex Angliæ diplomate publico huic quoque indictioni Pontificiæ oppoſuit, *apud Sleid. lib.* 12. *& Hordl. c.* 31.

XI. Anno 1542. Pontifex ad conventum Ordinum Spiræ celebrandum Johannem Moronum, Epiſcopum Mutinenſem legatum mittit, concilioque Ferrariam, Bononiam, Placentiam, vel ſi minus placituræ ſint, Tridentum offert. Diem Idus Auguſti dicit. Bulla, ut vocatur, id eſt, diploma Pontificis, habetur *apud Hordl. l. b.* 1. *cap.* 38. ejusque ſumma *Sleid. lib.* 14. *& Servita lib.* 1. Mittuntur à Pontifice die 26. Auguſti Tridentum Petrus P. Pariſius, Johannes Moronus, & Reginaldus Polus Cardinales, dato iis mandato, ut actionem nullam publicam inſtituant, niſi acceptâ prius mandati formulâ, quam ſuo ſibi tempore Pontifex miſſurus eſſet. Cæſar, cui in Italiâ tum temporis Rex Galliæ bellum intulerat anceps, quamquam hoc rerum ſtatu operam eam fruſtrà impendi videret, *Vide hac de re literas Cæſaris ad Pontificem apud Sleid. lib* 14. *& Hordled. c.* 39. *lib.* 1. Miſit tamen eò Mendozam & Granvelanum, ne quid Pontifex ibi quod Cæſari fraudi futurum tentaret, proviſuros. Ipſe Pontifex præter Legatos Epiſcopos aliquot miſerat, quibus maximè fidebat, cum mandato,

Aliud à Pontifice promiſſum.

dato, ut ſatis lentè ſe moverent. Pontificii & Cæſarei ad diem conſtitutum, ut actionum conciliique fiat initium inſtant. Legati Pontificis tergiverſantur, neq; pro dignitate cenſent tàm paucos concilium auſpicari. Cæſariani reſpondent, reformationis materiam tractari poſſe, quæ & magis neceſſaria, & tantis difficultatibus non obnoxia. Sed dum ita altercantur, nihil ſtatuitur; Sed res rejicitur ad Pontificem. Abit Mendoza, ſequuntur Epiſcopi Cæſarei, aliiq; ac tandem legati quoq; Pontificii, poſtquam ſeptem cõtinuos menſes otiosè ibi hæſiſſent.

Sed ſine fructu.

Indicitur Tridentinum ſecundum.

XII. Anno 1544. in conventu Ordinum Spiræ concilii mentio refricatur, cumque inter Regem Galliæ & Cæſarem pax fiebat, in hæc capita inter alia convênit: Ut uterque pro virili veterem religionem propugnaret, curiæque R. emendandæ invigilaret. Pontifex ut hanc Regum ſollicitudinem anteverteret, diploma evulgat, quo concilium Tridenti inſtauratur, & ad Idus Martias anni ſequentis inchoandum ſignificatur. Proteſtantes verò Wormaciæ conventu diſſoluto cauſas cur repudient concilium Tridentinum ſcripto complexi, edunt. Nihilominus procedebat concilium Tridenti. Et jam aliquam multos articulos pertractaverant ſeſſionibus aliquot, cum Præſules Hiſpani, cum aliis ſuarum partium, duce Cardinali Pacieco ſtatuunt, ſi ratio hactenus in congregationibus obſervata, porrò valitura ſit, nihil quod Eccleſiæ magnopere interſit, definiri poſſe. Nam benè à quoquam monita ab iis, qui actiones Synodi moderentur, diſſimulari, aut contentionum nube involvi. Itaque hanc rationem mutandam ſtatuunt; & poſtulata omnia ſcriptis mandanda, ut aliquid tandem certi definiri poſſet. Id ut facto ipſo exequantur cenſuram ſuper capitibus propoſitis ſcriptam Legatis Pontificiis in congregatione exhibent. Legati tàm cenſurâ ipsâ, quàm exhibendi formâ, & cenſorum ingenio commoti, rem ad Pontificem deferunt. Is veritus, ne

Quod & habetur.

conci-

concilium suæ aulæ aliquid monstri parturiat, ideò circumspiciebat, quomodo his se difficultatibus explicaret: Inveniebat autem nullum aliud rerum suarum firmamentum, quàm translationem concilii Tridento Bononiam, in eundem scilicet locum, ubi plena absolutaque sibi esset potestas, sed ita id aggrediendum statuebat, ut culpa translationis non in se, sed in Legatos redundaret. Legati consilium ut cautè exequantur colorem translationi quærunt, ex morbi pestilentis metu, quam scenam Medici non inscitè exornabant. Fit igitur decretum Cæsareis nec quidquam contradicentibus, de transferendo Bononiam concilio, quamvis nemini non suboleret, hoc Pontificis esse artificium. Et jam nemo dubitabat, hoc concilium minimè liberum, sed maximè Pontifici servum esse. Nam si duo Legati Pontificis Præsulibus omnibus convocatis poterant edicere, ut Tridento discederent, eosque pœnarum, censurarumque interminatione constringere, quæ amabo illa erat libertas? *Dissolvitur & transfertur Bononiam.* *Cæsare interdicente.*

XIII. Cæsarem quidem hæc translatio pessimè habebat, mandantem etiam, ut Tridenti subsistentes Patres, inde ne pedem moveant. Egit insuper cum Principibus protestantibus, ut concilio se submitterent, quibus prolixè operam suam promisit, ut in concilio ipsis satisfieri posset. Assentiuntur, Palatinus, Mauritius Saxoniæ Dux, ut & Electoris Brandeburgici aliorumque Legati. Et Palatino verò Imperatoris preces minarum instar erant, ob recentem anni superioris offensionem, quæ vix dum cicatricem duxerat. Mauritio itidem objecta quasi quædam necessitas secundas agendi Cæsari, à quo nuper Electoratus beneficio auctus, & ut Landgravio socerô eò facilius liberationem impetraret. Civitatibus verò periculosum videbatur omnibus indifferenter concilii decretis se permittere. Itaque cum satis multum cum iis egisset Granvellanus, tandem Cæsari respondent, se qui- *Et ut Tridentum redeant postulante.* *Consentiunt Protestantes.*

dem Principum ſententias corrigere nolle, quid tamen ſibi videatur ſcripto complexas eſſe, in quibus conditiones continerentur, quousque concilium approbent. Cæſar contentus ſibi in ſpeciem obediri ſcripto haut lecto, adquievit, ſic utrique placuit, ſuum agentibus negotium, decipi velle. Inde Cæſar Cardinalem Tridentinum ad Pontificem ablegat, ut reſtituatur concilium Tridento: Sed cum Pontifex amplius deliberandum ducebat, Cardinalis re infectâ abit. Mendoza verò orator Cæſareus, niſi reſpondeatur Cæſari, de Synodi Bononienſis vitio ſe proteſtaturum minatur. Pontifex Patres Bononiæ conſulit, quid de poſtulatis Cæſareis habendum, illorum tergiverſantium reſponſum Mendozæ mox impertit, qui perſpectâ eorum obſtinatione jamjam proteſtaturus erat, ſed interventu Cardinalium differebat, donec Cæſar hac de re reſpondiſſet. Mittuntur à Cæſare Bononiam Franciſcus Vargas, & Martinus Velaſcus, qui interpellati in oratione â Cardinali Montanò, ſemel atque iterum, Cæſaris nomine, de Synodi Bononienſis vitio proteſtantur publicè. Eandem proteſtationem Mendoza coram Pontifice in conſiſtorio Cardinalium iterat. Pontifex arctas ſe conjectum in anguſtias videns, novas invenit ſtrophas, ne videretur in eorum partibus eſſe, viam excogitatam habet, quâ tranſlati concilii cauſa ad ſe tanquam judicem potius delata, neque proteſtatio contra ipſum, ſed coram ipſo proponenda fuiſſe videatur. Itaque oratorio Cæſareo imputat fuiſſe mandatum Cæſareum hâc in parte transgreſſo, quaſi Cæſar Mendozæ mandaverit, ut coram Pontifice à Cardinalibus contra concilium Bononienſe, non contra Pontificem proteſtaretur, ſed Mendoza proteſtatur denuò, in priore proteſtatione formam nequaquam mutatam. Sed poſtquam concilium toto biennio Bononiæ obdormiviſſet. Pontifex die VII. Nov. febre correptus, ex eâ poſt triduum deceſſit.

Pontifex moritur.

XIV. Suc-

XIV. Succedit Cardinalis Joannes Maria Montanus, nomen Julii III. assumens, ad quem Cæsar concilii instaurationem per oratorem sollicitat. Multum hac de re cum intimæ admissionis amicis deliberat. Tandem animos resumit concilii continuandi, idque Cæsari, & Galliarum Regi renunciari jubet. Habentur comitia Imperii ordinum Augustæ, proponitur de concilio prosequendo, de servando decreto, quod Interim dicebatur, de bonorum Ecclesiæ restitutione & jurisdictione recuperandâ. Urget Cæsar Pontificem, ut diploma indictionis conficiatur. At Pontifex nihil à se actum putabat, nisi ejus certus esset, Protestantes decretis priori Synodo factis staturos: Sic placuit hoc tanquam indubitatum, & jam concessum acceptare in diplomate. Ita enim futurum, ut siquidem diploma ad conventum Ordinum delatum Germani approbarint, jam habeat, quod velit Pontifex: Sin improbent, in comitiis hanc controversiam agitari oportere, adeoq; Pontificem hâc modestiâ liberatum iri. Exiit ergò diploma, cujus summam repræsentat *Servita lib 3 p.344.* Profitebatur in eo Papa, se præsidere velle actionesque dirigere: Igitur Cæsar Nuncium Apostolicum, ut Bullam quadamtenus temperet Pontifex, appellat, Oratorique suo scribit Romæ, ut hoc à Pontifice impetret. Sed Julius nihil mutabat, quæ fuit causa, cur lecta Bulla in conventu Ordinum tàm Protestantes, quàm Catholicos offenderit. Nihilominus concilium iterum coibat, & habebatur Sessio XI. At in Germaniâ Mauritius Dux Saxoniæ mittendis Tridentum Theologis, Philip. Melanchthoni aliisque mandat, ut doctrinæ capita in concilio exhibenda conscribant, Doctoresque Theologiæ ad ea examinanda Lipsiam convocat. Post Cæsari nunciat, paratos esse Theologos, sed fide publicâ nondum idoneè cautum. Quippe Constantiensi concilio decretum, ut inquiratur in eos, qui ad concilium venissent, etsi Cæsar ipsis satis

Cui succedit Julius.

Comitia Augustana.

Continuatur concilium Tridenti.

 cavisset,

cavisset, id quod cremato Johanne Husso satis comprobatum. Itaque & concilii Patres fidem suam interponant, cæteroquin neminem suorum venturum ad concilium. Id tandem Cæsar à Pontifice quantumvis ægrè impetrat. Formulam hujus, quam vocant, Salvi conductus, habes apud *Servit. lib.* 3. *p.* 384. Sed ea admodum captiosa Protestantibus visa, suspectaque in primis clausula ejus, quantum ad ipsam Synodum spectat. Hanc enim Pontifici januam relictam, per quam concilii dignitate incolumi, agere quicquid libeat, possit. Illud quoq; de certorum judicum ordinatione pro delictis admissis & admittendis, decipulæ quoddam genus continere. Itaque communi consensu concluditur, nisi ejusmodi cautionem, qualis à concilio Basileensi Bohemis fuerat concessa impetrent, dein omnes controversiæ scripturâ sacrâ judice decidantur, se excusatos esse velle Cæsari, dum non compareant.

Legati Wirtenbergici eunt Tridentum.

XV. Nihilominus Ducis Wirtenbergici Legati eunt Tridentum, confessionem ibi concilio exhibituri, Legatum Cæsaris, Comitem Monfortum adeunt, atque in concilio admitti postulant. Sed à Cardinali Crescentio ad Legatum Pontificis salutandum, amandantur: Excipiunt, cum Papa sibi nihil esse, quem Germania Præsidem concilii non agnoscat. Veniunt post & Mauritii Saxonis eodem Legati, voce, scriptoq; postulantes, ut plenissimè Theologis Saxonicis fide publicâ caveatur. Novus impetratur salvus, ut dicitur conductus, cujus relationem vide *apud Servitam lib.* 4. *p.* 415. quo de Principes suos consulunt oratores. Interim pergebatur à patribus concilii strenuissimè. Protestantium Legati, licet in multis de jure suo concedentes, *Servita p.*421. & Cæsarianis etiam adnitentibus actionis initium non impetrant. Interim Mauritius Saxo armatur adversus Cæsarem, nuncioq; Tridentum delato, de Augusta per Mauritium capta Patres concilii occasionem nacti omnes in fugam vertuntur. Publicato ergò decreto suspenditur concilium.

Et Mauritii Saxonis.

XVI.

XVI. Anno 1559. creatus Pontifex Johannes Angelus Medicinus, posteà Pius IV. cogitationem de instaurando concilio rursus suscepit. Mittitur anno sequente Bulla in Galliam, Germaniam, Poloniam, Moscoviam, Angliam. Interim anno 61. Protestantium Principes, Naumburgi Thuringorum congregati de duobus consultabant, primò quomodo in unam confessiones eorum harmoniam consonent; deinde ut de concilio deliberent. Eò veniunt duo nuncii Pontificis & tres oratores Cæsarei. Illis responsum, Lutheranos nullam in cogendo concilio Pontificis potestatem agnoscere. *Extat responsio apud Hordled.c.46.* Simili ferè responso, & à civitatibus Imperialibus, Friderico Daniæ Rege, Elisabethâ, Regina Angliæ, Duce Borrussiæ excepti fuere. Rex Galliæ ad oratorem suum Romam scribit, in diplomate Pontificio nonnulla emendanda, antequam à se accipiatur. Protestantes porrò anno 1562. Francofurdiæ denuò causas, ob quas concilium Pii IV. improbent, in scripto exhibent, quod Scriptum Goldastus inter politica imperialia recepit *parte 27.fol.*1266. habetur etiam apud eundem in Polit.Reichsh.*p.*452.*& p.*744. *adde caput 47.Hordl.* *Tridentinum tertium instauratur,*

XVII. Quòd Mantuanum & Vincentinum concilium attinet, recusabant id Protestantes, quia à Pontifice indictum. Non esse Synodum veram & legitimam, in quâ Pontifices, qui injustâ damnatione Ecclesiam oppresserint, res cognoscerent, ex suis traditionibus ac consuetudine, contra Dei verbum pronunciarent. Christum cùm constitueret summum Ecclesiæ judicium his verbis: *Dic Ecclesiæ*, prohibuisse tyrannidem, certè voluisse, ut Ecclesia ex verbo Dei statuat, non ex humanâ aliquâ auctoritate. Vide Protestantium rationes apud *Goldast.pol.Imp.par.28.fol.* 1200. *Hordled.* B.U.*lib.*1.*c.*29.*n.*7. Desiderasse se concilium liberum, quale futurum non sit istud, à Pontifice promulgatum. Summum *Causa recusati Concilii Mantuani, Prima.*

mum in Ecclesiâ judicium nequaquam esse Pontificis, sed ipsius Ecclesiæ, hoc est, non tantùm Episcoporum, sed etiam Regum, Principum, & aliorum Ordinum, qui & ipsi sint Ecclesiæ membra. Pontificem cum suis hîc esse partem, ideò ei non esse permittendam cognitionem & judicium, cùm & jus divinum & lex naturæ clamitent, nemini permittendum, ut judex sit in propriâ causâ. Se Romanum Pontificem & ei addictos accusare de hæresi & de idololatriâ, quarum maximarum rerum dijudicationem etiam canones tribuant Ecclesiæ non Pontifici.
II. Deinde Pontificem non solùm partes Rei sustinere, sed multis præjudiciis jam damnavisse Protestantium causam. Exstare Bullam Leonis contra doctrinam, quam ipsi profiteantur. Damnari eandem doctrinam quotannis in Bullâ cœnæ. Mandare Pontificem ubique, ut exerceatur in omnes sævitia hanc religionem sectantes. Jure igitur suspectam esse hanc Synodum, Papâ non edicente, se judicium permissurum esse his, qui parti neutri obnoxii, sed suos disertè vocante.
III. Porrò in ipsâ Bullâ statim se à Pontifice damnari, in quâ non promittat cognitionem & disputationem, sed simpliciter ajat, indici Synodum propter nuper exortas hæreses, item, ad exstirpationem hæresium. Quod etsi in speciem generaliter videatur dici, tamen Papam haut dubiè suam Protestantium notasse doctrinam. Neque enim errores, quos ipse defendat, hæresin appellaturum esse. Imò in Bullâ reformandæ curiæ, ubi causas indicti concilii referat, signatè dicere, factum, ad exstirpationem Lutheranæ hæreseos. Quare amentiam esse, in hanc Bullam consentire. Hoc enim facto & faterentur doctrinam suam esse hæresin, & pollicerentur operam ad
IV. eam exstirpandam. Deinde in Bullâ nullam fieri mentionem de formâ processus. Quare si hoc tantùm agatur, ut quisque domo suâ secum ex Bullâ informatum afferat præjudicium,

dicium, quòd hæc doctrina sit hæretica, & post eatur in suffragium, quòd communibus armis exstirpanda sit, non hoc concilium fore, sed tyrannicam oppressionem. Quinto illud certè non passurum Pontificem ut judicentur controversiæ ex Evangelio & apostolicis scriptis, sed volet eos judicari ex Pontificum traditionibus, ex consuetudine, ex humanis opinionibus, & ex recentium conciliorum decretis. At hoc ipsum esse controversum, an traditiones pugnantes cum verbo Dei valere par sit. Allegabant insuper exempla Patrum synodos defugientium, quibus suspicabantur, veritatem nequaquam iri promotum. Nempe ad synodum Antiochenam, à Constantio Imperatore coactam, accedere noluisse Maximum, Episcopum Hierosolymitanum, quod sciret, in quas partes inclinaret Imperator. *Histor. Tripar. lib.* 4. *c.* 9. Athanasium, quamquam venisset in synodum Tyriam, tamen inde fugisse ad Imperatorem, postquam vidit, ab ipsâ synodo subornatos, qui veritatem per calumniam opprimerent. Nec venisse in Seleuciam, quo Cæsar eum vocarat. *Ruffin. hist. Eccl. lib.* 10. *c.* 17. Denique locum concilio designatum non esse in Germania prout debebat, de communi Cæsaris & omnium Ordinum consensu, sed eâ in regione, in quâ Papa contrahere plurimos sibi addictos possit. Sed apud exteras nationes infinitis calumniis obrutos, è re itaque fore, ut exteri in Germaniam veniant, statum ejus Ecclesiasticum visum, tutum non esse præterea Mantuæ commorari. Et hæc quoque eadem Tridentinæ synodo opponebant.

V.

VI.

XVIII. Restat, ut justitiam hujus recusationis examinemus. Et primò, an Pontifici jus convocandi concilium rectè negatum fuerit. Sanè hæc potestas & naturali jure, & praxi Ecclesiæ veteris fuit ejus, qui cum sum̃o imperio fuit. Cuicunque enim summa reipublicæ administratio competit, ei omnia commissa sunt, sine quibus beatè tranquillèque in

 republi-

republicâ vivi non poteſt. Poſito enim fine, ponitur jus ad media quælibet honeſta & poſſibilia. Inter quæ cùm vel præcipuum ſit religio ejusq́ue (*teſte Ariſtotele 7.*) *Pol.* 8. ubi ait: ὧν ἄνευ πόλις οὐκ ἂν εἴη πρώτων ἡ περὶ τὸ θεῖον ἐπιμέλεια.) conſervatio, quæ obtinetur etiam per concilia, nemini uni hoc jus ſubjiciendum eſt, quàm ſummæ poteſtati. Hinc Nicæum à Conſtantino, Conſtantinopolitanum à Theodoſio, ut & Epheſinum, Chalcedonenſe à Martiano, Conſtantinopolitanum à Juſtiniano indictum. De Nicæo teſtatur Euſebius de vitâ Conſtatini *lib.*3.*c.*6. Socrates *l.*1.*c.*5. Sozomenus *lib.*1. *c.*16. Theodoretus *lib.*1.*c.*7. Ruffin.*lib.*1.*c.*1. De Conſtantinopolitano.I. Socrates *lib.*5.*c.*8. Sozom.*lib.*17.*c.*7. Nicephorus *lib.*12. *c.*10. De Epheſino Evagrius *lib.* 1. *c.* 3. Socrates *lib.*7. *c.*33. De Chalcedonenſi acta ejus, initio, apud Binnium *tom.* 2. *p.* 34. Carranzam *ſum. concil.p.*270. Itemq́ue inſcriptio literarum ad Martianum, apud eundem Binnium *actione* 3.*p.*215. Et in L. *nemo clericus.* 4. *C. de Sum. Trin.* Marcianus, ea, quæ de Chriſtianâ fide à Sacerdotibus, qui Chalcedone convenerunt, per ſua præcepta ſtatuta eſſe. Sigebertus *anno* 452. jubente Imperatore Marciano quartam ſynodum habitam refert. Confer *can.ſancta. diſt.* 15. *c. habeo librum. diſt.* 16. *& can. ſexta. diſt. eâd.c.Hadrianus.* 22. *diſt.* 63. De Conſtantinopolitano Nicephorus *lib.*17. *c.*27. & acta ejusdem concilii.

XIX. Quamvis verò Baronius *tom.* 3. *ann.* 324. *in f. &* 325.*n.*13. Conſtantinum, auctore Sylveſtro, concilium Nicænum convocaſſe velit, nil tamen adfert, quo id probare queat. Bellar ninus autem, *de Concil. & Eccleſ. lib.*1. *c.*13. in hanc rem producit, quod in ſextâ ſynodo, *act.*18. legitur, Conſtantinum & Sylveſtrum ſynodum Nicæam congregaſſe. Sed ipſe Bellarminus hanc ſynodum ſextam corruptam contendit *lib.* 4. *de Rom.Pont.c.*11. *& Baron. tom.*7. *an.*680. *n.*36. nec ſine causâ. Nam & alibi falſi deprehenditur, dum ſcilicet ſynodum V. à Juſti-

Justiniano & Vigilio congregatam asserit, cùm tamen in eâ Vigilius nullas habere partes voluit. Nec desunt historici, Sozomenus *lib.1.c.17.* Niceph. *lib.8.c.14.* Beda *in chron.* qui negant, Sylvestri tempore fuisse Nicæum concilium celebratum. Sed Bellarminus quatuor adfert prætextus, cur Imperatorum operâ usi fuerint Pontifices in conciliis indicendis, quarum prima; quia tunc adhuc vigebat lex illa Imperialis, quæ prohibebat omnia collegia, & frequentes hominum conventus, sine Imperatoris auctoritate *l. 1. ff. de Coll. illic. & l. conventicula. C. de Episc. & Cler.* Deinde, quia tum temporis non poterat fieri concilium, nisi in aliquâ urbe Imperiali. Nullam autem sinere rationem, ut in aliquo loco, ex toto orbe conventus fiat, sine domini permissu. Tertiò, quia eo tempore concilia generalia fiebant sumtibus publicis, præsertim quoad transvectiones Episcoporum ad locum Concilii. Quartò, quia eo tempore Pontifex in temporalibus se subjiciebat Imperatoribus, ideò non potuisse, invito Imperatore, aliquid agere, & cum tantum debuisset petere ab Imperatore auxilium, ad convocandam synodum, vel ut permitteret synodum convocari, tamen quia dominum suum temporalem eum agnoverit, supplicasse, ut juberet convocari synodum. Id verò nunc mutasse, ex quo facti & Pontifices Principes temporales. Sed ut dixi colores quàm causæ, verius erant ista: Si enim jus Imperatoribus non fuit, concilia convocandi, certè per hanc rationẽ effici non posset, ut Principum jussu convocari ea oportuerit sed hoc duntaxat sequetur: si sine permissu Principum, & ope transvectionis non licet societates coire, in certo loco Principi subjecto, oportet ut id fiat cum permissu, impetrato duntaxat diplomate circa vecturas non verò, ut fiat, Principum ipsorum vocatu auctoritate & indictione. Ut non jam dicam, si illorum temporum Episcopi jus conveniendi habuissent, vero nequaquam simile fieri, ut pro-

pter transvectiones se subjecturi alienæ potestati fuissent. Quod responso Liberii egregiè firmatur, qui in causâ Athanasij Epicteto, Episcopo Ariano respődebat; Negotia Ecclesiastica publicam vecturam non desiderare, quandoquidem Ecclesiæ ad Episcopos suos ad mare usque deducendos satis habeant facultatum. *Theodor. lib.2.c.16.* Quod quartam attinet rationem, benè est, quòd Bellarminus agnoscat & fateatur, quòd Pontifices in quantum in temporalibus subjecti fuerint Imperatoribus, conciliorum congregationem ab Imperatoribus impetrare coacti fuerint. Aut igitur adhuc hodie, ut Pontificum talium successores concilia indicunt, & oportet ut non minus se Imperatoribus subjectos agnoscant: Et in convocatione concilii pendebunt ab Imperatoribus, nisi docebunt, se privilegio hanc potestatem abdicativè impetrasse: Aut ut Principes seculares supremum non agnoscentes indicunt, & sic concedunt, Principum secularium esse, ex curâ eorum propriâ & quam habent vi coactivâ, concilia cogere. Et sic non poterunt evocare Episcopos alieni, sed sui duntaxat Principatus, adeoque non majorem habebunt potestatem circa concilia, quàm quis alius Princeps secularis.

XX. Eodem modo quod Bellarminus *lib.1.c.13.de Concil.* de Constantinopolitano primo objicit, ex Theodoreto, Theodosium non tam illud indixisse, quàm literas Pontificis Damasi, quibus concilium indicebatur, ad Episcopos misisse, parum habet roboris. Quas enim ex Theodoreto affert literas, non fuêre Episcoporum, qui in hoc conciliò erant congregati: sed qui sequenti anno, post primum Constantinopolitanum iterum contra Macedonianos & alias sectas convenerunt. Deinde literæ istæ non ad Damasum solùm; sed concilium ex Orientis & Occidentis Episcopis congregatum dirigebantur, ut docet inscriptio. Nec Damasus, sed totum concilium per literas Imperiales invitabat ad se Orientales.

Scribit

Scribit enim Theodoretus *lib.1.c.8.* Patres illos Orientales Epiſtolam à concilio Epiſcoporum in Occidente coactorum, accepiſſe. Denique non fuit hæc convocatio, pro jure poteſtatis ſuæ emiſſa: Sed nuda exhortatio.

XXI. Quod autem Epheſino primo Baronius opponit *tom.5.ann.* 430. *n.* 61.62.63. Theodoſium cum Cæleſtino egiſſe, ut hujus auctoritate indiceretur concilium, Cardinalis ſunt ſomnia. Quæ ipſa refutat ſynodus *tom.1.concil. poſt acta Syn. Eph. in libello ſyno. conſtit.* Ita enim ad Cæleſtinum: *Quoniam neceſſitas poſtulavit, ut quæ conſecuta ſunt in hac ſanctâ ſynodo, omnia ad ſanctitatis tuæ cognitionem referantur, neceſſariò ſcribimus, quod ſecundum voluntatem ſervatoris noſtri, & ſanctitatem pientiſſimorum, ac Chriſti amantium Imperatorum, in Epheſiorum Metropoli Epiſcopi congregati ſumus.* Et apud Cyrillum *inter epiſtolas ſynodales ep.9.* ita ad Imperatores idem ſcribit concilium: *Regia veſtra & Chriſti amans majeſtas, pientiſſimi Reges, à pueris zelum circa fidem & canones declaravit, cujus etiam gratiâ orbis Epiſcopos ad Epheſiorum civitatem concurrere, piâ ſanctione præcepit.* Vide omninò M. A. Dominis *de Rep. Eccl. lib. 6.c.5.à n.5.*

XXII. Idem jus in convocandis non ſolùm provincialibus, ſed œcumenicis etiam conciliis exercuerunt Imperatores Francici. Hincmarus Rhemenſis *epiſt.6.c.27. Iuſſio apoſtolicæ ſedis, & præceptio Domini noſtri Karoli* (is erat hoc nomine III. cognomine, Craſſus) *Imperatoris Auguſti nos ad ſynodum, ſicut præcipiunt regulæ vocare decreverit pro talibus, quæ fortè provinciali nequiverint examine definiri, maximè in causâ fidei, vel generalis religionis, ſicut in apoſtolicæ ſedis Pontificum, & in epiſtolis legimus Auguſtorum. Quoniam Imperatorum auctoritate convocatas generales ſynodos & in hiſtoriis Eccleſiaſticis, & in epiſtolis apoſtolicæ ſedis Pontificum reperimus.* Et Ludovicus II. Imperator apud Eutropium Longobardum: *Erectus eſt*

Imperatores Francici jus convocandi concilia exercuerunt.

Regius honor contra apostolicam dignitatem, objiciens ei antiqua Patrum statuta, non licere Prælato (scilicet, Nicolao Papæ) *excommunicare Episcopum, inconsulto synodali concilio. Et quia synodus non à Papâ, sed ab Imperatore vocari deberet.* Quin eo tempore toties synodi habebantur, quoties & comitia. Bis nempe in anno, aut saltem semel. Nam conventus Imperii ferè duplex erat, politicus & Ecclesiasticus, cui utrique Imperator cum summâ potestate præsidebat. Cum consilio ergò Episcoporum & Prælatorum Ecclesiastica, cum consilio Ducum & Comitum politica promulgabantur capitula. *Vide præfat. Gold. ad Regem Britan. tom. III. Constit. Et c. 19. Replic. pro Imp.* Non ergo Pontificis est, concilium colligere. Atque adeo, quia jus vocandi eum deficiebat, non solùm impunè, sed & justè non paruerunt vocanti Protestantes *per l. ult. ff. de Iurisd.* Neque enim dubium est, quin jus convocandi concilium sit actus superioritatis, ut citatio vel in jus vocatio qualibet actus jurisdictionis est. At verò Protestantes Ordines superioritatem in se Pontificis, neq; in Ecclesiasticis, neq; civilibus recognoscunt ullam, adeò, ut neq; jurisdictionem in præparatoriis, neque imperium in executivis adversum eos ei competat.

Locus concilii an idoneus.

XXIII. Succedit nunc altera quæstio, de justitia exceptionis Protestantium, de loco non idoneo. Nititur ea aliquam multis decretis Imperialibus, quibus concilium in Germaniâ habendum sancitur. Videantur recess. Noriberg. *anni* 24. Augustanus & Spirensis, *anno* 26. *&* 29. Ratisbonensis 32. *&* 41. Spirensis 42. Noribergensis 43. Spirensis 44. Augustæ, *anno* 55. Ratisponæ *anno* 27. Augustæ, 59. Jam neque Mantua, neque Vicentia, neque Tridentum ad Germaniam pertinent. Nam quod ad Tridentum attinet, de reliquis enim res clarior, quàm ut probari oporteat, à Tuscis primùm condita, vel, ut Trogus asserit, à Gallis Cenomanis, diu subditione populi Romani fuit, inde ab Gothis vexata, multosque

annos

annos possessa, quibus Italiâ emotis, in Longobardorum, hisque victis, in Cæsarum fuit potestate, donec anno 1377. ab Wenceslao Pontifici donata. *Vide. Platina in Gelasio, Blondus lib. 9.* Consentiunt autem in hoc veteres pariter, atque recentes Geographi, quod Germaniæ urbs non sit. Ptolemæus in Genomanis locat: Plinius in mediterraneo regionis X. numerat *lib. 3. c. 19.* & Strabo *lib. 4.* Vide Cluver. *Ital. ant. lib. 1. fol. 115. n. 20.* Merulam *Ital. nov. p. 2. lib. 4. p. 944.* Atlant. *de Comit Tirolis & Marc. Tarv. f.* Hinc Protestantes apud Hordlederum B. U. *lib. 1. c. 47. fol. 649. n. 18. & seqq.* Nun kan aber Trient/für keine Stadt Teutscher Nation geachtet werden/ nicht allein ihrer situ und Gelegenheit nach/(denn sie von den Cosmographis in die Tafel Italiæ gesetzet/und unter den welschen Städten gezehlet wird/) sondern auch von wegen der Sprache/so alhier fürnemlich gebraucht wird. Denn wissentlich/daß die Italiänische Sprache in dieser Stadt die rechte angeborne/gemeine/und übliche Sprache ist/und sehr wenig befunden werden/so die Teutsche Sprache reden oder verstehen. Deinde vel propterea locus non erat tutus, quod Tridentum non sit Imperialis urbs, sed Episcopo suo subdita, qui Pontifici Romano obnoxius & juratus &c. Cardinalium numero esset. Ita ut nec ratione causæ, quæ damnata jam dudum papali fulmine, quod in hoc Episcopatu pro justo ac valido agnoscebatur, neq; personarum securitas ibi speranda. At verò citatus ad locum non tutum non tenetur comparere. *Clem. Pastoralis §. numquid. de re jud.* Et Abbas Panormitanus, *tract. de concil. Basil.* statuit concilium, quòd Basileæ celebratum est, ut maximè Ferrariæ indictum, tamen ab Eugenio in Germaniam debuisse transferri, propter clientum Pontificiorum in Italia potentiam & multitudinem. In primis autem propter decretum concilii Constantiensis, quo hæreticis (quomodo Lutheranos calumniosè traducunt Pontificii) fides servanda esse negatur.

XXIV.

An concilium Tridentinum universale.

XXIV. Tertia recusationis causa erat, quòd concilium Tridentinum, quale promissum erat, universale non esset. Tale enim concilium non soli constituunt clerici, sed omnes omnium ordinum fideles. Non quidem hoc pacto, ac si tota Ordinum multitudo intromittenda veniat, qualem Bellarminus nostratibus opinionem affingit *lib.* 1. *de concil. c.* 15. sed ut ex singulis Ordinibus certæ personæ delegentur, quæ nomine universorum in concilio compareant. Hinc rectè Marsilius Patavinus: Defens. Pac. *Ad hanc congregationem fideles omnes obligantur, licet diversimodè. Sacerdotes quidem, eò quod eorum sit legem docere, secundum ipsius rerum sensum, & ea procurare, quæ ad ipsius sinceritatem proficere possint, errores contrarios reprobare, ab ipsis quoq; suis exhortationibus, argutionibus, increpationibus homines revocare. Propter quod in personâ omnium Apostolorum loquens Apostolus* 1. *Cor.* 9. *dicebat: Necessitas mihi incumbit, væ mihi, si non Evangelizavero. Obligantur autem sacerdotibus consequenter amplius reliquâ multitudine qui periti fuerint in lege divinâ, debent enim his aliquot excitare & convenire sacerdotibus, præsertim, si sufficienter ad hæc requisiti fuerint vel mandati. Quoniam scienti facere bonum, & non facienti, peccatum est illi, ut scribitur Iacob.* 4. Accedit, quòd non minus ad Laicos pertineat, probare spiritus, num ex Deo sint. 1. *Ioh.* 4. Imò probare omnia, quod bonum est tenere. 1. *Thess.* 5. Et Nicolaus I. Papa *Epist.* 8. *ad Michaëlem Imperatorem* ait: *Vbi legistis Imperatores, antecessores vestros in synodalibus conventibus interfuisse? Nisi forsitan, in quibus de fide tractatum est, quæ universalis est, quæ, omnium communis est, quæ non solùm ad clericos, verùm etiam ad laicos, & ad omnes omninò pertinet Christianos.*

An liberum.

XXV. An minus liberum fuerit videndum nunc est. Est autem libertas cùm in agendo, quâ dissentientibus liberum est ad concilium mittere quos voluerint, & idoneos repererint.

rint. Tum in disquirendo, ut sententiæ liberè conferantur, quid altera pars circa alterius doctrinam desideret liberè exponatur argumentaque confidenter examinare liceat. Lutherus hanc libertatem ita depingit *tom.8. Ien.fol.234.* Freyheit / daß im concilio die Zungen und Ohren frey seyn sollen / daß ein jeder / und sonderlich die verordnet werden zureden / hören und handeln allerseits / frey mögen sagen / klagen und antworten / was zur Sachen dienet / die Kirch zu bessern / Ergernüß und Mißbrauch außzureuten / insonderheit aber und für allen Dingen / daß GOttes Wort / und die Heyl. Schrifft frey und unverbunden ihren Gang / und Recht habe / nach welcher man alles richten und urtheilen solle. Das heist frey / do das Concilium frey / und die Schrifft und der Geist frey sind. Protestantes id hoc modo describunt *apud Hordl.* B. U. *lib.1.fol.652.n.* 24. Liberum und frey heist: das ohne einigen Zwang ist / da man auff niemands Willen / Wohlgefallen / Erlaubnüß / oder Gebott sehen darf / und sich niemands keiner Ungnade / Abgunst / Widerwillens / oder einigen Schadens / und Verlusts zubefahren hat. Sondern ein jeder aller Dinge frey steht / sicher ist / und ohne alle Sorge und Schew / die Warheit frey rund heraus / wie ers im Hertzen hat / einem jeden unter die Augen reden darff. Ejusmodi autẽ παῤῥησίαν minimè omnium fore permissam facilè odorabantur Protestantes, ex quo Pontifex & præjudicio iniquissimo Protestantium causam jam ante damnasset, atque ita personam Judicis exuisset, ut partium indueret, Liberum autem quis dixerit judicium, ubi futurus Judex partibus accedit, & patrocinatur, partemque inauditam alteram condemnat? Ubi pars altera voces decisivas sibi sumit soli? Et papatum defendere jurata est? Sic enim sonat Episcoporum jurisjurandi formula: *Ego N. Episcopus, ab hoc horâ inantea fidelis ero S. Petro, sanctæq; Apostolicæ Romanæ Ecclesiæ, Dominoq; meo Papæ, ejusq; successoribus canonicè intrantibus. Non ero neq; in concilio,*

cilio, neq; in facto, ut vitam perdat, aut membrum, vel capiatur malâ captione: concilium, quod mihi aut per se, aut per literas, aut per Nuncium manifestabit, ad ejus damnum nulli pandam. Papatum Romanæ Ecclesiæ, & regulas sanctorum Patrum adjutor ero ad defendendum, & retinendum (salvo ordine meo) contra omnes homines &c.

Colloquia instituta.

XXVI. Satis pro instituto, de conciliis. Videamus & colloquia. Confessione enim Lutheranorum editâ, cœpit illicò Augustæ agi, utrum conciliari nostrates cum Ecclesia Rom. queant, in hunc finem colloquiô ibidem institutô. Agunt de eo præter Sleidanum *lib.7. Chytræus hist. A. Confess. p.* 239. item libellus, qui inscribitur, **Bericht was den Christlichen Glauben zu gut auf den Reichstag zu Augspurg** anno 1530. ge**handelt worden** *apud Hordl.* **B.II.** *p.* 60. Sed cum Nostrates in partes Pontificiorum transire negarent, publicoque decreto, quem recessum Imperii vocant, die 19. Nov. doctrina Lutherana damnaretur, præcipereturque, ut in iis, quæ pertinerent ad fidem atque Dei cultum nihil quicquam immutaretur, qui contra faceret, corporis atque vitæ, seu bonorum discrimen subiturum; ejusmodi tractatio & compositio ann. 1540. denuò tentata, Saxone atque Landgravio ab Imperatore per literas citatis, ut Spiræ, vel si per metum contagionis ibi non liceret, Hagenoviæ ad diem 6. Junii ipsi coram adessent. Habetur promulgatio Cæsarea *apud Hordled.* **von Urs.** *lib.1.c.32.*

Quorum Hagenoviense indictum tantum.

XXVII. Sed recusarunt præsentiam suam accommodare duo isti Principes, ut ex responso, quod IX. Maji ejusdem anni dederunt, patet. Quo Imperatori in memoriam revocant, quod ab initio hujus dissidii in comitiis Imperii hæc sola ratio idonea visa fuerit omnibus, ut legitimum haberetur concilium aut provinciæ Germaniæ conventus. Quum autem aliis ob temporis angustiam ea ratio deinde parùm commoda visa fuerit, Francofurti placuisse, ut antequam de religione

gione decideretur, colloquium instituatur. Id placitum sibi nunc quoque videri commodissimum. Altera præsentiæ suæ detrectandæ causa fuit, quòd his duobus Principibus integrum non sit, non consultis sociis eò venire, præsertim tàm arctô temporis spaciô. Habentur hæ literæ *apud Hordl.* von Urs. *lib.* 1. *c.* 33. quarum summam contraxit Sleidanus *lib.* 13. Et de Cæsare non dubium quidem est, quòd ex animi sententia optarit conciliationem: At longè secus Pontificios sensisse, vel solis ex literis cujusdam Decani, & responso Canonici hoc tempore scriptis, liquet: Literæ quantum ad hanc præcipuè rem ita habent: Ihr solt wissen / daß wir etliche Tage nicht wenig bestürzt gewesen / nach dem wir verstanden / als wolten die Kays. und Königl. Majest. den Lutheranern eine öffentliche Disputation zulassen / und vergönnen / daß sie da in gemeiner Versammlung ihren Gifft außgiessen mögten / auch daneben versuchen / ob die Catholischen und Ketzer könten mit einander verglichen werden? Aber die H. Mutter GOttes / welche alle Ketzerey außrottet / gibt uns diesen Trost / daß wir noch hoffen / es werde J. K. und Königl. Maj. sich eines bessers bedencken / und betrachten / wozu sie dem Apostolischen Stuel verpflicht / und daß sie ohne Bewilligung unsers Allerheil. Vatters des Pabsts den leydigen Ketzern und Sonderlingen nicht zugeben sollen / von den Glaubens Artick. und Anordnung unser H. Mutter / der Kirchen zu disputiren. Et post adductas aliquot ratiunculas subjicit: Man saget / ihre Heil. wollen ein allgemein concilium gen Trient beruffen / wenn dem also / thut mirs wehe / hoff aber doch / da ihm schon also / es soll nichts draus werden / und daß Ih. Heil. nur thue Kays. M. auff zu ziehen / damit Sie den Lutheranern nicht ein National-concilium zulasse / darumb sie zwar anhalten sollen. Und hat das geistl. Consistorium zu Rom / ohne Zweiffel mehr Witz / alß daß ihm nach einem general concilio erstlich verlangen solle. Et post: Derohalben werden die Bi-

schoff so dem Bapst noch getrew / und nicht auß denen garstigen Vögeln seyn / so ihr eigen Nest verunreinigen / mit allen Fleiß bey Kays. und K. M. daran seyn / wie denn auch nicht wenig bey andern Catholischen Fürsten / daß den Lutheranern weder ein Nation: noch General / oder sonst einige Handlung verstattet werde / wenn sie aber uff eine Zeitlang ihnen / den Lutheranern etwas nachlassen wollen / daran der Röm. Kirchen / und den geistl. Stand nicht viel abgehet / das mügen Sie ihnen kürtzlich anzeigen / und in andern Dingen zum Gehorsam Sie anhalten / alß weñ sie etwa meynten / man soll ihnen nachlassen / das Nachtmahl unter beyder Gestalt / und die Priester Ehe. Welches Letzte doch mit dem Bedinge geschehen solle / daß hinfort kein Priester mehr ein Weib nehme: Sie müsten auch solche indulgentz vom Bapst erlangen / und zugleich seinem Gehorsam sich unterwerffen: Aber doch könte der Pabst auff Vorbitt Kays. M. und der Catholischen Fürsten gedachte indulgentz ihnen auß Gnaden / mit dem Bedinge wiederfahren lassen / daß sie eine gewisse Summe Krieges-Volck wider den Türcken schicken müsten / wolten aber die Lutheraner solche Barmhertzigkeit mit Dancksagung nicht annehmen / alßdenn solten sie der K. Kön. und die Catholischen Fürsten mit den Schwerdt züchtigen / und Gehorsam lehren mit der eisern Ruth. Tandem concludit: Grüsset von meinetwegen den H. Custodem, und H. Quirinum mit seiner Else. Gegeben zu Hagenaw den 3. Tag nach Fronleichnam anno 1540. Sed irritus fuit hic conventus. Cujus si quæris causam, Pontificii promti erunt, respondendo in nostratibus hæsisse. Ita enim olim causabantur, quia in Comitiis Augustanis disputatum erat de quibusdam articulis in Confessione Augustanâ, ideò de his decisum ibi esse. Postulantes, ut jam pergeretur ad cœteros, de quibus ibi nondum transactum. Contra Protestantes negabant quidquam decisum ibi esse: Itaque continuari acta Augustana nolebant. Et quomodo

modo quæso potuit Augustæ transactum fuisse de quibusdam controversis articulis, quando finitô colloquiô omnes articuli illi, de quibus actum erat, decretô Imperatoriô postremò condemnati fuêre? Ut maximè itaque abrupissent Nostrates colloquium, sat gravium causarum fuisset tamen, cur id fieret. His adde, quæ Bucerus prodit in actis colloquii Ratisbonensis *apud Hordl. lib. 1. c. 37. p. 208. ibi*: Zu Hagenaw ward durch die bäpstl. Legaten und ihren Anhang / nicht allein solch nothwendig und heilsam Fürnehmen Kays. Maj. unterschlagen / sondern alle Handlung dahin gericht / wie man die Gegenbündnüs mehrete / und sich einer defension wider die Protestirende entschlüsse. Alß aber doch GOtt gabe / daß die fromme Churfl. und andere auf der Kays. Majest. Beruffen und Fürschlag / die Handlung mehr Christl. Concilia zusuchen / den Gegenbündnüß uñ Rüstung fürzunehmen / richtetē / bracht es doch der Bapst mit seinem Anhang dahin / daß zu solchem Gespräch verordnet wurden / alle drey Brüder Hertzogen zu Beyern / und der eine auch zum Præsident des Gesprächs / der Bischoff zu Mayntz für 2. alß wegen Mayntz und Magdeburg / hernach kam die 3. Person auch dazu / daß er auch zum Præsident verordnet ward. Also ward auch der verstorbene Bischof zu Straßburg / für 2. alß zum Gespräch / und zum Præsidenten dargegeben / was aber die vor andern wissen oder übung in Religion Sachen gehabt / wil ich hie weil es Wenigen verborgen / unangezeiget lassen.

XXVIII. Altera causa, ob quam culpam impediti colloquii in nos rejiciunt, fuit, quod noluerint nostrates occupata bona Ecclesiastica restituere, neque penes sequestrem deponere, neque judicio agi de illis, nisi habitô de religione ante colloquiô. Quod ne haberetur, sed adeò perpetuò retinerent illa bona, hoc proinde colloquium detrectasse. Quam criminationem operosè refutat Waremundus Luitholdus, discursu vom Tage zu Hagenaw / und wer verhindert habe / daß kein

Gespräch von Vergleichung der Religion fürgangen / *apud Horal.lib* 1.c.35. Decretum tamen factum est, & dies colloquio Wormaciæ dictus, cui Electores, Magdeburgicus, Salisburgensis & Argentinensis Episcopi, Guilielmus, & Ludovicus Bavari, & Clivensis Legatos suos adhiberent, & Protestantes item suos, ut utrinque essent undeni, ut scribæ etiam adessent pari numero, qui singula diligenter exciperent, & denique, ut de dogmatis Augustæ propositis collocutio fieret.

Habita verò Wormaciense.

XXIX. Anno 1540. cœptum est colloquium Wormaciense, sed extractum penè totum fuit disputatione, de servando ordine & modo huic in decreto Hagenoviensi præscripto. Tandem electus ex parte Pontificiorum Eccius, ex alterâ Melanchthon, qui dissererent. Initio de peccato originis facto, post tertium colloquii diem, Cæsaris adferuntur ad Granvellanum literæ, cœterosque Legatos, quibus actionem omnem ad Ratisbonæ comitia rejicit. *Sleid. lib.*13. *Hordl. lib.*1. *cap.*36.*p.*177. *Hortensius lib.*1.*p.*159. *Phil. Mel. epist. select. à Peucero editis p.*106. Arcanum interrupti hujus colloquii aperit nobis Hortensius *d. loc. Cum illi*, inquit, *qui à veteri religione stabant, Legatos à consiliis Brandeburgensis*, Palatini & Clivensis in confœderatorum partes plus æquo propensos adverterent metu, ne suffragiorum numero in his, de quibus altercatio erat, superarentur, tempus studio extraxere, si interea diversi aliquid à Cæsare nunciaretur.

Ratisbonense primum.

XXX. Ventum itaque Ratisbonam 1541. Præsens erat Imperator, in cujus oratione ad Ordines in causa religionis finiebat, se nempè cupere majorem in modum, ut conciliatio fiat: Quidquid eo possit conferre, libenter esse facturum, quam ob rem petere atq; flagitare, ut de ratione componendæ controversiæ, & quomodo sit agendum, deliberent, &, quò videant, quantopere concordiam amet, sui esse concilii, ut ex omni numero pauci quidam viri boni & docti, pacisque

cupidi,

cupidi, homines Germani (**etliche guter Gewissen Ehr und friedliebende Personen**) deligantur, qui de rebus controversis amicè conferant, & quemadmodum conciliari possint, ad se suosque Ordines referant, ut inter ipsos deinde re deliberatâ, & cum Legato Pontificio communicatâ, decerni possit. Hanc enim rationem & Augustæ quondam, & nuper etiam Wormaciæ visam fuisse commodissimam, sic tamen, ne Augustano decreto decedat. Habetur hæc oratio Principis, seu, ut nunc loquimur, propositio, ad verbum apud *Hordl. lib.* 1. *c.* 37. quam eleganter expressit *Sleid. noster lib.* 13. Adhæc Protestantes petunt, colloquium Wormaciense continuari, quod illinc huc translatum sit, quod autem deligendos nunc esse quosdam dicat, ad hoc se responsuros ajunt, ubi de personis ex ipso cognoverint. *Sleid. lib.* 13. *Protestantes* **in der Antwort uff die Kays.** *Proposit.* **den** 9. *Aprilis apud Hordl.* 1. *cap.* 37. *v.* 211. Posthæc Cæsar ab utrisque petit, ut deligendi personas facultatem, sibi permittant, confisi se nihil facturum, quod ad patriæ salutem minus pertineat. Obtinuit id Cæsar ab utraque parte, sed apud Protestantes cum hac exceptione, **Daß diese Handlung unverbündlich/und gleichmässig/zu Erforschung der Warheit/ und Christlichen** Concordia **fürgenommen werde/ und wo solche Handlung in ein und den andern Punct zu keiner endlichen Wirckung gerieth/daß alsdenn diese Stände dadurch in den unverglichlichen Puncten sich des angefangenen bewilligten Gesprächs zu Wormbs/auch sonst aller anderer ihrer geschehenen Vorbehaltung und Nothdurfft nicht wollen begeben haben**/*apud Hordl dict. loc. p.* 216. Electi sunt Julius Pflugius, D. Eccius, D. Johannes Gropperus: Philipp. Melanch. Martinus Bucerus, & Johannes Pistorius. *Cochlæus de act. & script. Luth. ann.* 41. Fridericus Palatinus & Granvelanus præsidere jussi sunt. Theodericus Comes à **Manderscheit**/Eberhard. Rudenus, Henricus Hasius, Franciscus Buchardus, Johannes Feigius

gius, Jacobus Sturmius testimonii causa voluit adessent. Die 27. April. conveniunt, ubi Granvelanus librum collocuturis tradit, unde agendorum argumentum & velut materia peti possit. Summa ejus capita perstringit *Sleid. ad fin. lib.* 13. ad verbum habetur *apud Hordl. d. c.* 37. *p.* 219. Hunc librum fastidiisse Eccium scribit *Sleid. initio lib.* 14. Et Bucerus prolixè, & per partes ostendit, quæ Eccio displicuerint, & quare. Nihilominus exhibiti libri loca quædam de communi consensu fuerunt emendata, de cœteris conveniri non potuit. Redditus itaque Cęsari liber, ut erat emendatus, & simul Protestantium Theol. sententia de controversis adhuc dogmatis. Postea in consessu Principum & Ordinum Cæsar refert, quid actum sit per collocutores, postulans ut ordines de his quæ & jam conciliata, & de quibus nondum conveniri potuerit, deliberent, sententiamque suam exponant. Post multa ultrò citròque acta, decreto Cæsareo res omnis ad concilium in Germaniâ celebrandum, vel si obtinere id nequeant, ad concilium nationis Germanicæ, vel denique ad conventum Imperii remittatur. Erant in hoc decreto nonnulla, quæ obscuriora videbantur, ideò Cæsaris secuta est horum declaratio, cujus *Sleid. lib.* 14. meminit. Et habetur apud *Hordl. p.* 346.

XXXI. Finiit ita colloquium, non finierunt autem controversiæ. Quorum id culpâ contigerit, non opus est conjectore. Pontificii enim id agebant, ut libellus à Cæsare disputationi destinatus, rejiceretur, teste Hortensio lib. 1. pag. 159. Ipsi Protestantes ad Cæsarem ita loquuntur: **Wir zweifelen nicht E. K. M. habe dieses Buch gnädiger / vätterl. Meynung fürgeben / denn wir wol vermerckt / daß die jenigen / so solch Buch gestellet / Mässigung und Besserung etlicher Mißbräuche gesuchet haben / und wo die von Gegentheil sich wolten billich erzeigen / were der Zugang zur Vergleichung schon gemacht /** *Hordl. p.* 257. Legatus Pontificius conciliationi intercedebat,

& omnia

& omnia Pontificis cognitioni relinquenda tendebat. *Hortensius p.* 159. Pontificii his ipsis in comitiis in causa fuere, ut Senatus Imperii in quatuor quasi factiones scinderetur, civitatumque Imperialium Sententiæ in consilium Principum non reciperentur; sed illæ seorsum consultarent. Videatur Bucerus in actis colloquii Ratisponensis *apud Hordled. p.* 276. Legatus Pontificis ab omnibus Ordinibus desideratam reformationem procrastinavit, & in concilium rejecit *apud. Hordl. p.* 284. capitaque in colloquio conciliata repudiabat. Ita enim scripsit Contarenus Legatus *apud Hordl. p.* 291. **Wir haben in diesem gantzen Handel / nichts überall in einige wege entscheiden / noch schliessen wollen / daß etliche vorgenannte Artickel angenommen / oder biß zum** concilio **geduldet / oder gehalten werden sollen.** Principes catholici conciliationem rejiciebant, ita enim ad Cæsarem scribunt *apud Hordled. p.* 312. *n.* 601. **Als die K. K. M. genädiglichen Meynung fürschlägt / daß in Ansehung vielfältiger Mühe und Arbeit die Puncten / der sich die** colloquenten **verglichen / also biß uff ein** concilium **und endliche Anordnung für gut gehalten werden solten / darin ist der Stände Bedencken / daß diß keines weges zu bewilligen oder rathsam sey.** Eccius Epistolâ ad Principes datâ, sibi nunquam placuisse librum (à Cæsare exhibitum) illum insulsum, in quo tàm multos deprehendisset errores, itaque non esse recipiendum. Nam omissa patrum, & Ecclesiæ consuetudine, Melanchthonis in eo vestigia modumque loquendi passim animadverti: Deinde sibi non visum librum, à collegis emendatum, & posteà Cæsari redditum: Sed dogmata quædam Lutheranorum sibi decumbenti fuisse tantùm recitata, multominus approbasse scriptum illud, quod Cæsari sit oblatum, unà cum libro. Nec enim illud unquam vidisse. *Sleid. lib.* 14. *Hordl. p.* 332. Episcopi, Bavari fratres, & Henricus Brunsuicensis ab Augustano decreto non discedendum censuerint:

Hortensius p. 1592. atque adeò Pontificii soli impedierunt, ne religionis dissidia componi potuerint.

Et secundum. XXXII. Postremum colloquiorum fuit Ratisponense alterum anno 1546. habitum. Ei hæ leges à Cæsare proximè præterito anno in comitiis Wormaciensibus fuerant præscriptæ. Ut Cæsar designet unum pluresvé Præsides, & 4. ex parte Catholicorum, totidem etiam de Lutheranis deligantur, ex utraque item parte quaterni auditores adhibeantur. Deinde res circa religionem controversas, initio à Deo facto, ad normam scripturæ sacræ in utilitatem Ecclesiæ, & ad tollendos abusus componant; idque in solius Dei gloriam, Christianam unionem, & Ecclesiæ reformationem. Porrò de colloquii actis in futuris comitiis ad Imp. & Ordines referant plenissimè, ut inter Cęsarem & Ordines tandem penitus componi possint, Eò ubi ventum, senserant Lutherani jam in eo prægravari suam causam, quod Præsides colloquio moderaturi cuncti essent adversæ religionis, ex eorumque numero, qui & colloquium impedierint, neque in acta ejusdem Wormaciæ consentire voluerint. In ipso congressu recitatum est mandatum Cæsaris, ut Protestantium Augustæ exhibita confessio tractetur hoc in colloquio, tribus primis omissis dogmatis, de Trinitate, de Verbi incarnatione, de peccato originis. Sed contra mandatum illud Pet. Malvenda, Theologus Parisiensis caput de Justificatione prolixè & more scholastico tractabat, neglectâ confessione Augustanâ. Notarios etiam, qui acta conscriberent, non nisi catholicæ religioni addictos Præsides constituere contendebant. Denique unum ex nostratium partibus admittebant, sed tamdiu, donec quid Cæsari placeat, rescíscant. Adferuntur Cæsaris literæ, quas Ratisponæ à nescio quibus confectas, Ultrajecti autem à Cæsare subsignatas tantùm fuisse, magna erat suspicio, iis mandabat, ut inter Præsides recipiatur Julius Pflugius, ut ne collocutorum

&a-

& auditorum numerus augeatur extraordinariis, ut non alii, quàm quos Præsides delegissent, tabelliones acta describant, ut omnes jurej. silentium promittant, nec ulli mortalium aliquid enuncient de rebus colloquii, priusquam ad Cæsarem & Ordines relatum sit. Protestantes illud de conciliato jam Ratisponæ articulo, de Justificatione, commentariis inseri postulabant, sed frustra. Deinde in silentium tam arctum consentire nolebant, nec poterant, quod in mandatis haberent, ut suos de statu colloquii subinde certiores facerent, neque progrederentur ulterius, quàm Wormaciæ conventum esset. Interim certiores de his conditionibus facti Principes Protestantes, Theologos suos revocant, accedente hoc etiam, quòd Julius Pflugius, cum hoc titulo, tanquam Episcopus Numburgensis, constitutus esset Præses, cui tamen Elector Saxoniæ Episcopatus munus abrogaverat. Itaque sat habuerunt graves discessus sui causas Protestantes, neque se clanculum, ceu fugam magis, quàm profectionem adornarent, ut Surius mentitur, subduxerunt; Sed causas abitus Præsidibus exposuere, literis hac de re scriptis, quas vide *apud Hordled. p.* 387. Jactitarunt etiam Catholici, inter quos Surius, à Malvendâ Bucerum ad absurditates, & maximas angustias adactum fuisse. Quo de commento tamen Bucerus, ad acta à Notariis conscripta appellat. Deque iis, quæ sine scripto prolata Malvendam provocat, ut argumenta sua prius, quàm triumphet, edat. De mortali peccato, quæ narrat Surius, vide Bucerum ipsum *apud Hordled. c.* 41. *p.* 393.

DISSERTATIO IX.

De TUMULTU PACKIANO, IMPRESSIONE IN EPISCOPATUS MOGUNTINUM, HERBIPOLENSEM ET PAPÆ BERGENSEM EORUMQUE EXPILATIONE.

RESPONDENTE

AUGUSTO ANTONIO LEPORINO, Raceburg. Saxon.

I.

NOn abs re est, quod monet Augustum Mecænas *apud Dionem lib. 52.* Hos qui in divinis aliquid immutant, multos impellere ad mutationem, unde conjurationes, seditiones, conciliabula exsistunt, res Principi minimè conducibiles. Solent omninò hæc mala religioni mutatæ comitari, nec moveri ferè solet sacra hæc ancora, ut non fluctuet simul reip. navis. Hinc Romæ, si externæ religiones urbem incesserant, dabatur Prætori Urbano negotium ab Senatu, qui edicebat, ut quicunq; libros vaticinos, precationesq;, aut artem sacrificandi conscriptam haberet, omnes eos libros ad se ante certum diem deferret *Liv. lib. 25.* Quamvis verò Lutheranorum mutatio non esset in ipsâ doctrinâ novatio, non poterat abesse tamen, quin saltem de Catholicis, quibus hæc nova videbantur, excitarentur in animis, diversa hic sentientibus, variæ suspiciones, ultrò citròque, de conjurationibus,

bus, seditionibus, conciliabulis, & aliis his rebus, quas ominatur tale reip. Mecænas, præsertim cum non desint in aulis instrumenta infidi Principis ministri.

II. Gnari ergò Protestantes, quàm exosi, & tantùm non exsecrabiles essent Catholicis, facili momento impelli poterant, ut crederent, pessima omnia adversum se agitari. Percrebuerat fama de fœdere quodam facto contra Saxoniæ Electorem & Landgravium à Catholicis inito Wratislaviæ. Spargebatur etiam libellus, in quo exstirpanda religio Pontificiæ adversa jactabatur, pœnæque referebantur quibus singuli Principes adficiendi essent. Index crediti hujus fœderis Landgravio erat Otto quidam Paccius, quem perperam Georgium Surius nominat, vir equestri dignitate, JCtus, & Georgii, Ducis Saxoniæ, Procancellarius, qui menses aliquot apud Hessum egerat, ob controversiam aliquam, quam cum Comite Nassoviensi habebat, qui fideifaciendæ causa confœderationis exemplum monstrabat, archetypum quoque pollicitus. Landgravius præveniendum ratus, Principem Electorem Johannem Saxoniæ periculi admonet, & conscriptis copiis ad bellum spectabant. Et jam Landgravius iter in agrum Herbipol. direxerat. *Vide Sleid. lib. 6. Beuth. comm. lib. 3. Fabric. orig. Sax. lib. 7. Surium ad Ann. 28. Cochl. de act. & scrip. Luth. an. 28.* Erant varia hominum de impressione istâ Landgravii armisque Saxoniæ Principis judicia. Itaque scripto publico Landgravius causam exprimebat, ostendens per injuriam hanc suam armaturam in mala omnia trahi. Esse enim qui jactitent, ac si Francofordiam obsidere, atque vi bellicâ Regis Romani in se dignitatem transferre cogitet. Alii eum odio Cæsaris ad partes Galliæ Regis transiturum, alii Ulricum Wirtebergicum restitutum iri fingant. Quorum nihil sibi unquam in mentem venisse. Causam itaque dicebat esse justam, necessariamque defensionem, contra injustam, naturali

Fama de fœdere Catholicorum.

Orta ab Ottone Paccio.

Landgravium ad arma concitat.

Iudicia de armis Landgravii.

legitimoque jure adversam vim & conjurationem, quorundam Catholicorum Principum. Videatur hæc declaratio, sive ut nunc loquimur, manifestum *apud Hortal. lib. 2. de causis bell. 1.*

III. Non deerant suspiciones, quæ Principum animos exaugere poterant, scilicet in decreto Imperii 1526. Spiræ facto cautum erat, ne quis status alterum vi hostili invaderet. §. **Demnach haben wir** / & ad motus atque seditiones præcavendas legatio in Hispaniam ad Cæsarem mitterentur, quæ eum de istoc decreto certiorem redderet. §. **und erstlich** *& duobus seqq.* Sed hæc legatio ex causis, non sat magnis, intermissa fuit, quas vide *in recessu Ratisponensi Ann.* 1527. §. **nach dem auch aufgehaltenen.** Suspicabantur igitur Protestantes ex Episcoporum & Monachorum quorundam conciliabulis variis, hæc de suis capitibus comitia facta, Principesque in societatem quosdam venisse tandem, ut testatur Landgravius in excusatione & expositione irruptionis suæ §. **daß auch Zuverhütung.** Insuper congressus Legatorum Moguntini, Brandenburgici, & Georgii Saxonis, quos sæpius habuisse, ferebantur Jüterboci, Servestæ, Dessæ. *Vide Fabric. org. Sac. lib. 7 p.* 871. Protestantibus nihil moderati minari videbantur. Cùm quid in iis actum contra Elect. Saxon. id posteà comitiis Norib. & Spir. palàm cognitum fuerit. In fœderis autem formulâ inesse similia capita, quæ ibi protulissent, dicebantur. Deniq; suspitionem vel maximè augebat ille, qui quatuor annis ante fuerat, Catholicorum Ratisponæ conventus, *de quo lib. 4. Sleid.* Nempè eorundem, qui huic conjurationi nomina dedisse ferebantur. Erant verò Ratispon. Ferd. Cæsaris Frater Archiepiscopus Salisb. Duces Bavariæ, Tridentinus & Ratisp. Episcopi & IX. Episcoporum legati, ubi decretum etiam, ut edictum Wormaciense contra Lutherum quantâ posset festinatione executioni mandaretur. *Servita conc. Trid. lib. 1. p.* 36. Magna itaq; suspitio erat, quo decretum hoc executioni dari posset,

poſſet, hoc fœdus ceu medium initum fuiſſe. Et ita videbatur prudentiſſimo cuique, ut Melanchthon etiam ſcribat ad Camerarium: Non prorſus confictam rem eſſe. Addendum quod Lutherus *tom. 6. Ien. fol. 31. b.* Zu ſolchen Gedancken ſchlug zu daß Hz. Georg zu Deſſaw einen Abſchied halff machen / nemlich daß man die Auffruhr nicht ſtillen könte / es were denn der Luther / und die Lutheriſchen zuvor außgerottet / denſelben Abſchied nachfolgete die ſehr vermuthliche und noch heutiges Tages nicht geleuterte Notel / von Fürſtl. Bündnüß.

Fœderis formula à Packio producta.

IV. At verò, quod caput erat, proferebatur exemplum conjurationis à Paccio, quod adfirmabat iſte ſe Lipſiæ vidiſſe, Præſentibus ibi Saxone & Brunſuigio, caſu ſibi traditum à Piſtorio imprudente, Saxonis Cancellario, quod cùm obiter percurriſſet, rem patefecit Landgravio. Certè videtur non exemplum tantùm oſtendiſſe Landgravio, ſed ſimile archetypo aliquid, quòd non Surius ſolùm ſcribat, appreſſiſſe formulæ Sigillum Georgii, quod in exemplis non ſit, ſed & Philippus epiſt. ad Camer. p. m. 98. ſcribat. Illi (Landgravio) perſuaſum fuerat de archetypis, commemorabantur σφραγίδες. Quidquid ſit, ſcripta ei formulâ, eique paulò poſt exhibita fuit, mox illius archetypum promiſſum ejus Secretario Johanni Nordeccio. *Fabric. d. loc.* In eâ conjurationis formula nomina Principum conſpirantium hæc legebantur: Ferdinandi Regis, Alberti Moguntini, Joachimi Elect. Brandeb. Matthæi Cardin. Saliſb. Wigandi, Epiſcopi Papebergenſis, Conradi Herbipol. Georgii Ducis Sax. Wilh. & Ludov. Bavarorum. Addit his Georgius Fabricius Trevirenſem & Palatinum, & duobus Franciæ Præſulibus aliquem tertium & Henricum denique Brunovicenſem, quorum tamen in formula conjurationis nulla mentio, neque in literis excuſationis Principum, ubi ſocii delati enarrantur, ullum de his verbum. Tacet de his Philip. Mel. *epiſt. ad Camerar. Cochl. ad an.* 28. ut unde Fabri-

Nomina Catholicorum fœdere comprehenſorum.

Formula capita.

Fabricio in mentem venerit, non liqueat. Continebat formula autem hæc præcipuè capita, ut conjurati primò Ferdinandum armatâ manu in possessionem Regni Hungariæ inducant. Inde persequendos esse hæreticos. Idque hac ratione, ut secundùm mandatum Cæsareum Saxoniæ Elector jubeatur, Martinum Lutherum tradere, una cum cæteris hæreticorum concionatoribus, Monachis, & Monialibus è monasteriis profugis. Deinde templa, monasteria, clausas, cum omnibus ceremoniis & sacris ab antiquo usurpatis restituere: Et si quâ in re cesset, à conjuratis Ferdinando & Moguntino vi quanta maxima, in terris Saxonicis, Thuringicis, & Misnicis opprimatur, ab Episcopis Herbipol. & Papeberg. in agro Franconico infestetur, & ex iis cum omni posteritate exterminetur. Inde vim in Magdeburgenses converti oportere, ut ad obedientiam Ecclesiæ R. reducantur. Et ne Georgius, Dux Saxoniæ, contra Agnatum, Electorem Sax. & pactum confraternitatis egisse arguatur, quamvis in hoc ipso pacto satis cautum sit, ut quæ causæ Pontifici & Imp. adversentur, ad illud non pertineant: Tamen ad omne crimen declinandum, Dux Georgius Moraviam, Silesiam, & Lusatiam invadat, & eas ab hæresi Martinianâ ad Ecclesiæ gremium convertat. Quod verò Landgravium concernat, illi quidem, si in tempore resipiscat, parcendum; Sin minus, eodem tractandum fore, quo de Electore conventum sit modo, salvô tamen dotalitiô conjugis. Quod si suæ hæresi immoriturum eum contingat, omnem ejus ditionem atque provincias ad Georgium Ducem Sax. pervenire oportere. Impetum autem fieri conveniri unò eodemque tempore ab omni parte. Hæc erant præcipua divulgatæ conjurationis formulę capita, quæ in fine jurisjurandi religione confirmata fuisse præ se ferebant, facta autem Uratislaviæ die Mercurii post feriam, cui Jubilate in Ecclesia nomen est, anno 1527.

V. Ope-

V. Operæ autem esse videtur monere, quod in formulâ dicebatur, pacto confraternitatis domus Saxonicæ exceptum non solum Imperatorem; quod solenne est omnibus Ordinum Imperii fœderibus, *Vide Eberh. à Weise medit. pro fœder. c. 2. n. 232. Bodin. de Reg. 1. c. 7.* Verùm etiam Pontific. Romanum. Quod verum est, sed de illo tempore, quo Germania sub jugo Pontificio gemebat. At cum anno 1537. hoc pactum novaretur, Pontifex omissus est, adeò ut hodiè etiam contra eundem hoc fœdus valeat. Verba renovationis, quantum ad hanc rem ita habent: **Doch soll in dieser Einigung der Pabst außgenommen seyn / aber wir der Churfl. zu S.** (tum temporis Johann. Fridericus) **samt unsern Religions-Verwandten / wollen durch solch Außnehmen nichts gewilliget haben / das der Antwort Kays. M.** Oratori **nechst zu Schmalkalden / deß Pabst halben gegeben zuwider / oder ungemäß seyn mag.** Solus Georgius Sax. Dux pro zelo ergà Pontificem, refragabatur, ut patet ex particulari recessu de dato **Zeitz** Dominicâ Lætare, cui subscripserunt Johan. Frid. Elect. Saxon. Joach. Elect. Brand. Henricus & Johannes Ernestus Duces Sax. Georgius, Johannes & Albertus Marchiones Brandeburgenses & Landgrav. Philippus. Verba horum ita habent: **Dieweil unter andern Beschwerungen/so damals vorgangen/ auch insonderheit wegen des Pabsts Außnehmens / dazu Hertzog George zu S. Nachlassung zuthun / bedencken gehabt / die andern Erbvereinigte aber dagegen/ auß allerley Ursachen dasselbe also ferner zugestatten/ und zuzulassen / nach Gestalt und Gelegenheit derselben Zeit und Läuffe nicht wenig Beschwerung getragen. Bekennen dannenhero gegen jedermänniglich / dieweil des Pabsts außnehmen halber / auß berührter Spaltung / in Verneuerung der Erbvereinigung/ein Artickel Inhalts derselben verblieben und gelassen / das doch Sie ihrer Erben und Nachkommen halber/darein nicht gehehlet / noch gewilliget.**

In pactis confraternitatis Saxonicis Pontifex olim comprehensus, omissus hodie.

VI. Cœterum ut ad rem revertamur, altè hæserat in animis Protestantium hæc invulgata conspiratio, non tamen inconsulto ad arma prosiluere Saxo vel Landgravius, sed statim ab initio, ut ait Melanchthon, qui consultationi interfuit, disputatum est, an illa narratio Paccii sit firma. Extat etiam tom. 1. Isleb. consilium Lutheri in hanc rem, ad interrogatorias Cancellarii Saxonici, Pontani, quibus nihil nisi defensionem suadet Electori *p.* 272. Non deerant monitores, qui ratiocinarentur, quid periculi futurum esset, si bellum duo hi Principes minarentur, nec inferrent, si offensione patefactâ inimicorum odia multò magis accenderent. Neque stultè disputabant, nullam cum inimicis fidem ac certam pacem qualicunque conditione fieri posse. Recitabantur exempla malitiæ quorundam, quoties bellum parassent, ac penè denunciassent. Fuisse militum copias, ante biennium firmissimas contractas, & nobis huc ob oculos adductas. Id periculum divinitus discussum esse. Talem exitum non semper sperandum esse. Multos odia certorum hominum ad bellum, multos certâ victoriæ & secuturæ commoditatis spes incitabat: Sed admissis in consilium Theologis, obtinuit, ut ne inferretur bellum, sed pacis conditiones inimicis proponerentur, quæ magis æquæ futuræ, ex quo arma jam sint ostensa. Vide Lutheri, Pomerani, & Melanchthonis consilium *tom.* 1. *Isleb. p.* 24. Neque enim dubium erat, quin superbè responsuri fuissent delati conjurationis, Principibus imparatis. Placuit itaque, ut singulorum de hoc pacto suspectorum per literas audirentur responsiones. Vide Lutheri, Pomerani & Melanchthonis consilium *tom.* 1. *Isleb. p.* 274. Scripsit ergò Landgravius ad socerum Georgium Saxonem, mittens exemplum, quod ferebatur formulæ conjuratoriæ, per sanguinis jura, omniaque sacra eum obtestatur, ut huic pacto renunciet. Respondet Dux Georgius, se hac animi magnitudine

esse,

esse, ut si quid veri hæc formula contineret, dissimulaturus non sit etiam coram eo, quem magis verendum habeat, quàm Landgravium. Urget igitur, ut auctor edatur, nisi fiat, se suspicaturum, ab ipso Landgravio, quidquid id sit, confictum esse. Planè eodem modo respondet Elector Brandeburgicus.

VII. Ad eandem ferè faciem crimen à se depellebant Moguntinus, Herbipolensis & Salisburgensis Episcopi, & Bavari Fratres; Atque alii quidem ergà Landgravium, alii ergà tribunal Imperatoris, quod suspectos hâc de re appellaverat, negantes, se hujus vel ullius ejusmodi conspirationis esse vel fuisse conscios. Nemini à se mandatum vel scriptum vel sine scripto ejus dedisse, neque id proferri posse, authenticum instrumentum hujus formulæ in rerum natura non esse: Sed Uratislaviæ eo tempore neque per se neque Legatos fuisse, ad cujus rei fidem Herbipolensis ad cives urbis illius provocabat. Moguntinus Sigillum sibi suum non posse monstrari, testesque ciebat Archiepiscopum Coloniensem, Comites Nassoviensem, & inferioris Germaniæ (quos conveniendos credita ista formula ferebat, ut vel accederent conjuratis vel neutri) se cum illis nil quidquam egisse. Herbipolensis, se ad gravissimas pœnas, si convinci queat, obligare constituebat, nempe ut verba per interpretem ipsius reddita sonant: Wollen S. F. G. sich des hiemit verbunden und verpflicht haben / wo darbracht / und wie zu recht gnungsam bewiesen wird / daß S. F. G. solch Bündnüß gemacht / oder angenommen haben / wollen Sie derowegen straffe beydes an Leib / Leben und an Gut / wie die erkant wird / und derwegen gegen J. Chr. und F. Gn. zu recht erbothen haben / auff R. K. M. dero Stadthalter und Regiment in Heil. Reich auch Cammergericht / und für die Stände des Lob. Bunds zu Schwaben rc. Adjiciebat ad majorem rei certitudinem cum Ferdinandus ad expeditionem Hungaricam à se auxilia petiisset, se denegasse militem pariter

riter ei ac pecuniam, ex quo formulæ vanitatem eo magis pellucere.

VIII. Satisfactum ita erat Principibus Protestantibus, nisi quod Episcopi Landgravio in belli sumtum aureorum millia centum dependere cogebantur, Moguntinus quidem & Herbipolensis quadragena, Bambergensis vicena. Sed Saxoniæ Elector nihil horum flagitavit, ut appareat, nihil eum aliud, quàm pacem voluisse, inquit Melanch. *ep. ad Camer.* Et Lutherus, sed suo more inclementius: **Darzu weiß er fürwar/ daß alles erlogen ist/ und thut den frommen Fürsten auch nach seinem Tode Gewalt und Unrecht/ denn Hertzog Johannes hat von den 10000. fl. nicht einen Heller empfangen viel weniger durchbracht/** *tom.6.Jen.* **in der kleinen Antw. uf Hertz. G. Buch** *p.31.b.* Satisfactum inquam Principibus: Non item privatis quibusdam, quorum suspitiosis animis maligna cura altius insederat, quos inter & Lutherus, cujus literæ Latinæ ad quendam Wenceslaum Linckium, Ecclesiastem Noribergensem circumferebantur, eæ, prout à Georgio Duce in vernaculam translatæ typis vulgatæ sunt, ita sonant: **Gnade und Friede/ du weist mehr neuer Zeitung/ alß ich schreiben kan. Das Bündnüs der gottlosen Fürsten/ das sie läugnen/ sihestu was vor Bewegnüß erreget hat/ aber ich nehm Hertzog Georgens allerkältisten Entschuldigung als vor ein Bekändtnüs an. Nun sie läugnens/ entschuldigens/ oder tichtens/ so weiß ich wissentlich/ daß das Bündnüs nicht sey eitel nichts/ oder eine** Chimæra, **wiewol es ein Wunder/ und wunderlich gnugsam ist/ die gantze Welt weiß/ daß sie mit dem Gemüth/ mit der That/ mit Gebott/ mit halßstarrigen Fleiß bißher solche Dinge öffentlich versucht/ gethan/ und noch thun/ dann sie wollen das Evangelium außtilgen/ das kan niemand läugnen/ was gehet es aber dich an/ der du ohne zweiffel von den allen gewiß bist? GOtt schände den allernärrischten Narren** (Georgium Ducem, quem passim

hoc

hoc insectatur titulo. Verba latina habuisse: *Deus confundet μωρώτατον μῶρον*, Lutherus ostendit in libello **von heimlichen gestohlenen Brieffen** *tom. 2. Ien. p. 538. b.* imperitè autem versa esse ita Germanicè ibidem contendit, dicens: *Confundere* **heist** *pudefacere*, **zu schanden oder zu nicht machen / darumb höre du Eselskopff zu Dresen in der Cantzley:** *Confundet*, non est optativi vel imprecantis, sed indicativi, prædicentis. *Confundet* legis, & transfers, *confundat*. **Also soltestu es recht und wohl verdeutschet haben: GOtt wird den grossen Narren zuschanden machen) welcher als Moab mehr kühne ist / als er vermag / und Hoffart treibet über seine Kräffte / wie er alle wege gethan hat. Wir wollen bitten wider diese Todtschläger / und bißher sey es ihnen vergeben. Werden sie aber uf ein neues etwas unterstehen / so wollen wir GOtt bitten / und darnach die Fürsten ermahnen / daß sie sonder Barmhertzigkeit sollen verderbet werden / wann die unersättliche Blutsauger wollen nicht Ruhe haben / Sie erfinden denn / daß Teutschland mit Blut gefeuchtiget ꝛc. Sontag nach** Barnabæ anno 1528.

IX. Hoc scriptum vehementer ad animum revocavit Dux Georgius, tum ob gravissima alia convitia, tum quod excusatione ejus quasi frigidissima spretâ, etiamnum pro conjurationis compertissimo differretur. Cùm igitur per manus & ora vulgi circumferebantur hæ literæ, ut ad Ducem Georgium non potuerint non pervenire, scribit Georgius Dux ad Lutherum ab eo requirens, utrum harum literarum se auctorem ferat. Sed Lutherus admodum ambiguè & perplexè, alia omnia respondebat. Extat responsio *tom. 4. Ienens. fol. 532. b.* Scripsit igitur Dux ad Senatum Noribergensem, qui ex Wenceslao Linckio rem exquirat. Hic confessus est, se ejusmodi literas à Luthero accepisse, teste apologiâ Georgii Ducis, literisque Philippi ad Camerarium, ubi inter alia: Est sanè, inquit, epistola violenter scripta, sed ego non tàm

auctori irascor, qui sui similis est, nunquam enim magnopere videre studuit, quid hominum judiciô deceat, idque certô quodam consiliô, vel fatô etiam, quàm illi, qui talem epistolam non est veritus istic circumferre & ostentare. Quâ de causâ non immeritò dolore ac iracundiâ Dux ardens hoc improperium scriptô vicissim acerbô ulciscebatur. Huic opposuit Lutherus tractatum **von heimlichen gestohlnen Briefen**/ in quo hoc præcipuè agitur, genus esse furti, literas privatorum intercipere. Sed hoc satis certum erat, & non ignotus in hanc rem textus elegantissimus *in l.14. §. 4. ff. de furt. Dec. prax. crim. lib. 7. c. 17. Wurmser. obser. cam lib. 1. tit. 47. obs. 25.* Confer. *l. 36. & ibi Bartol. ff. ad Muncip.* Sed & crimen falsi committere eum, qui alienas literas aperit, sigillô avulsô, ut ostendat eas adversario. *Bart. d. loc. n. 3. & Iul. Clar. lib. 5. §. falsum. n. 26.* eamque communem esse sententiam docent. Vide etiam Ludov. **von Hörnig** *de jure postar. c. 15. theor.* 28. & latissimè *Nicol. de Passerib. de script. priv. lib. 3. q. 2.* Verùm hic non erat status causæ, neque ad rem pertinebat. Non enim Georgius Saxo furtim has literas subduxerat, neque jusserat subduci: Sed per hominum manus ambulando, ad se quoque pervenerāt. Sparsis itaque sine facto Ducis, literis, cum fama, & existimatio tanti Principis indignè laceraretur, utique eam adversus auctorem vindicare jus fasque erat. Et hoc erat *κρινόμενον*, an ex literis privato furtim subductis, tertio possessori, cujus fama petitur in illis, jus agendi competat, adversus scribentem, præsertim quando non amplius intra Vestæ penetralia illæ detinentur, sed in vulgus disseminatæ sint. Ad hoc Lutherus respondere debuisset, nî frigidam Duci responsionem immeritò imputare, quàm minus dextrè ac ingenuè respondisse voluisset. Quemadmodum etiam in **der kleinen Antwort auff H. Georgens Buch** *tom. 6. Ien. anno* 33. meris verbis pugnat.

Formula va. X. Quàm verò non frigida, sed efficax & urgens Ducis

fuerit

fuerit confutatio, ex ipsis adversus stylum aulicum solœcismis elucet. Ad quem Georgius Saxo ipse provocat. Unde, quod aliud agentibus hoc nobis excidit loco, Critices utilitas, & ad ipsas Magnatum aulas & controversias Principum necessitas, contra osores ignorantes, vindicatur. Cujus enim est ex stylo & de ipso judicare, & si quid suppositititium, familiâ submovere, nisi Critices? Videatur Quint. 1. Inst. 4. Cic. 9. Epist. 10. Casp Schopp. de art. Crit. Tilmann. disc. Phil. p. 1. ut desinant cornicari inepti isti Leguleji & formulariorum vulgus, qui ejus officium ad umbram & linguam Latinam Græcamve relegant, quæ vel maximè in luce atq; acie negotiorum aulicorum ac civilium, & linguâ ipsâ Germanicâ, ineptos istos triumphat. Confer *Herol. lib 2. c. 9. p. 606. P. Fab. sem. 3. c. 12. Goldast. criticorum non minus quàm Iuris publici Consultorum Principem, repl. pro Imper. c. 5.* Loquor autem de criticâ verâ, non simulatâ, non illis antiquariorum inaniis, quibus ludibria quædam excitando hoc tantum proficiunt, ut ad res agendas à Lucilio, Pacuvio, Nonioq; huc exciti, circa quos tamen ferè perpetuò cum particulâ negandi, possessione vel dejiciendâ vel restituendâ, luctatur, non ad ullam rem bonam apti atque idonei habeantur, quos notat Lipsius in Satyrâ Menippea, & Heinsius passim, & referri huc potest, quod habet elegantissimus Nebulonum Petronius, initio Satyræ.

nitas ex stylo deprehensa,

XI. Et Vanitas conjurationis primò apparebat ex titulo Regis Ferdinandi solœeco, qui tum temporis, quo formula facta, non se solum Regem Bohemiæ, sed Hungariæ etiam profitens, in istoc carmine non nisi Bohemiæ salutabatur. Deinde & hæc striбligo est stylo sacrarum scriniorum, quod cùm Rex ille antecessores Hungariæ & Bohemiæ Reges non appellaret titulô, quô Principes solet, Hochgeborne/ sed uteretur titulo Durchläuchtig / Regemque Ludovicum Fratris nomine compellaret; In formula tamen perperam ita legebatur:

Nach=

Nachdem durch Absterben des Hochgebornen Fürsten/Herrn Ludwig weyland Königs zu Ungern und Böhmen. Ulterius stylo illustrium tablinorum adversatur planissimè, quod ultra hæcce: Unsers freundlichen L. Schw. Herrn/Freunds/addebat formula commentitia, und gnädigen Herrn/ quomodo Principes Imperii Reges Bohemiæ minimè affantur. Porrò in verbis formulæ auff den ersten Befehl/den uns Kays. Maj. unser allergn. lieber Herr Bruder/und Gn. Herr/aus Hispanien zuschicken wird: ordo, quem scrinia Principum sanctè custodiunt, perversus est. Nam pro dignitate personarum, quæ in scenam ibi producuntur, genuino stylo ita scribi oportuisset: Unser lieber Herr Bruder/gnädiger/und allergnädigster Herr: Jam & Principes Saxonici Thuringiam in scribendo Misniæ præponunt, quod nec animadversum, & aliquoties inversum est, quando hoc enumerat ordine nænia formulæ: in seinen Sächsischen/Meisnischen und Thüringischen Landen/sed & quod quintum facit Solœcismum non arrogat sibi Bohemiæ Rex tantum, ut Principem Saxoniæ suum Principem nominet, ut facit formula spuria in verbis, und was wir gewinnen an Schlössern/Städten/Flecken und Dörffern/Nutzungen und Einkommen/welches den Churf. zu S. zuständig/ das wollen wir alles und jegliches unsern freundl. lieben Fürsten/Oheim/Schwager und Schwäher/Hertzog G. zu Sachs. zustellen/succedit sexto loco, quod Storckaw & Beßkaw/non principatus, sed Dynastiæ sint. Nihilominus formula ita tinnit, was wir Ferdinand ꝛc. wir Albrecht Cardinal &c. und wir Joachim Churfürst in Sächs. Meisn. und Thüring. Landen gewonnen/ welches den Churf. zu S. zuständig/ das wollen wir alles Hertzog Georgen einräumen. Ausserhalb der zweyer Fürstenthumen Storckaw und Beßkaw/ welche uns Joachim &c. an unsern Fürstenthumen gelegen. Neque, quod octavum sit, hæ Dynastiæ ad Electorem Saxoniæ tum temporis

poris spectabant. Erant enim Domini de Biberstein, & aliquando Electori Ernesto, Ducique Alberto fratribus Saxonicis pignori oppositæ: Sed jam anno 1510. repigneratæ, teste *Pet. Alb.* in der Meisn. Land-Chr. *tit.* 15. *p. m.* 206. Nonum est, quod formula velit, agere conjuratos oportere cum duobus Brunsuigensibus Ducibus, ceu absentibus, cùm tamen eodem tempore, quo Dux Georgius, & Ericus Brunsuigius Uratislaviæ, quæ hujus fœderis cunabula ferebantur, præsens esset. Cui denique nescio num extremo loco adjiciam istud, utut formula locum initi fœderis Uratislaviam præ se ferat, à Luthero tamen passim fœderationem Moguntinam appellari, ut in libello **uff des Bischoffs zu Meis.** mandat præfatione *tom. 3. Ienensi, & tom. 1. Isleb. p. 271. & seqq.*

XII. Hæc Landgravii expeditio à Carolo Imperatore in proscriptione Saxonis & Landgravii loco secundo ponitur, verba **der Achts** declaration ita habent: **Wie denn anfänglich der Landgraff unbedacht/und unangesehen/daß ihme/als einen Stand und Glied des Reichs/so uns und demselben Reich unterworffen/seinem Stand uñ Wesen nach nicht gebühret/eignes Gewalts/ohne unser Vorwissen/und Erlaubnüs/gegen andern seinen Mitgliedern/des Reichs/einige Vehde/oder Krieg vorzunehmen/nichts destominder unterfangen/gegen etlichen des Reichs fürnehmsten Gliedern/ unter erdichteten Schein und gesuchter Anforderung/ eignes Fürnehmens sich in Kriegeshandlung und Werbung zubegeben/dieselben Glieder und Stände eines Theils darunter mit Abschätzung treffelicher Summen Gelds/und eines Theils mit thätlicher Entsetzung und Einnehmung ihrer Land und Leut beschwert/belästigt und vergewaltigt.** Videndum itaque nobis de justitia hujus expeditionis, & primò, utrum Principibus Imperii absolutè, Cęsare insciô, armis interdictum? Deinde positô jure bellandi, quæ causæ fuerint justificandi illud?

Saxonis & Landgravii expeditio olim inter causas eorundem proscriptum.

An Principibus Imperii suo jure competat jus belli.

XIII. Et, quod primum attinet, tantum abest, ut Principibus Imperii jus belli gerendi suo marte & auspicio non competat, ut tributum illud, singulis his locis censendum sit, quibus bellum solummodò injustum prohibetur, in Handhabung des Friedens zu Wormbs *de anno* 1495. die Kön. Maj. *ab tit.* 17. §. *ult.* ita tamen, ut dum jam sunt in expeditione, Imperatori id significent: R. A. zu Augspurg A. 1555. §. und sollen in oberzehlten &c. ibi: die Kays. M. ihres Vorhabens/und was Sie dazu verursachet in Schrifften unverzüglich und in unterth. der Sachen Wissens zu haben verständigen/ und vergewissern/ und nichts destoweniger mit der fürgenommenen Gegenwehr/ dieser Ordnung gemäß fürschreiten. Quia itaque solum injustum prohibitum est bellum *A. B. C.* 17. §. *fin.* R. A. zu Speyer *de anno* 1529. §. wie auch Churfürsten & §. und dieweil wie man R. A. zu Regenspurg *de anno* 1541. §. uñ damit im Heil. Reich. Landfried zu Augspurg aufgericht *de anno* 1548. §. als weyland. sequitur, justi belli exercitium ipsis concessum esse, quo pertinet recessus Spirensis de anno 1526. §. Darauff. Unde Dux Bavariæ Unitorum Principum Legatis, ad eorum replicam Monachii, 29. Decembr. anno 1619. respondit: Er wisse nicht / daß die absonderliche Werbungen wider des Reichs und Crayses Verfassung / oder Herkommen seyn/ weil dieselbe keinem Standt in eusserster Gefahr verboten / sondern auf gewisse maß zugelassen sey. Hinc acceptâ injuriâ in continenti se Princeps vindicare potest. *Ord. pac. publ. anno* 1521. *tit.* die Poen aller Friedbrecher: ibi: dem Beschädigten samt seinen Vorwandten und Helffern soll gegen den Thätern und Friedbrechern &c. seine Gegenwehr und Verfolgung zu thun/ unbenommen / nicht verbotten / sondern gäntzlich vorbehalten seyn. Hinc non tantum subditos rebelles suos bello domare, *Geil de pac. publ. c. 2. n.* 70. sed & alienos licet, R. A. zu Augspurg *de anno* 1536. § deßgleichen soll. R. A. zu Speyer *de anno* 1526. §. darauff so haben wir aus. R. A.

zu

zu Speyer *de anno* 1529. §. dergleichen soll / & quovis alios contra pacem publicam statum aliquem invadentes. R. A. zu Trier und Cölln *de anno* 1512. §. und ob jemands. R. A. zu Augspurg. *de anno* 1555. §. nach dem aber. nec hoc casu avocatio Imperatoris locum habet. *Eberh. à Weihe* 1. *de fœd.* 2. *n.*56. *Reinking. lib.*2. *clas.*3. *c.*1. *n.*20. *D. Carpzov. de L. Reg. c.* 4. Nec Cameræ interdictum, secundùm id, quod habetur in dem wohlgegründeten Gegenbericht / mit angehefter wahrhaffter information, auf den vor der Zeit durch die Bischofliche Würtzburgische Räthe / wider die Herren Grafen zu Löwenstein und Wertheim außgesprengten vermeynten Gegenbericht. *p.* 1. *c.* 16. *Vide Dn. Limn. addit. ad lib.* 4. *c.* 8 *n.*250. Hinc rectè statuitur jus belli esse partem superioritatis. *Ming. th.* 76. cui annexa sunt, die Außwahl / Musterung / Reiß / Folge und den Unterthanen Waffen anzulegen. *Knichen. de jur. territ. c.*3 *n.*352. de quibus, quia hîc sumus, paucis etiam agemus.

XIV. Quod attinet recensum, delectum, seu lustrationem, die Musterung / omninò ad jura territorialia pertinet. Lucas de Pennâ *in l. quod tyronibus.*3. *C. de privil. Dom. Aug. lib.* 11. *Knichen. de priv. Sax. verb. Ducum c.*5. *n.*511. *& de jure superior. c.*3. *n.*352. *Sixtin. de regal. lib.* 2. *c.* 1. *n.*27. *Bocer. de regal. c.*2 *n.*14. adeò, ut etsi Princeps non possit cogere subditos feuda non tenentes, ad arma, possit tamen tyrones & idoneos ex civitate eligere, eosque acceptô stipendiô pro publicâ expeditione compellere. Lucas de Pen. *in l.*1. *C. qui mil. poss. Chasson. de glor. mund. p.*5. *consid.*24. *n.*36. *Peregr. de jur. fisc. lib.* 1. *tit.* 1. *n.*14. Huc pertinent Recessus Imperii de anno 1495. von Handhabung des Landfriedens. *rubr.* von nacheilen zu frischer That / *de anno* 1572. in Erklärung des Landfriedens / *rubr.* so jemand reche den Landfrieden *& seq. De anno* 1548. §. ferners zu. *Et de anno* 1530. §. demnach soll eines jeden Churfürsten. *Et de anno* 1564. §. ferners dieweil. *Ordin. Cam. part.* 2. *tit.*9. *Pet. Denais. in jure Cam. tit.* 212. Musterung.

per tot. Porrò in ejusmodi lustratione, Nobiles tot equis apparent, quot cuivis assignati in literis investituræ, & si fortè disceptatio oriatur de numero, quæ ex investiturâ decidi nequeat, ex regestis lustratoriis, **Muster-Registern** / metatoriis breviculis, **Quartier-Zetteln** probatio peti solet. Quapropter quidam sibi cavere solent, ut vel minori numero compareant vel majori quidem, sed testatione factâ quod in honorem & singulare obsequium, sine necessitate obligationis id factum velint. *Knich. d. loc.* Plebeji autem comparent armis instructi, ejus generis, quo descripti reperiuntur **in den Beleg- und Folge-Registern.** *Knich. d. loc. n.* 357. Quæ de lustratione, eadem etiam **von der Rayß und Folg** / dicta volumus, quâ subditi tenentur Principem Ducem in armis sequi, vi superioritatis. *Bald. cons.* 483. *Prucman. cons.* 10. *n.* 14. *lib.* 2. *Gail. de Pac. P. lib.* 1. *c.* 4. *n.* 12. *Sixtin. de regal. lib* 2. *c.* 1. *n.* 28. *Coler. cons.* 1. *q.* 22. *n.* 163. ubi respondit, quod Cives Rostochienses teneantur vocati à Ducibus Megapolitanis comparere, iisque suppetias ferre, quamvis aliàs immunitatis privilegium habeant. Idque obtinet sive subditi sint ratione domicilii, vel jurisdictionis tantum, feuda non possidentes, sive sint vasalli. Vide Merckelbachii & Buxtorfii consilium, quod est 20. tom. 1. collectionis Klockianæ. Sunt autem hujus sequelæ species variæ, **Lands- und Heers-Folge / eilende Folge / vermöge der** executions-**Ordnung** / item **Zentgerichts-Lehns-Jagd-Amptsfolge** / de quibus singulatim agere hîc non est locus. Utrum autem subditi suis sumtibus tenentur sequi disputari solet? Omninò videtur distinguendum inter subditos non-vasallos, & inter vasallos-subditos. Illis sumtus subministrandos dixerim; his non item. *Vide Schrad. de feud. p.* 6. *c. n* 13. Quod Jus Saxonicum ad sex septimanas restringit. **Lehnrecht** *c.* 4. *Zobel. p.* 3. *diff.* 24. *Vide Knich. de jure superio. c.* 3. *n.* 362.

XV. Ut itaque ad rem redeamus de causa præsentis belli,

belli, per quam hoc juſtum declaretur, videndum. Talium cauſarum non plures quatuor recenſentur, defenſio, recuperatio, perſecutio juris ſui, & punitio. Ex his ſola prima à Landgravio facit. Defenditur autem vel ab injuriâ nondum factâ, ne vis nobis inferatur, vel facta, ut aut reparetur, aut puniatur. Agebatur in præſenti tumultu de nondum factâ injuriâ, atq; adeò, hic erat ſtatus controverſiæ, inter politicos etiam agitatæ, utrum metus juſtus ſit cauſa belli juſta? Et video ab affirmativa omnes ferè Politicos ſtare: Quis autem & quando hic metus juſtus ſit, hic Rhodus eſt, hic ſaltandum. Si rebus judicatis aliarum gentium ſtandum eſt, Mitylenæi apud Thucyd. ita diſſerunt contra Athenienſes lib. 3. ſi cui videmus injurii, quod priores deficimus, non exſpectantes, dum planè cognoſceremus, ſi quid illi nocerent, is non rectè conſiderat. Nam ſi ex æquo valuiſſemus & tendere illis inſidias viciſſim, & cunctari potuiſſemus tuto, tum ille diceret verum: At cum penes eos ſemper ſit facultas nocendi, penes nos hoc decuit eſſe, ut defenſionem anticiparemus; Prudenter hæc & optimâ ratione, dummodo ne erres ambiguo defenſionis vocabulo. Si enim intelligas apparatum inſtrumentorum ad vim propulſandam, inter quæ & milites, utique ſufficit juſtus metus ad conſcribendum exercitum; ſin invaſionis anticipationem, enimverò non ille ſufficit. Defenſio enim ut ſit juſta, neceſſariam eſſe oportet, qualis non eſt, niſi conſtet non tantùm de potentia, ſed & de animo, & quidem ità conſtet, ut certum id ſit eâ certitudine, quæ in morali materia locũ habet. *Vide Grot. de I.B. lib. 2. cap. 22. aph. 5.* Igitur Princeps Elector Saxoniæ extra omnem noxam erat, qui non ad vim faciendam exercitum cogebat. Sed ne imparatus opprimeretur: Landgravium autem, qui in Epiſcopos impetum fecerat, excuſat Melanchthon ad Camer. ita ſcribens: Pecuniam ſi qui petiere, excuſat ſanè illos, quod dicitur à Poëta priſco, αἰδὼς δ᾽ οὐκ ἀγαθὴ. Sed

gravius & solidius Landgravius ipse *apud Hordl.* V. U. *lib.* 4. *c.* 7. *fol.* 1039. *ed. Goth.* ad Ludovicum Palatinum, & Joachimum Brandeburgicum, Electores: Darumb wissen E. L. zum Theil wohl / wie wir mit den dreyen Ertz und Bischoffen / Mayntz / Bamberg und Würtzburg zu Unwillen kommen seyn / wie wir uns gegen denen gerüstet / aber sie doch gar nichts beschädiget haben / Sondern es haben sich E. L. der Pfaltzgrafe / sampt weyland Ertzbischoffen Reichart von Trier / Churfürsten ꝛc. in Handel geschlagen / und die Sache gütlich vertragen / also / daß uns zu Erstattung des Kostens etlich Geld / und keine Brandschatzung worden ist. Dieweil aber uns solch Geld auß E. L. Unterhandlung / mit guten Willen / und auß Ursachen / Uns umb erlangte verschriebene Sicherung / worden ist / ꝛc. Et paulò pòst: haben wir deren Liebde (Würtzburg und Bamberg) in ichte geumdienet / so können wir ihnen mit der Zeit wieder dienen / immassen wir denn auf diesen Tag / mit Würtzburg / neben Maintz und E. L. dem Pfaltzgrafen / und andern / siedder dem Handel / in Einung kommen / eine gute Zeit von Jahren freundlich mit einander gestanden und gelebet haben ꝛc. dergleichen der Bischoff zu Bamberg / der uns siedder der Zeit in seiner Stadt Bamberg freundlich und ehrlich gehalten / Ehr und Guts erzeigt hat. Und dieweil die Sache zum andermahl / auf Anklag des Bunds / da der Bund gegen uns in Foderung stund / vertragen worden ist / so wollen wir die Vertrage seyn lassen.

Landgräffisch Außschreiben / der fürhabenden Gewerb und Rüstung.

Von GOttes Gn. Wir Philips / Landgraff zu Hessen / Graff zu Catzenelnbogen / zu Dietz / zu Ziegenhain / und zu Nidda / Allen und jeden hohen / mittel / und niedern Ständen / so diese unser Verantwortung / und Außschreiben fürkömt / Erbiethen wir uns / gegen eines jeden Gebürnüß / unsere Dienstbarkeit / und alles Christlichen freundlichen guten

Willens / und fügen hiemit männiglich zuwissen. Nach dem Uns unsere / und auch unserer Herren und Freund Bewerbung und Rüstung halben / nicht ein kleiner Unglimpff / von unsern Mißgönnern und Widerwärtigen auff nachfolgende Artickel / zum ärgsten und gantz nachtheiliger Weiß außgebreit wird. Fürs Erste / als solten wir des Fürhabens seyn / uns für Franckfurt zu lägern / und unterstehen Römischer König zu werden. Item, daß wir uns / Kays. Maj. unserm allergnädigsten Herrn / zu Mißfallen und Ungehorsam / in des Königs von Franckreich Dienst begeben haben solten. Item, daß wir des Willens und Fürhabens seyn solten / den gemeinen Mann auffrührisch zu machen. Und den Hochgebohrnen Fürsten / Herrn Ulrichen Hertzogen zu Würtenberg / unsern lieben Vettern / wiederumb einzusetzen. Solchen erdichteten schweren Unglimpff abzulehnen / will unsere hohe Nothdurfft erfordern / die Sach unserer billigen Bewerbung und Rüstung / an Tag zu thun. Und bieten hierauff männiglich zuwissen / daß uns solcher unwahrhafftigen Zulegung halben gantz ungütlich geschicht / und werden in selbigen schändlich angelogen. Dann wir des Willens oder Gemüths nie gewesen / wissen uns auch deß selbst zuberichten / daß uns solch oder dergleichen Fürnehmen keines / fügen wolle. Und seyn auch des freyen Gewissens / daß wir je und allewege Kays. Majest. unserm allergnädigsten Herrn / zu allen gebührlichen Gehorsam gelebt / deßgleichen gegen den Bund zu Schwaben / alß ein gehorsamer Bundsverwandter Fürst / aller Billigkeit erzeigt / wie wir uns durch GOttes Verleyhung / hinführo aller Unverweißligkeit / und also zuhalten gedencken / daß wir es gegen GOtt / Kays. Majest. den Bund zu Schwaben / allen unpartheyischen Reichs-Ständ / und männiglichen / erbars Gemüths / wol verantworten mögen. Und damit wir uns solchs Verdachts erledigen / So hat es / des Hochgebohrnen Fürsten / Herrn Johannsen / Hertzogen zu Sachsen / des Heil. Römischen

Reichs ErtzMarschalck und Churfürsten/Landgrafen zu Thüringen/und Marggrafen zu Meissen/Unsers freundlichen lieben Oheymen/Schwagers und Gevatters/und unsers Fürnehmen halben/die Gestalt : Wiewohl gemeine Ständ des Reichs/auf letzt-gehaltenen Reichstage zu Speyer/sich des einmüthiglich entschlossen haben/das wir Uns untereinander/vermöge des Kays. Landfriedens friedlich halten/keiner den andern überziehen/uñ daß es eine jede Obrigkeit/in Sachen/das Kays. Wormbser Edict belangend/biß auff gemein Christlich Concilium solt zuhalten halben/wie sie solchs gegen Gott/und Kays. Maj. verhoffen zu verantworten. Daß auch zu Verhütung Empörung im Reich/ein stattliche Bottschaft zu Kays. Maj. in Hispanien abgefertiget werden solt/Ihrer Maj. der berührten Speyerischen Handlung/und Abschieds zu berichten/welche Schickung durch leichte Ursach verhindert worden ist / ohn zweifel auß dem/daß etliche Bischof/Münch eine lange Zeit her/itzt durch Rathschlag / dann durch diese und andere vielfältige Betagung/und Versammlung/sich beflissen/biß daß zu letzt GOtt der Allmächtige den schweren Fall über sie verhängt/daß sie mit ihrer Practicken etliche grosse Fürsten zu sich in Bündnüß wider das lebendig gnadenreich Wort GOttes/und desselbigen Anhanges bewegt/daß sie sich mit ihnen in Bündnüß begeben/zusammen geschworen/und verbriefft haben/wie männiglich hiebey im Truck erbärmlich zusehen findet. Nachdem nun von Gott unserm Schöpffer alle Ding nach seinem Göttlichen Willen/sollen und müssen furgenommen und volnbracht werden/alles zu seinen Lob und Preiß/in dem wir allweg zu seiner Furcht/ in demüthiger Bitt stehen wollen / So seynd wir ohn zweifel auch/durch GOttes Schickung/in Erfahrung solcher Bündnüß kommen/die dann nicht allein wider GOtt/die Natur/Christliche Liebe/sondern auch wider des Heil. Römischen Reichs Landfrieden/wider den Bund zu Schwaben/gemeine

meine Ordnung/ wider alle Nürnbergische/Augspurgische und Speyerischen des Reichs genommen Abschied / auch wider alle Billigkeit / sonderlich / so wir unsers Wissens niemands darzu Ursach geben haben/ und ungern thun wolten. Weil uns nun GOtt der Allmächtige / unsern Landen und Leuten vorzuseyn/ die zu regieren bey Christlichen Glauben / und rechter Warheit seines Göttlichen Worts / darein wir unser Seligkeit allein haben / und davon unerkandt nicht abdringen lassen wollen / sondern die unsern dabey schützen/ und so viel müglich ist / und Gott Beystand gibt/vertheidigen/ und für verderblichen Schaden zu wehren / fürgesetzt hat/ und wir dann mit den unsern in der Gefahr sitzen / wann unsere Widerwärtigen ihr Vortheil ersehen/ daß sie bemeldten unsern Oheimen/den Churfürsten von Sachsen / und uns mit der stärckesten und grösten Macht überziehen: Also des Backenschlags / Verjagung von Landen und Leuten täglichs gewarten müssen. So achten wir/ ein jeder Frommer/ der Verstand hat / und unpartheyisches redliches Gemüths ist/ werde / in Betrachtung deß / daß in natürlichen und beschriebenen Rechten/auch darumb in den Kayserlichen Landfrieden/ die Noth und Gegenwehr / nicht benommen ist/ leichtlich ermessen/ und nicht bewilligen können / gegen ein solch geschwinde Bündnüß und Fürnehmen / unser Noth und Gegenwehr in der Zeit also fürzunehmen / daß wir den unchristlichen / unrechten Gewalt/der von unverhörter Sach/begegnen soll/ auffhalten/und die unsern bey Gleich und Recht beschirmen mögen. Und gedencken in dieser Sach anders nichts (daß wir GOtt zubezeugen ruffen) zu suchen/ dann sein/ des HErrn Ehre/ Lob und Preiß/ damit sein Wort unverdruckt / und Wir / und unsere Unterthanen/dabey friedlich bleiben mögen.

DISSERTATIO X.

De

EJECTIONE ET RESTITUTIONE DUCIS WIRTENBERGICI.

RESPONDENTE

JOHANNE BELICIO, Holſato.

I.

Wirtembergiæ Ducatus fama.

AGer Wirtenbergenſis nomen habet ab arce quadam montanâ, ad Nicrum, mille paſſibus diſtante à Stutgardiâ, olim pars Sueviæ fuit, in plures comitatus diviſus. Et primùm Henricus IV. Imperator ex Barone Beutelsbachio primum Wirtembergenſem Comitem fecit Conradum, cujus majores ex Galliâ in Sueviam venerunt. Ab eo longâ ſerie deſcendit Eberhardus Senior, qui per conjugem, poſtremi Teccenſis Ducis filiam, Ducatum Teccenſem accepit: Sicut ipſius filius Eberhardus junior per matrimonium conſecutus, comitatum Montis Pelicardi, ſeu Mompelgardenſem; A Maximiliano in Ducalem dignitatem evectus fuit in Comitiis Wormacienſibus anno 1495. Eberhardus barbatus. Cautum fuit inter alia in diplomate conſtituti Ducatus, & inſtrumento inveſtituræ, *quod exſtat apud Limn. jur. publ. lib. 5.*

lib.5 cap.16. ut Ducatus iſte ſemper cedere debeat primogenito, neque diviſione fratrum in partes dividi. Deinde ut ſi Duces Wirtebergenſes ſine maſculis decedant, omnesque agnati intermoriantur, quod Ducatus perpetuò in patrimonio ſacri Imperii retineatur. Quo ipſo in mentem venit nobis conſiliorum, quæ pro augendo Principis ærario, à Politicis ineuntur. Quæ deliberatio tanto magis hodiè quàm olim neceſſaria eſt, quo publici Imperii reditus ita diminuti feruntur, ut Imperatori hodiè non ſufficiant ſuſtentandæ aulæ ſuæ. Videatur Coccinius *de bell. Max. I. cum Veneris Auguſtin. Pacricius apud Freh.tom 2. ſcript. Germ. fol.* 145. 288. *&* 289. *Iulius Pflug. in orat. de Rep. Germ. apud. Goldaſt. Pol. Imp. f.* 674. Et alii quidam reſtitutionem alienatorum vectigalium publicorum, (quo tamen de conſilio adi, *Heig. p.1. q.2. n.18. Clapmar. 5. de arcan. rer.* 12.) Alii bona Eccleſiaſtica Imperatori vindicanda ſuadent. *Eberh. à Weihe meditam. pro fœd. lib.1. c.3. n.*38. Sed nulla expeditior via videtur, quàm iſthæc Maximil. I. quâ feuda vacantia fiſco mancipari jubentur, quæ ratio in omnibus capitulationibus præcipitur.

II. Dignitate & territorio ipſo excidit Ulricus, hoc nomine IX. ejectus à fœderis Suevici ſociis, cum alias ob cauſas, quæ recenſentur adverſus belli denunciationem Ulrici *apud Hord. lib.* 13. *c.* 2. Itemque in excuſatione Statuum Wirtenbergicorum ad Helvetios *apud eundem c.* 3. Inter quas præter regimen injuſtum & tyrannicum, etiam numeratur duriſſima & Principe indigna tractatio conjugis Sabinæ, Alberti Bavari filiæ. De cujus infelici matrimonio *vide Chytræum lib.* 7. *& Paul. Iov. initio hiſt. lib.* 32. quibus duobus hiſtoricis non ſe crediturum ait Hordlederus *d. loc.* niſi literæ non unæ, ipſius Sabinæ Bavaræ manu, ad Fridericum ſapientem Saxonem ſcriptæ, fidem ſibi facerent. Tum verò inprimis ob captam Reutlingam, urbem Imperii, & Suevico fœdere compre- *Dux Vlricus exuitur territorio.*

 henſam.

liensam. Causa obsidendæ ejus erat, quod saltuarius quidam Ulrici, Reutlingæ fuit occisus, vir apud Ducem suum gratiosus, ut fatetur Dux ipse apud *Hordl. lib. 3. c. 9.* ejusque cædis reus Duci ad judicium non fuerit status, & prætereà Reutlingenses, quasi jus piscandi venandique Ducis Ulrici involassent, fugitivosque ejus venatores quosdam receptassent, ut narrat *Crusius annal. Suev. lib. 10. par. 3. c. 8. p. 562.* accusarentur. Sed hæ causæ delictumque privatorum paucorum tanti non erant, ut tota aliqua civitas expugnaretur. *Confer Alb. Gent. 1. de I. B. c. 2. Oldenb. de Iur. & æq. tit. 14. Grot. de I. belli lib. 2. c. 21. n. 2. & seqq.* Præsertim, si, ut Imperator Carolus judicat, *apud Hordl. p. 679.* res accidit. Ita enim ibi Imperator: Die Sache hat eine solche Gestalt / daß er einen Forstknecht gehabt / der als er sich in der Stadt Reutlingen mit etlichen beym Weine / und nicht von wegen seines Ampts-Sachen / zutragen / ist ungefährlich zu Todte geschlagen / und seyn die Thäter in ein GOttes Hauß / eine geistliche Freyheit / gewichen / sonst weren sie / (wie sichs gebühret) von denen von Reutlingen ungestrafft nicht blieben. Möcht seyn / der von Würtenberg hätte begehret / daß die von Reutling die Todtschläger auß der Freyheit nehmen solten / das hat ihnen aber nicht gebühret / zu dem daß die von Reutlingen sonst vom Reich befreyhet seynd / so Todtschläger von aussen zu ihnen fliehen / daß sie Freyheit haben. Erat Reutlinga Imperii urbs, & in fœdus prætereà Suevicum recepta, itaque ejus fœderis socii ultionem in Ulricum decernunt & arma parant. Idque tanto justius, quod hanc urbem non tam punire, quàm hoc colore ditione Imperii, Suevicique fœderis jurisdictioni subtrahere satagebat, quod inde constabat, quia testante Imperatore d. loc. juramentum fidelitatis extorsit à civib⁹ Reutlingensibus: Sie mit Vogtheyen und Amptleuten besetzet / inne gehabt / regieret / zu Landtagē erfodert / uñ alles anders mit ihnen gehandelt / wie mit andern seinen Lehnleuten und Unterthanen.

III. Hac

III. Hac occaſione de fœdere, quod Imperio Germanico, ſi quidquam aliud, ſanè fuit utiliſſimum, dicendum aliquid nobis Suevico eſt. *De quo vide Cruſium, ann. Suev. lib. 9. p. 3. p. 482. Gerar. de Rou lib. 10. p. 366.* Anno 1487. Cæſar Fridericus Noribergæ de pace imperii firmanda conſultabat: Nihil tamen ad ſummam rei tranſigi potuit: Soli ex omnibus Suevi fœdus inter ſe iniêre, cui Principes nonnulli alii, & vicinæ civitates ſubſcripſere, quod appellabant, Die Geſellſchafft S. Georgens Schilts / ex eo, quod confœderatorum inſigne clypeus cum effigie S. Georgii gerebatur. Diviſa erat in quatuor curias ſeu claſſes, quarum ſingulis ſuus ſibi Dux & caput. Una erat, ſocietas in Hegæa, & ad Lacum Podanicum. Altera, ad Danubium, tertia ad Kocheram, quarta ad Neccarum & Nigram ſylvam. Hoc primum factum in annos octo, deinde tres, poſt duodecim, inde decem. Anno demum 1522. renovatum fuit fœdus Ulmæ, in annos undecim. Hujus fœderis erant præter eos, quos Sleidanus fine lib. 4. nominat, Abbates XI. Abbatiſſæ III. & viri nobiles quam plurimi. Civitates Imperiales XXX. Auguſta, Noriberga, Ulma, Eslinga, Reutlinga, Nordlinga, Hala Suevorum, Uberlinga, Gemunda, Memminga, Biberacum, Ravenſpurgum, Hailpronna, Kaufbyra, Dunckelſpula, Wimpina, Winthemium, Kampodunum, Verda, Isnia, Pfullendorfium, Wila, Vangium, Leukircha, Aulia, Ginga, Popfinga, & Buchornium. Conſtituebantur fœderis judices tres, unus à Cæſare & Electoribus, alter à Prælatis, Comitibus, Dynaſtis ac nobilibus, tertius à civitatibus, datâ illis juriſdictione, mixtoque imperio, in cauſis Principum inter ipſos, vel adverſus alterius ſubditos, eosque vel ſingulos, vel integras univerſitates, realibus ac perſonalibus; criminalibus, & matrimonialibus exceptis. Circa feudales conſtitutum, ut ſiquidem inter litigantes conveniat, quod ſint feudales ad ordinarium tribunal ut vocentur: ſin de hac qualita-

Fœdus Suevicum.

 telis

te lis vel incertum ſit, itemque de evictione, poſſeſſione, ſervitutibus feudorum, apud competentem judicem fœderis exerceantur, quæ omnia latè cauta fuere in dictis renovati fœderis tabulis, quæ habentur apud *Hordl.lib.3.c.4.* In primis ſancitum, ne Ordo alter alterum vi hoſtili invadat, dejiciat, captis pignoribus ſpoliet, captivum ducat, de mutuis etiam auxiliis, & aliis pluribus. Audire operæ pretium Ferdinandum ipſum apud *Hordl.lib.3.cap* 11. ibi: **Die Bunds-Einung iſt auff ein Maß und Ordnung geſtellet/ zu handhaben des Landfriedens/ uñ ernſtlicher thätl. Straffe der Verbrecher deſſelben/ und inſonderheit ſo ein Bundsverwandter von jemand mit Gewalt/ in was wege das geſchicht/ angegriffen/ uñ vergewaltiget wird/ daß die Bunds-Stände die Gegenhandlung/ den Krieg/ die Betrettung/ und Wiederholung des Gewalts erkennen/ und vollenziehen mögen / ohne einig vorgehende Rechtfertigung.** Confer *Melancht.declam.tom.* 1. *in encomio Suevorum.* Et *tom.* 2. *in orat. de Maxim. l. Eberh. à Weihe medit. pro fœd.* 1. *c.*2.*n.*39. ſed poſteà hoc fœdus diſſutum eſt magno Germaniæ malo. *Eberh. à Weihe* 1. *med. pro fœd. c.*2.*n.*29. Annitente Franciſco I. Galliæ, teſte *Mart. Bellajo com. de reb. Gall. lib.*4. *fol.*142. Et ſi Eberhardo credimus, etiam Karolo Imperatore. At quo minus ei credamus idem Bellajus facit *fol.*150. *lin.*15. *fol.*152. *lin* 35. & *fol.*156. *lin.*1. Adde *Chytræ. Sax. fine lib.*13.

IV. Ulricus ergò à ſociis fœderis condemnatus magnam ſpem ponens in auxiliis Galliæ Regis, & Helvetiorum, defenſionem moliebatur. Et Helvetios exercitu, Gallos pecuniâ, ut quidem polliciti erant, præſto ſibi fore confidebat. Et ſi Gallus Imperii dignitatem, quam adfectabat, adſequeretur, non dubitabat Ulricus, quin & omnem maculam facilè elueret, & rem ex ſententia feliciter perficeret. Ac quoniam tanto ſtudio, tantaque contentione imperii diadema Gallus ambibat, arbitrabatur ſe tali exercitu, quoſdam Electorum,

ctorum, quos minus propensa erga se voluntate esse norat, terrere posse, quo faciliores in suas partes concederent. Posteà verò quàm confœderati cum exercitu in ditionem Wirtebergicam venerunt, Ulricus tantæ potentiæ impar, cum equitibus plus minus viginti discessit, & munitiones præcipuas præsidiis firmatas reliquit, atque ita nemine resistente confœderati facilè provinciam omnem occupabant. Reliquerat Ulricus Tubingæ, quæ in primis cara habebat, duos liberos, Christophorum, quartum agentem annum, & filiam, pretiosos auri & argenti thesauros, instructissimum penu cibariis, ad alendam multitudinem belli tempore, arma necessaria, machinas bellicas & alia ejusmodi. Posteà fœderis socii conventum agebant Eslingæ, ubi consultabatur de Magistratu per provinciam constituendo, de munitionibus superatis, de armis, machinis bellicis atque thesauris, de liberis Ulrici Principis honestè educandis. Et convênit provinciæ Magistratus, præfectos & quæstores esse præficiendos, arma ex munimentis avehenda, liberos ad avunculum Bavariæ Ducem, ad quem antea mater se contulerat, mitti. His ita constitutis, Confœderati Ducatum Wirtebergensem Karolo Imperatori tradiderunt, à quo ad Ferdinandum fratrem translatus fuit, secutaque est investitura. Hujus traditionis Karolo factæ titulus fertur emtio venditio, *teste Iovio hist. lib. 22. p. 2.* Emerat enim à confœderatis, qui bellicos sumtus eâ pecuniâ resarcire laborabant. Et ipse Cæsar in responsione ad intercessionem pro Ulrico Augustæ data, ita: **Als sie sich nun** (confœderati) **der Gelegenheit des Landes erkundiget / haben sie ein überschwencklichen Last / und Beschwerden / des Zins / Gülden / Leibgeding / und anderer Schulden über sein Einkommen und Vermögen beladen gewesen / befunden / das ihnen nicht wenig beschwerlich / derselben zuerhalten / und auf sich zunehmen / denn den Kriegskosten / den sie auffgewand / der dennoch auch nicht klein /**

klein/zu tragen. Damit nun Brieff und Siegel/Treu und Glaub auch Fried und Recht in H. R. desto stattlicher/und das Fürstenthumb Würtenberg/als ein Glied desselben/unzertrennet erhalten/auch viel trefflicher ehrlicher Leute/von Prælaten/Grafen/Freyherren/vom Adel/und der Städte/und Flecken in Fürstenthumb / die sich hinter gemeldten Hertzogen solcher Schulden halber zum höchsten verschrieben/vor endlichen Verderben verhütet werden mögten/haben sich die Stände unsers Kays. Bunds mit unsern Oberesten/Commissarien rc. in Handlung eingelassen / und uns solch Fürstenthumb durch einen Kauff-Titul zugestellet. Porrò familiâ inter fratres Karolum & Ferdinandum ere͡ctâ citâ, huic Ducatus iste cessit. Quo jure autem confœderati Suevici Imperatori Karolo vendere Ducatum potuerint, dubites. Pro Ulrico facere videbatur, quod neque conventio ulla proferri posset, quia vi hostili Ulricus tantisper cesserat, cui resistendo non erat, & omnes recuperandi eam vias circumspiciebat; neque delicta, quorum reus agebatur, sufficerent, quotquot ei tam à Ducibus Bavariæ, quàm ordinibus ditionis suæ exprobrabantur. De quibus supra th.2. Et faciamus, ea atrocissima fuisse, nondum tamen secundùm Confœderatos causa dicenda videbatur. Neque si Ulricus proscriptionem meruit, proinde sine cognitione, & sententia pro proscripto ipso jure habendus videbatur: Neque si proscriptus etiam per sententiam fuit, hoc ipso videtur jus alienandi confœderatis adquisitum. Sed negabat Ulricus se proscriptum, certè citatum non fuisse contendebat, in den Würtenberg. und Land-Gräfl. Außschr. ihrer fürhab. Rüst. *apud Hordl. lib. 3. c. 9.* ibi: Uns ist nicht wißlich / daß wir in die Acht oder andere Beschwerung gesprochen seyn: Sondern ist die Warheit/ daß wir dazu nicht citiret/uns ist auch deßhalben nicht verkündiget. Ob es aber je geschehen / als wir der Gerechtigkeit nach nicht hoffen/ so were solche Acht uns in

Ducatus quo jure ad Cæsarem pervenit.

Rücken

Rücken auch Unser uncitiret / unerfodert / und ungehört geschehen / und also wider das H. R. Reichs-Ordnung / das gemeine Recht und die Capitel / so K. M. in ihrer Wehlung zu der Röm. Kays. Cron gnädiglich verwilliget hat. Quod de jure communi ait Ulricus, videtur respicere ad constitutionem Severi & Antonini, quam habet Marcianus JCtus in *l.1.pr.ff.de Requi. reis* ubi rescripserunt, ne quis absens puniatur. Et addit Marcianus; hoc jure utimur, ne absentes damnentur. Neque enim inauditâ causâ quenquam damnari æquitatis ratio patitur. Capitulatio autem Karoli *apud Goldast. p.2.* der Reichs-Satz.*art.22.* ita cavet: Wir sollen und wollen auch fürkommen / und keines weges gestatten / daß nun hinführo hoch oder nieders Standes / Churf. F. und andere ohne Ursache / auch unerhört in die Acht und Aber-Acht gethan / bracht und erkläret werden; Sondern in solchen ordentlichen Proceß / und des H. R. R. voraus gewissen Satzungen in dem gehalten und vollzogen werden.

V. Sed fac proscriptum, quâ de re posteà, fac sumtus bellicos, ac æs alienum dissolvi non potuisse, numquid distrahi in alienam familiam licebat? Contrarium ex Maximiliani, id est, primâ instituti Ducatus hujus lege elucet, ubi cautum, si horum Ducum posteritas deficiat, ut fisco & ærario Imperali addictus esset, quâ de re elegantissimè loquitur Rex Galliæ in Epistolâ apologeticâ ad Ordines Imperii, *apud Freh. Tom.3. rerum Germ. p.m. 335. n.30. Ducatus Wirtenbergicus Imperii beneficium eo jure erat, ut aut si quid fortè esset à Cliente contra fidem beneficiariam admissum, aut si ad eum casum res devenisset, ut in familia clientelari mas nullus superstes esset, ager ille fieret publicus P.R. At id jus omne ita est interversum à Cæsare, ut totum in gentilitatem Austriacam iisdem conditionibus transscriptum sit, pacto an peccato dicam, nescio. Certè quidem contra jus, contra æquum & bonum, contra morem majorum.* Hæc ille. Sed audiamus verba authentica instrumenti beneficiarii, quam investituram

 vocant,

vocant, exstantia *apud Hordl. lib. 3. c. 1. p. m. 612. n. 10.* Ob es wäre daß der mannliche Stamm und Linie der Hertzogen und Herren von Würtenberg gantz absterben / und keiner mehr seyn wird / daß alsdenn solch Hertzogthumb durch uns König Maximilian oder unser Nachkommen an Reich Kön. oder Kays. nicht soll oder möge ferner jemand zu Lehen verleyhen / oder durch einen andern Titul / Form / oder Maß / gantz oder ichtzit von Städten / Schlössern / Nutzungen / oder ihren Zugehörungen davon geben / verkaufft / veräussert / oder in Verwaltung / in Ampt oder Pflegers-weise eingegeben / oder in Beseß zugestellet werden: Sondern solch Hertzogthumb mit aller Obrigkeit &c. nichts außgeschlossen soll bleiben bey Röm. K. und K. und bey den H. R. R. ewiglich und also in Mehrung des Reichs Widdumb-Gut / der Cammer incorporirt und urleibt seyn. Adde quod confœderati occupando Ducatum non aliud jus sibi adquisiverint, quàm quod acquirere per pactum fœderis, jus commune, A. B. consuetudines in Imperio receptas licuit. Nempè ad tuendam pacem, conservandam justitiam, & in pœnam. Non ergò jus proprietatis dedit occupatio confœderatis. Non ergò confœderati, quod ipsi non habebant Cæsari, non Cæsar Ferdinando dare potuit. Denique venditio nulla fieri per jus potuit, neque factam esse Christophorus Wirtenbergicus contendebat, sed per nudum pactum à Confœderatis Cæsari Ducatum permissum fuisse, certis conditionibus, quibus tamen nec Cæsar ipsis satisfecisset. Investituræ etiam Ferdinandi Ordines non aliter consensisse, denn männiglichen an ihren Rechten und Gerechtigkeiten unvergriffen / ut loquitur Dux Christophorus *apud Hordl. lib. 3. cap. 8. p. 658.* Vide *Constit. Karoli V.* vom Regiment zu Wormbs *anno* 1521. §. Ob auch Sachen. Cammer-Gerichts Ordnung. *p. 2. tit. 7. Dn. Limnæum lib. 2. de I. P. c. 9. n. 31. Lundorp. tom. 2. act. publ. lib. 1. tract. 2. Hippolithum à Lapide de Ratione Stat. p. 1. c. 70. sect. 2. p. m. 163. & seqq.*

VI. Hæc ſunt quæ pro Ulrico potiſſimum diſputari poterant. Jam ut dicamus, de his quæ contra Ulricum proferebantur, juſtitia expulſionis ejus nitebatur jure belli, ſecundùm quod immobilia efficiuntur ejus, cujus auſpiciis bellum geſtum, idque gentium jure. *Vide Grot. de I. B. lib. 3. n. 2. Confer l. 20. §. 1. de capt. & poſtl.* Dummodo bellum ſit juſtum. *l. 1. & ibi gl. ff. de acquir. poſſ.* Juſtum autem hoc fuiſſe videbatur, quia pro pace publicâ, contra vim Reutlingæ urbi illatam, auctoritate Imperatoris ſuſcipiebatur. Vaſallus enim arcibus, caſtris, vicis, aut civitatibus Domini damnum inferens, feudo privandus. *2. F. 6. verſ. tuum. & verſ. utile.* Sive ergo Dux Ulricus juſtam habuit cauſam adverſus Reutlingenſes, ſive nullam, utroque caſu contra jura fecit, arma movendo dum jure experiri debuiſſet. Quod quia neglexerat, jure meritò in ſe concitaverat fœderis Suevici ſocios, cum pacis publicæ gratiâ, & ne ordo ab ordine vi opprimeretur, potiſſimum fœdus eſſet ictum, ut ſupra diximus. Quod ſi juſtô bellô ſociis adquiſitus Ducatus, juſtè etiam potuit vendi. Jure enim gentium non tantum bellum gerens, ſed & qui ab eo titulum habet in poſſeſſione ſuâ tuendus eſt. *Vide Grot. de I. B. lib. 3. c. 6. n. 2.* Deinde quòd Ulricus proſcriptus fuerit, omninò credendum eſt Imperatori ad Notitiam totius Imperii provocanti: Sed & legitimè ſervatô juris ordine factum fuit: Ita enim ait Imperator: **Unſer Erkäntnüß und Acht iſt auch förmlich/ ordentlich/ deß Reichs Ordnung gemäß/ nicht auf gemeiner Bunds-Stände/ oder derer von Reutlingen anruffen: Sondern auff unſere und des Reichs Cammer** Procuratoris **fiſcaliſche Klag ergangen/ und denſelben ſeine Klage durch unſers Bunds vorergangene gebührliche Handlung nicht benommen geweſen.** Quin imò ſi maximè juris ordo ſervatus non fuiſſet, quia tamen crimen erat manifeſtiſſimum, & permanens; ideò executio vitii damnari minimè poſſet *Gail. de Pace publ. lib. 2. c. 3. n. 16. & ſeqq.*

 Et

Et hoc post capitulatione Ferdinandi III. §. 30. disertè constitutum, ibi: Were es aber Sache / daß die That an sich selbst gantz notori und offenbar / der Friedbrecher auch in seinem Verbrechen beharrlich / und thätlich fortführe / ob wohl es dann nicht eben eines sonderbahren Proceß vonnöthen / so wollen wir jedoch auch in diesem Fall mit Zuziehung obgedachter des Reichs uninteressirter Churf. ehe und zuvor wir zu der würcklichen Acht Erklärung schreiten / communiciren und verfahren. Jure ergò per damnationem excidisse bonis suis videbatur, ut supra dictum *p. 162.* Superest extremo loco dispicere, utrum Ulrici proscriptio nocere filio Christophoro potuerit. Sanè in thesi nota est distinctio Doctorum inter feudum novum & antiquum. Quorum illud ob feloniam primi adquirentis neque ad filios neque agnatos transmitti potest, cum is, per quem transmitti debeat, & à quo jus tàm in descendentes quàm collaterales derivatur, ipse eo privetur. *H. Pist. lib. 2. q. 4. n. 50.* In paterno seu antiquo verò, etsi quod ad filios eadē sit ratio, circa agnatos tamen non consentiunt Dd. Rectius asseri videtur, hos non privari feudo, cùm non in jus deliquentis succedant, sed primi adquirentis. *Vultej. 1. Feud. c. 11. n. 147. H. Pist. lib. 2. q. 15. & 16.*

VII. Itaque Dux Christophorus contentus erat, quippe superstite etiamnum patre, de cujus, provinciam recuperaturi successu, nondum desperaverat, partem paternæ possessionis, sibi, ex pacto, infanti adhuc, in ipsa occupatione Ducatus per Ordines Suevici fœderis addictam, & reservatam, cum præfecturis suis, omnibusque instrumentis, & copiâ, quæ tempore occupationis ibi reperta fuere, Tubingam nempè & Neuffam, petiisse, quam ex eo tempore, quo inde adductus, nunquam iterum ingressus erat. Petiti verò compos fieri non poterat. Id quod causam Ferdinandi Regis valdè reddebat invisam. Apparet autem ex literis Christophori ad

Con-

Confœderatos Suevicos, ipſum propterea in harum Urbium poſſeſſionem intromiſſum non fuiſſe, quod per pactum ſequens, vel, ſi mavis, emtionem Imperatoris, receſſum à primâ conventione cauſaretur Ferdinandus, in quam alienationem Avunculus Chriſtophori, Wilhelmus Bavariæ Dux & Karolus Cæſar, qui ſe pro tutoribus Chriſtophori gerebant, conſenſiſſe ferebantur. Ita enim excipit contra perſonas juxtim & factum eorum ibi Chriſtophorus: **Ich befinde/daß ſich die Kayſ. Majeſt. und Hertzog Wilhelm in Beyern/in Einnehmung des Schloſſes Tübingen mein und meiner Schweſter / als Vormünder/und Treutrager/gleichwohl unnothdürfftiger Weiſe/ und ungebeten/unterſtanden haben ſollen. Denn ſolche Vormundſchafft/Jhr. K. M. und Euch von Rechts wegen nicht zugeſtanden/iſt auch ein Uberfluß/und gantz von unnöthen geweſt/ mich in Vormundſchafft zunehmen / dieweil mein Herr und Vatter/deßgleichen auch meine Frau Mutter in Leben/ und ich unter der vätterl. Gewalt geweſt.** Accedebat, quod tutor pupillorum ſuorum prædia vel tranſigendo, vel aliis modis, alienandi jus non habet, multò minus ſua facere poteſt. Et quod caput erat, in transactione conventum erat, ut poſt biduum à tempore captæ Tubingæ, pro Tubingâ & Neufâ reddi æquivalens aliquod in Germaniâ deberet, & ſi hoc non fieret, loco earum Heidenhemium, Blabeura, & Minſinga ei traderentur, quorum tamen nihil factum fuit.

VIII. Sed poſtquam Ulricus ipſe, & pro eo Principes alii deprecati ſæpius ad Imperatorem exilium perpetuum eſſent, reſtitutionemque ſollicitaverant, tandem anno 1534. quum anno ſuperiore, lapſu XI. annorum, fœdus Suevicum diſſolutum jam eſſet, adeoque nihil metuendum amplius reſtaret, Landgravius Philippus paucô comitatu, ut ne aliis ſubolεret, in Galliam profectus, cum Franciſco Rege occulta agitabat conſilia, & Ulricum, propinquitate ſibi junctum, omni- *Vlricus Landgravii ope recuperat Ducatum.*

 nò re-

nō restituere in animum induxerat. Itaque oppigneratâ Regi, Ulrici nomine, ob acceptam præsentem pecuniam, Monti-pelicardiâ ditione, aliâque insuper pecuniâ increditum promissâ, ut rem facilè aggredi posset, militem conscribit, inque agrum Wirtenbergicum profectus, præliô ibi commissô, Ferdinandi exercitum in fugam agit, ab eâque victoriâ totam regionem sub Ulrici potestatem redigit. Ferdinandus dum hæc fierent, exercitumque educunt Landgravius & Dux Wirtenbergicus, ad juris atque legum disceptationem causam rejiciebat, parum memor, illas eo tempore inter armorum strepitus exaudiri non posse: Idem etiam evulgatô scriptô mandabat, ne quis illorum factioni sese conjungeret: In quam sententiam etiam Cæsar aliquot ante diebus edixerat. Sed Ulricus possessiones suas nihilominus recuperabat. De cujus recuperationis justitiâ non erat una omnium sententia. Nam jure agi, & reposci Ducatus oportuisse videbatur, & hanc expeditionem contra leges Imperii susceptam. Sive enim, ut spoliatus voluerit suum recuperare Ulricus, debuisset id facere confestim, *l.3. § 9. ff. de V. & V. A.* Sive ex justâ causâ, belloque justo dejectus, injusta fuit recuperatio. Vide A. Quettam *cons. 6. n. 6. & seqq.*

IX. Sub hujus belli tempus Archiepiscopus Moguntinus, & Saxoniæ Princeps Georgius agebant de reconciliatione Ferdinandi Regis, & Saxonis Electoris, primò ad S. Annæ montem, deinde Cadami, oppido Bohemiæ, qua occasione simul alteram quoque pacificationem Ferdinandi cum Landgravio & Duce Ulrico tractant. Hujus transactionis Cadamensis, quæ extat *apud Gold. part. 1.* der Reichs S. *p. 269.*

Transactio Cadamensis.

Primum caput agebat de dissidio inter Electorem Saxoniæ, & Ferdinandum, cujus compositio sequentibus constabat legibus. I. Religionis causa vis nulla fiat, neque lis ulla forensis moveatur; II. Pax Noribergæ facta servetur. III. Ferdinandus efficiat

efficiat locô Cæſaris, ut Cameræ judicium ſuperſedeat ab omni actione contra Proteſtantes, Anabaptiſtis & Sacramentariis tamen inde exceptis. IV. Saxoniæ Elector atque ſocii agnoſcant Ferdinandum pro Rege Romanorum, titulumque ei tribuant. V. Ferdinandus invicem hoc apud Cæſarem, & reliquos Electores efficiat, intra certum tempus, ut decretum ejusmodi fiat, cum tempus olim incidet, creandi Rom. Regis, vivô Cæſare, ut tum Electores ante conveniant, & deliberent, de neceſſitate, juſtitiaque cauſarum eligendi, ſecus ſi fiat, cauſævé idoneæ non videantur, quicquid actum fuerit, irritum ſit. VI. Succeſſionem quoque Saxonis, in bonis paternis & avitis Cæſar confirmet. VII. Ferdinandus det operam, ut quę Saxoni ſunt cum Principe Cliverſi pacta matrimonii, Cæſar approbet. Hæc erat transactionis cum Saxone ſumma.

Contentio, de Rege Romano, vivo Imperatore, eligendo.

X. Quod attinet articulum quartum de Rege Romano, res ita habet: Anno 1531. Coloniæ, impulſu Cæſaris, Ferdinandus Frater creatus erat Rex Romanus ob cauſam abſentiæ Cæſaris è Germaniâ. Huic creationi Confœderati Smalcaldici intercedebant, ſummam ejus interceſſionis habet Sleidanus ſub finem lib. 7. Et poſtea in conventu Svinfurtenſi anno 1532. conditiones quasdam præſcribebant Cæſari, quas perſequitur idem *Sleid. lib.* 8. Et habentur ad verbum apud *Goldaſt.* Polit. Reichshand. *fol.* 142. atque hic erat controverſiæ ſtatus: Utrum Imperatore ſuperſtite Rex Romanus per Leges Imperii creari poſſit. Princeps Elector negabat, quod A.B. de Electione Regis Romani agens non aliter loquatur de eâ, quàm jus commune ſolet. Jam jus commune vetat de vivi alicujus ſucceſſore agi, *c. nullus 7. diſt.* 79. fortè per rationem *l. fin. C. de pact.* adeò, ut qui ante mortem Imperatoris vel Papæ tractent de Imperio vel Papatu in vitâ eorum, incidat in crimen læſæ Majeſtatis. *Ioh. And. in c. veniens. de teſt. Alex. in addit. ad Bart. in l. fin. ff. ad L. Iul. Maj. Hippol. de*

Marſ.

Marſ.q.1.n.23.Reſtaur.Caſtald.de Imper. q.118.inf. Et quamvis Alber.de Roſate *in l.fin.verſ.niſi ipſe forte.C.de pact.* velit, quòd de conſenſu Abbatis & Monach. valeat electio futuri Abbatis, ut & *Archidia. in c.ſi tranſitus. diſt.19.* Tamen id ſecundùm Baldum *in c. bonæ. 23. de Elect. in fine 1. colum.* accipiendum erit ita, ne determinetur aliquid, vel promittatur, de certâ perſonâ præficiendâ. Quod nec diſplicet & Alberico *ad d.l. fin.Præpoſ.in tit. Qui ſucceſſores teneantur. 1. F. 9. Cagnol. in d.l. fin. 10. notab. Decius in c. licet devitanda. verſ.ult. de Elect.* niſi poſt creationem ſucceſſoris ſe Imperator abdicat poteſtate. *Lud.Gomeſ in Reg.de infir.reſig.q.1.v.pro reſol.per text. in c.1. de renunc.in 6. Gloſ.in c. Adrianus. in verſ. Auguſt. diſt. 63. Vide pol. Imp.Gold.parte.2.cap.V.fol.n.232.* Itaque præciſe A.B.exprimit caſum mortis *in c. 1. §. cum autem & c. 4. §. cæterum quoties.* Et quamvis ab altera parte generalitas textus in A. B. *c. 1. pr.* in verbis, *quotiescunq;, & quandocunq; &c.* urgeatur, quaſi vix videatur ad caſum mortis reſtringi ſolum, idque tanto minus, quod aliâs abſurdum ſequeretur, ut nec eo caſu, ubi inhabilis eſt Imperator, Rex Romanus eligi poſſit; Benè tamen advertendum, quod hæ particulæ tempus non definitum deſignantes, definitionem ex ſequentibus verbis accipiunt, quando nempè dicitur *quotiescunq; & quandocunq; imperium vacare contingit A B. c. 4. §. 2. & c. 5.* Jam verò vacare imperium, niſi cavillari verborum proprietatem velis, non poteſt dici, vivente Imperatore; ſed tum demum vacat, ſi vel mortuus Imperator ſit, vel ſe abdicavit. Non officit, quod ubicunque neceſſitas emergit, Rex Rom. juxta A.B. eligi poteſt. Reſtringenda enim eſt hæc neceſſitas ad caſum vacantis Imperii. Minimè autem omnium emergit, quando Imperator plurium regnorum adminiſtratione implicitus eſt, quæ cauſa in præſenti negocio prætendebatur à Karolo V. Aut enim talis Imperator poteſt ſufficere adminiſtrationi ſingulorum regnorum,

rum,& frustra quæritur de Rege R. ei adjungendo. Aut non potest,& sic quoque inanis quæstio, cùm nec eligi in Imperatorem talis possit. *arg.c.2.A B.*§.2.ibi: *qui ad hoc existat idoneus. c.super inordinata 35.X. de præbend.* Quòd si maximè eligatur, aut debebit cætera regna, aut Imperium per vicarios gubernare, ut ne sic quidem Rege Rom. opus sit. *Vide Dn.Limn. lib.2.c.15.n.15.* Et quia Electori Moguntino tum demum convocandi potestas competit, quando per obitum vacare Imperium incipit A.B.C.1.ibi: **Wann es auch dazu kommen wird/ daß man eines Römischen Kaysers / oder Königs Todt im Bistum Maynß gewahr und inne wird.** Igitur ex defectu juris convocandi,electionem vitiosam arguebat Elector Saxoniæ, pluralitatemq; hoc loco valere negabat. Ita enim habet protocollum Cancellarii Pontani apud *Gold.* Pol. R. H. *fol.*139. **Daß ihrer sechs oder weniger/ausserhalb des siebenden/so sonst sämptlich und mit einander eine Wahl zu thun haben/ Macht haben damit fortzufahren/ ist zu Straff seines Ungehorsams/ daß er auff beschehene Ladung außgeblieben ist. Wo dann kein Ungehorsam/oder Verwirckung ist/da soll auch die Straffe nicht statt haben/das ist/daß man ohne und hinter ihm zu einer Wahl schreiten möchte / sondern vielmehr müsten die andern Churfürsten sträfflich geachtet werden ꝛc.** His de causis,ut de politicis adspectibus pluribus aliis taceam , jure & pro republ.dissentiebat hactenus Saxo: sed nunc transactione hac Cadamensi consentiebat, hâc tamen lege, quam exprimit ipsa transactio apud Goldast. **Im fall daß solche obgemeldte Artickel zwischen angezeigter Zeit** (nempè intra X.mensem) **durch den mehrern Theil der Churf. nicht bewilliget noch beschlossen/und von K. M. zugelassen/bestättiget und verbriefet würden: So soll denn der Churfürst zu Sachsen sampt seinen Mitverwandten / der Königl. Wahl oder Tituls halben wiederumb frey stehen/und ihm sein Recht vorbehalten seyn / sich**

auch der Königl. Maj. in keinerley Weise / in- oder ausserhalb Rechtens dißfals damit zubehelffen haben. Hanc conditionem postea oportet defecisse, quandoquidem Elector idem interpretationi in pacificatione Noriberg. quæ exstat *apud Hordl. lib.* 1. *de causis c.* 32. *anno* 1539. subscribens hanc clausulam adhibet: Doch daß wir hiemit der Kön. Maj. den Titul eines Röm. Königs nicht bewilliget / noch eingeräumet haben: Sondern bey den Cadawischen und Wienischen Verträgen bleiben wollen. Id quod vel maximè ex postremâ transactionis formulâ Spiræ anno 1544. conditâ elucescit, *apud. Hordl. de Bello Germ. lib.* 3. *c.* 11. *p.* 251. Ex quâ apparet, nihil horum, quæ hac transactione promissa fuere Electori, servata fuisse. Acta Electoris & Principum reliquorum de hac controversiâ congessit *Goldast.* in Reichsh. *p.* 136. *Discursus & consilia verò polit. Imp. p.* 279.

De successione Iuliacensi.

XI. De postremo in hac transactione primi capitis articulo, quô Ferdinandus obligabatur, dare operam, ut pacta matrimonii inter Saxonem & Clivensem rata habeat Cæsar, res ità habet: Johannes Fridericus Elector Saxoniæ habuit in matrimonio Sibyllam, Wilhelmi, Ducis Juliacensis sororem, cum qua pacta dotalia, posteà à Cæsare anno 1544. Spiræ confirmata in hunc modum iniit: So sichs zutragen würde / daß der itzige Hertzog von Jülich (erat Guilielmus, frater Sibyllæ) Cleve und Berg oder seine Erben ohne mannliche Leibes-Erben Todtes abgiengen / daß alsdenn die Kays. M. oder derselben Nachkommen am Reiche vorbenandten Churfürsten zu Sachsen / oder wo er Todtes abgangen / seinen mannlichen Leibes-Erben für und fürzureiten / die Fürstenthume Jülich / Cleve und Berg rechten Manns-Lehn verleyhen / und derhalben nothdürfftiglich Lehnbriefe verfertigen lassen wollen. Doch mit der condition und Maß / so fern die streitige Religion vor obgemeldten Fall zu Christl. Vergleichung / concordi und Einigkeit würde gereichen. Den wo solche concordi in vorberührten

ten Fall nicht beschehe/ und der Churf. und seine Erben würden alsdenn beschweret seyn mit diesen fernern condition das Land einzunehmen/ nemlich: Daß Sie die Unterthanen derselben Lande bey ihrem Glauben und Religion/ darinnen sie itzt seyn/ auch alsdenn der Reichsstände Vereinigung nach seyn würden gäntzlich bleiben zulassen: Daß alßdenn der Kayserl. M. confirmation unfruchtbar und unkräfftig seyn/ der Churfürst und seine Erben sich auch/ damit/ vielberührter Lande halben nicht sollen zu behelffen haben: Daß auch bemeldter Churfürst für sich und seine Erben auf solche Belehnung alsbald alle Gerechtigkeit/ und Forderung etlicher Güter/ in Land zu Gellern gelegen/ der Röm. K. M. alß Hertzogen zu Gellern gelegen/ zu gut und nutz sich frey begeben/ und derselben ohne Verhinderung Ihrer M. und derselben Erben und Nachkommen folgen/ und bey dem Hertzogthum Gellern ewiglich bleiben lassen sollen/ alles Vermöge und nach Inhalt derhalben übergeben Revers-Brieffe/ welche Er und seine Erben stracks geloben und nachkommen/ sich auch darüber für sich und seine Gemahl/ uf obberührten Fall/ aller und jeder Gutthaten/ Freyheiten und beneficien der Rechte/ es sey restitution oder dergleichen andere Behelff und exception, wie die in Rechten immer Nahmen haben mögen/ gäntzlich verzeihen sollen. Habetur hoc pactum in innocentiæ Saxonicæ, Hassiacæq; demonstratione apud *Hordl. de belli Germ. initiis lib. 3. c. XI. p. 253. n. 61.* Sed hic Guilielmus minimè improlis mortuus est. Generavit enim præter Johannem Guilielmum, qui successit patri, quatuor filias. I. Maria Eleonora, nupta Alberto Friderico Marchioni-Brandeburgi & Duci Borussiæ. Hujus primogenita nupsit Johanni Sigismundo Electori Brandeburgico, quo conjugio natus Georgius Wilhelmus, præsentis Electoris Brandeburgici pater. Altera nuptui data Ludovico Neoburgico Comiti Palatino Rheni, ex quo nat⁹ Wolfgangus, Guilielmus. Tertia Magda-

lena uxor Johannis Comitis Palatini Bipont. IV. Sibylla, juncta Karolo Marchioni Burgoviæ. Mortuus est Johannes Wilhelmus anno 1609. sine liberis, inde de successione cœpit controverti, Stemma genealogicum ita habet; quemadmodum à Reusnero *operis Genealog. fol.* 504. Diepholdo *p.* 102. *genealog.* Dn. Limneo. *l. P. lib.* 5. *c.* 10. *n.* 6. & qui nuper prodiit, Gabriele Bucelino, *notitiâ Germaniæ genealog. fol.* 17. enarratur.

Iohannes III. Dux Cliviæ. Vxor Maria, hæres Iuliaci

Sibylla, uxor, Ioh. Frid. Elect. Sax. — *Guilhelmus* Dux *Cliviæ. Vxor Maria, Filia Ferdin. I.*

Maria Eleonora, uxor Alb Frid. Duc. Boruſ. — *Ioh. Wilhelm.* — *Anna Vxor Phil. Ludovici Com. Pal Neoburgici.* — *Sibylla uxor. Philip. Baden.* — *Elisabeth, uxor Marchionis Burgovi.*

Anna Electoriſſa Brandeburgica, Electoris Ioh. Sigiſmundi uxor (filia Mariæ Eleonoræ)

Wolfgangus Wilhelmus. (filius Annæ)

Georgius Wilhelmus (filius Annæ Electoriſſæ)

A quâ enumeratione discedit paululum, die wiederhohlte summarische deduction, des Chur- und Fürstl. Hauses Sachsen / an den verledigten Fürstenthümern Gülich / Cleve und Berg ꝛc. quæ prodiit Lipsiæ, superiori annô. Ponit enim duos Wilhelmos, alterum Sibyllæ, Electori Saxoni nuptæ, fratrem, alterum hujus filium cognominem. Quod postea, A. 4. explicat: Alsdenn anfänglich nach hochgedachtes Hertzog Johannsens zu Cleve tödtlichen Hintritt / dessen Sohn / Hertzog Wilhelm genandt / als Churfürst Johann Friedrichs Schwager / nachmals auch sein nepos, gleichfals Hertzog Wilhelm genandt / und denn dessen Sohn / Hertzog Johann Wilhelm / von der Mariâ Hungaricâ, des Kaysers Ferdinandi I. Tochter gebohren /

bohren/alß der Letzte und noch einige übrige Lehns-Erbe männlichen Geschlechts/anno 1609. diese Welt gesegnet etc. Secundùm quod, schema ita foret:

Johannes III.
Wilhelmus Cliviensis, adfinis Joh. Frid. Elect.
Wilhelmus maritus Mariæ Hungaricæ.
Joh. - Wilhelm.

XII. Quod attinet Saxonicorum Principum jus, non nititur illud solis pactis nuptialibus, cum Joh. Friderico, Electore, factis; sed habebant illud, jamdudum à Friderico III. Imperatore, Alberto Saxoni ob benè merita collatum. Ita enim habent verba instrumenti beneficiarii Friderici istius Imperatoris, de dato Grätz 16. Junii Anno 1483. Daß wir den Hochgebornen Albrechten &c. zur Ergetzligkeit der getreuen/ annehmen und nützlichen Diensten/ so er uns in vergangenen Kriegen/ wider weyland Hertzog Carlen zu Burgund/ seeliger Gedächtnüß/ in eigener Person/ und nachmals wider den König in Ungern/ mit schwerer Darlegung/ und in andere Weise mannigfältiglich und unverdroßlich gethan hat/ und in zukünftiger Zeit wohl thun mag und soll/ mit wohlbedachten Muthe/ zeitlicher Vorbetrachtung/ guten Rath/ eigner Bewegnüß/ und rechten Wissen/ den Abfall der Hertzogthum/ Gülich und Berg/ wenn uns und dem heiligen Reich die/ durch Abgang des Hochgebornen Wilhelms/ Hertzogen zu Gülich uñ zum Berg/ oder sonst ledig werden gegeben und zu lehnen gnädiglich verliehen haben. Quam investituram Alberto Saxoni confirmavit Maximilianus I. & præterea ad fratrem ejusdem Ernestum extendit, *de dato Valenciæ*, 18. *Septemb. anno* 1486. quod postea, ad Imperium admotus, repetiit, ex plenitudine Regiæ potestatis, certâque scientiâ, in comitiis Wormaciensibus, anno 1495. Quâ ratione per investituram tanquam legitimum feudum constituendi modum, jus domui Saxonicæ quæsitum: *Prætensionis Saxonicæ jus.*

 quod

quod postea, vel per aliam investituram, vel per alium quemvis casum non potuit ei auferri. Idque hoc magis, quod in literis Maximiliani clarè cavetur: **Wir bewilligen/ lassen zu/ leihen/ und verschreiben auch gegenwertiglich/ und in Kraft dieses Brieffs/ do die benandten Hertzogthum zu Berge und Jülich/ mangelshalber rechter ehelicher männlicher Leibes Lehns-Erben verlediget würden/ alsdenn Sie zu stund und ohne Mittel an die obbenandte unsere Oheimb/ Churfürsten und Fürsten zu Sachsen/ und ihre Leibes Lehns-Erben lediglich und unverhindert kommen und gefallen sollen.** Quæ verba si non investituram propriam, qualis vix est, ut defendi investitis possit, quippe quæ in possessionem corporalem inducat, quod vivente tum Wilhelmo fieri non potuit, cùm duo ejusdem rei in solidum possessores esse nequeant, certè talem denotant, quâ feudi dominium absque corporali possessionis traditione solenniter traditur vasallo. *1. F. 25. 2. F. 1. inf. & tit. 31. Duar. de feud. c. 7. n. 6.* ita, ut dominus feudi in vacuam possessionem mittere cogatur, nec præstando interesse liberetur per *c. si facta 2. F. 26. 2. F. 3. Jul. Clar. recep. sent. lib. 4. § feud. q. 26. n. 2. & ibi act. lit. b. Schneidevv. epit. feud. p. 4. n. 11. Schrad. de feud. p. 5. c. 2. n. 17. Arum. dis. feud. 5. th. 7.* Nec minus industrii fuêre in jure parto conservando Alberti & Ernesti Saxonum successores post mortem Ducis Wilhelmi Juliacensis. Certiores enim facti de occupatione viâ facti, Johannis, Ducis Clivensis, anno 1511. à Cæsare Maximiliano I. petierunt introductionem in possessionem, & ut Dux Clivensis eâ cedere juberetur contenderunt, sed & aliquam multis literis & legationibus ad aulam Cæsaream, inque comitiis & conventibus de injustâ detentione Clivensis protestati sunt, spes quoque ei facta, recognitionibus, brevibus testatis datis, nec non quamplurimis actibus, sæpius, *nempè anno* 1526. 1544. 1573. jus Saxonicæ domus assertum fuit.

XIII. Quan-

XIII. Quantum ad Ducatum Clivensem, Comitatumque Marcanum & Ravensteinensem, nitititur Domus Saxonica instrumento dotali, dato Joh. Friderico, Electori Saxoniæ, Sibyllam Clivensem ducenti, *de anno* 1526. 8. *August.* quibus cautum: Ob hochgedachter Hertzog Johannes zu Cleve/ und S. F. G. Gemahlin/ Frau Maria/ Hertzogin zu Cleve und Jülich keine mannliche Erben hinter sich verlassen würden/ die förder keine Erben verliessen/ daß alsdenn Ihre Fürstenthümer Cleve/ Jülich/ Berg/ die Graffschafften von der Marck und Ravenspurg/ samt allen Gütern/ Ein- und Zugehörungen/ An- und Zufällen/ Gerechtigkeiten/ und was Ihre F. Gn. Gn. oder ihre männliche Erben hinter sich verlassen werden/ nichts außgeschlossen/ an hochgedachte Ihre Fürstl. Gn. Gn. ältiste Tochter Fräulein Sibyllen/ höchstgedachten Hertzog Johann Friederich zu Sachsen/ und J. F. Gn. Gn. beyderseits Erben/ ob Sie die miteinander zeugen würden/ kommen und geerbet seyn/ der sich dann die Landschafft halten solle. Quod postremum Ordines etiam provinciales, *sub dato Reminiscere, & Iubilate, Dominicarum, anno* 1527. receperunt, & hoc nomine reversalibus, quas vocant, caverunt. Secuta est anno 1544. ab Imperatore Karolo pactorum dotalium confirmatio, ex certâ scientiâ, de plenitudine Imperatoriæ Majestatis & per modum sanctionis, cum clausulâ mandati pœnalis, sine exceptione, conditione, reservatione. Denique mortuo Johanne Wilhelmo, *anno* 1609. domus Saxonica possessionis traditionem instantissime, &, quo par erat, modo flagitavit. Quam *anno* 1610. Rudolfo II. *Anno* 1613. Matthiâ, *anno* 1621. Ferdinando II. *anno* 1638. & 41. Ferdinando III. concedente impetraverunt, Ducesque Juliæ, Cliviæ ac Bergæ, Comites Marcæ & Ravensbergi, Domini Ravensteinii titulo ac nomine habiti, agnitique fuerunt. Et hæc quidem de jure Saxonicæ Domûs.

XIV. Quod attinet familiam Electoralem Brandebur- *Ius adversæ*

gicam, *partis.*

gicam, Palatino Neuburgicam, Bipontinam, & Marchionum Burgoviensium, illæ suum jus ex Wilhelmi, Ducis Juliacensis filiabus deducunt. Quarum Maria Eleonora, cum Conjuge Alberto-Friderico, Duce Borussiæ, genuit Annam, Electoris Brandeburgici, Johannis Sigismundi uxorem: Altera autem Wilhelmi filia, Anna nuptui data Ludovico Neuburgico, Comiti Palatino Rheni. Tertia Magdalena, uxor Johan. Comitis Palatini Bipontini. Quarta Sibylla juncta Karolo, Marchioni Burgoviæ. Hæ sorores, & ex his nati, partim generali contra Duces Saxoniæ, partim specialibus inter se invicem rationibus contendunt. Generale fundamentum fuit Karoli V. privilegium, ut vocant, habilitationis, quo Wilhelmi Filiæ, in defectum masculorum, ad successionem in feuda Imperii vocantur. Exstat Karoli V. hac de re privilegium *apud Limnæum lib. 5. Iuris P. c.* 10. Brandeburgensis Elector matris suæ jure primigenituræ nititur, utpote cui, suisq; heredibus pacta dotalia, quæ Parens confici curavit, consensuque suo firmarunt secundo- & tertio-genitæ, in casu deficientium masculorum totam successionem deferunt, hoc tamen onere, ut sororibus cæteris ducenta millia aureorum Rhenanorum exsolvat. Neoburgensis matrem inter sorores tum natu grandiorem, cum moreretur Pater, solam ad successionem admittendam contendebat. In specie contra Brandeburgicum excipiebat, quòd pacta dotalia se referant ad Karoli V. privilegium, cujus nullam scientiam habuerit Mater sua, adeoque ei nec renunciare potuerit. Deinde Karolinum privilegium tum ad successionem vocare mortuarum filiarum liberos masculos, quales Maria Eleonora, Dux Borussiæ, reliquisset nullos. Porrò mortem fratris sui, Johannis Wilhelmi, ipsam antevertisse.

Et quod Domui Sax. opponunt.

XV. Saxoniæ familiæ opponunt, Friderici III. concessionem esse vitiosam, quippe sine consensu Electorum, & reliquorum

quorum Ordinum factam: Ejusmodi actus esse invalidos, & contra promissa per capitulationem facta, quibus feuda vacantia Imperatores jurant, citra exspectativas, ad substantiam patrimonii Imperialis redigere. Investituram Friderici & Maximiliani coram Paribus non esse factam, id quod jure feudali pro formâ & solennitate requiratur. 2. *Feud.* 2.*pr.* Fridericum III. mortuum esse, antequam feudum ipsi aperiretur. Jam, si contingat, investientem decedere, antequam feudum ad ipsum revertatur, successorem haut cogi, promissionem ejus ratam habere. 1.*F.*3.*&* 2.*F.*35. Porrò concessionem Friderici & Maximiliani exspirasse, ex quo Karolus V. Johannem Clivensem investivisset. Sed & Ducatus Juliacensem & Bergensem feuda esse fœminina. Quare Friderico, & Maximiliano non licuisse, in fraudem Filiarum Wilhelmianarum superstitum, feudum concedere aliis. Quod autem feuda fœminina sint Ducatus isti, testari Renatum Choppinum, *de Domanio Gallico*, & docere historias, Reinoldum Ducem Juliacensem III. Sorori suæ Ducatum Juliacensem testamento reliquisse: Sed & Engelbertum, Comitem Bergensem filiæ suæ, loco dotis, Ducatum Bergensem dedisse. Porrò Münsterum in Cosmographiâ narrare, quòd Adolphus IV. Dux Juliacensis, cum Reinoldi III. viduâ Ducatum Juliacensem acceperit. Et Chytræum, quòd Gerhardus Comes Juliacensis, circa annum Christi 1100. mortuo avunculo suo, Comite Bergensi, Comitatum Bergicum adeptus sit. Quin imò Maximilianum I. in confirmatione & renovatione concessionis à Friderico III. domui Saxonicæ factæ de dato Falazin, 18. Sept. anno 1486. memorare, quòd Arnoldus Dux provincias suas, Geldriam, Juliacum, & Sutphaniam, ob ingratitudinem Adolfi filii, Karolo Burgundo per testamentum legaverit. Et ipsum Maximilianum eosdem Ducatus per matrimonium, cum Karoli istius filiâ, Mariâ, nactum esse. Quæ omnia feudis

alieno transeundo possessionem juris territorialis Electori turbasset. Sein freventlich passiren und frembd Geleitfahren ist eine thätliche Verletzung / und verbottene offensiv-Handlung/ wider Recht und den Kays. Landfrieden. Denn es soll niemand in des andern Obrigkeit mit Frevel/ und wider offentliche / oder stillschweigende Ursachen reiten ꝛc. Contra multa hic excipiebat D. H. in primis sibi, à Georgii Saxonis præsidio deducto, non opus fuisse transitum ab Electore petere, ne per suum quidem territorium. Nam ex pacto inter Principes Saxoniæ alteri per alterius ditionem jus esse tertium quemvis deducendi. *Hord. lib. 4. c. 6. fol. 972. n. 18.* Sed hoc pactum negabat Elector *fol.* 1104. *n.* 19. Es mag bey Leben unsers lieben Herrn Vatters Sel. und Hertzog Jörgen / durch etliche ihrer beyder Theil Räthe davon gered seyn worden / daß ihrer einer durch des andern Obrigkeit hinfort / ohne daß er bey dem andern umb Vergleitung ansucht/ reisen möcht: Aber das wolt sich noch lange nicht mit des von Braunschweigs Bericht vergleichen / daß ein Fürst von Sachsen darumb andere Fürsten oder Leut durch des andern Obrigkeit hätte mögen gleitlich durchbringen lassen. Hertzog Görg wird es auch eben so wenig/ als unser lieber Vatter seliger gewilliget haben. Denn damit würden Grentzen und Anwendungen der Obrigkeiten zu boden gangen / und in Vergessen kommen / auch mit der Zeit nicht ein geringer Irthum in Hauß Sachsen daraus erwachsẽ seyn. So wissen auch noch etliche unser und unsers lieben Brudern Räthe/ auch die jenigen / so auff beyden Seiten Amptleute gewest/ daß es nicht dermassen herkom̃en ist/ wie der von Braunschweig berichtet / Sondern daß sich offt Irrungen des Geleits halben zugetragen / da sich eins Theils Amptleute weiter / denn ihnen der ander Theil geständig gewest / zu gleiten angemast haben/ welches nicht hätte fürfallen können / wo es dermassen / wie der von Braunschweig fürgibt/ herkommen were. Auch wolt daraus

auß nicht erfolgen / daß ein Fürst von Sachsen gleich mit Trotz und Frevel des andern Widerwärtigen darumb hätt mögen durch des andern Obrigkeit gleiten lassen. Eben also ist das auch war/ daß er etwa von Hertzog Jörgen durch Grimi / aus biß gegen Torgaw solte vergleitet worden seyn. Es mag ihm Hertzog Jörg/ je zu Zeiten etliche der Seinen auf sein bitten mit gegeben haben / dieweil er sich hin und wieder mit wenigen seinen Leuten offt durchgeschleifft und geforcht: Aber wo dem von B. etwas widerfahren were/ so wird er nimmermehr beweisen können/ daß sich Hertzog Jörge darumb/ als wär es in seiner befugten Vergleitung geschehen/ würde angenommen haben. Wäre er auch am Leben / so würde er dieser Anzeigung dem von B. gewißlich selbst nicht gestanden haben / denn daß sich Hertzog Jörg seines Unfugs in dem wohl zu erinnern gewust / bezeuget das / daß er biß in seine Grube stille geschwiegen / und sich umb die Abfertigung unser Reuter niemals angenommen. Imò si maximè tale pactum fuisset, quia per id nil aliud, quàm communio juris comitandi quæsita fuisset, ne sic quidem, Electore inscio, transvehi H. D. debuisset. Etenim das gesambt Gleit illi, cujus est territorium jure ordinario, ac proprio, alteri ex causâ singulari, per communicationem adscribitur. *Knich. de Iur. terr. c. 4. n. 243.* quorum ille ferè das Vorgleite / certè neuter sine altero id habet. *Webner. obs. pr. verb.* **Gleit.** Sed putabat D. H. & hoc esse communionem comitandi, wo ich durch des andern Theil ohn Unterscheid geleiten mag / und der ander dergleichen in meinem Theil hinwiederum/ wenn es schon nicht sämtlich geschicht/ oder geschehen soll. *Hordl. lib. 4. c. 16. f. 1342. n. 11.* Deinde D. H. affirmabat sibi tum temporis cum mandatis Cæsaris transeunti non opus fuisse veniâ transeundi. Cui regestum: An cum mandatis Cæsaris transierit, facti fuisse, quod cuilibet ignorare licuit, donec indicatum esset; Nam nec legati, etsi omnium gentium jure inviolabiles,

 transi-

transitum impetrant, nisi de hac qualitate, se Legatos esse, sufficienter fidem domino territorii fecerint, cum legationis munus obire facti sit. Et hoc etiam in Imperio receptum ita ait Elector: *fol.* 1091. *n.* 40. estque exemplum *in recessu Imperii Ratisb. anno* 27. §. **nach dem auch auff gehaltenen.** Sed satis de his.

De Burggraviatu Magdeburgensi.

VII. De Burggraviatu Magdeburgensi, qui & ipse materiam contentioni præbebat, agemus porrò: Burggravii dicebantur antiquitus Præsides castri alicujus, simulque agri adjacentis. Gravii enim & Graviones dicebantur Germanis, Principes, juris dicundi potestate præditi, ut Tacitus docet. Hinc notat *P. Albinus* **in der Meissn. Land Cron.** *tit.* 8. *fol.* 97. **Daß die BurgGrafen von den Kaysern gemeiniglich zu den Bistumen gesetzt worden / den Stifften und Kirchen / als Verwaltere der Gerichte / welche die Bischoffe dermahls nicht gehabt / an statt des Kaysers beyzuwohnen.** Fatetur tamen idem Albinus, **daß die Kayser vor Zeiten solche Grafen / Ritter und** Præfectus castellanos **auff ihre / oder des Reichs Burgken und Aemter ohne Unterscheid / ob dieselbe bey den Bistumen gewesen oder nicht / gesetzet /** *d. loc.* Et satis antiquum Burggraviorum istorum exemplum proponit *H. Grotius de ant. Reip. Bat. c.* 5. Wassenariorum, Comitum seu Præsidum arcis ejus, quæ in locum urbis Lugduni Batavorum, à Normannis, ut credibile est, dirutæ successerat, quibus etiam vectigalia, velut amnis Rheni custodib⁹ solvebantur. In Imperio celebrabantur Magdeburgicus & Noribergicus, Strombergensis & Reineccensis. Et Burggraviatus quidem Magdeburgensis anno 1313. ut scribit Peckensteinius *in theatr. Saxon. p.* 1. *c.* 20. ad Electores Saxoniæ Anhaltinos devolutus. Postea anno 1420. à Sigismundo Imperatore hæc dignitas pro beneficio Imperii collata fuit Friderico Landgravio Thuringiæ, postea Electori. Ita habent verba formulæ investituræ, quantum ad hanc

quidem

quidem rem. Nam integram eam vide *ap. P. Alb.* ist der Meissn. LandCr. *tit.* 16. Und haben/alß wir in unser Königl. Maj. zu Ofen gezichret sassen/mit wohlbedachten Muth/gutem Rath/unser und des Reichs Fürsten Geistl. und Weltlichen/Grafen/Herren/Edlen und Getreuen/den vorgenandten Friedrichen zu dem vorgenandten Fürstenthumb gewürdiget/und mit seinen Baniren und Schild eingeweist/und Jhm auch dazu geschickt/und Jhm also in dem Nahmen der heyligen Dreyfaltigkeit das vorgenante Churf. und Hertzogthumb zu Sachsen/mit samt der Chur und Ertz-Marschalck Ampt dazu gehörende/und auch sonst mit der Pfaltz/Hauß und Stadt Alstett/und der Graffschafft zu Brehnen/der Burg-Graffschaft und Graven-Gedinge zu Magdeburg und Halle/und mit alle seinen Herrligkeiten/Würden/Ehren/Rechten/Mannen/Mannschafften/Eigen/Eigenschafften/Pfanden/Pfandschafften die zum Hertzogthumb Sachsen von Alters gehören. Tales investituræ reperiuntur plures, ut Friderici III. datæ Friderico II. Electori & Wilhelmo Fratribus, Ducibus Saxoniæ Aquisgrani, die Lunæ post Viti anno 1442. & Ernesto Electori, atque Alberto, Fratribus, Ducibus Saxoniæ, Neostadii, die S. Joh. 1465. Sed nihilo minus dubitatum ibatur, an Burggraviatus hic esset feudum dignitatis, ut videre est *apud Hordl. fol. 997. edit. Goth.* Nudum enim esse ministerium jactabatur, Episcopo Magdeburgensi præstandum: Ita, wenn ein Schultz oder Saltz-Greve von dem Ertz-Bischof zu Magdeburg gesetzet und vereydet / ut jurisdictionem solùm eis mandandi potestatem habeat Burggravius, daß er ihnen den Bann/auß Befelch/und Ansuchung des Ertz-Bischoffs/und also Krafft desselben Gerechtigkeit den Bann befihlt / daß dieser Befelch nur ein schlecht/bloß ministerium, eine That die keinen Grund und fundamentum juris hat/sed hæc omnia gratis dicebantur. De dignitate enim Comitum seu Gravio-

num

num in regno Teutonico quis nescit? Quos historici Principum, Procerum, Optimatum, Primorum honore appellant. *Ansegis. lib. 2. c. 6.* Regis veros adjutores & populi conservatores nominat. *Vide Lehman. chron. Spir. lib. 2. c. 17.* Et revera erant iidem dignitate & potestate, qui Romanorum Rectores & Præsides provinciarum. Ita enim de officio & potestate eorum *Lehmannus d. loc.* Jhr Ampt ist gantz auff der Justitz bestanden / daß sie in malefitz und bürgerlichen Sachen / Geistlichen und Weltlichen in dem gantzen Gaw / oder Graffschafft / darinne Sie gesessen / Recht gesprochen / und gegen die Mißthätiger / nach Außweisung des Reichs Gesetzen und Ordnungen mit gebührender Straff verfahren. Zum andern / ist der Grafen Ampt zugestanden / die Edele und Freybürger zu Kriegszeiten auffzumahnen / und alß derselben Obrist dem Königlichen Heer zuzuführen / *Capitul. Kar. Addit. lib. 4. c. 8.* Et ut maximè Sculterum & Comitem salinarium neque creare, neque deponere , sed mandare creatis jam jurisdictionem tantum potuisset, non tamen ea propter Burggraviatus feudum dignitatis minus fuisset. Quis neget officium Proconsulis cum dignitate fuisse, etsi Legatum ejus Populus non Proconsul creabat, creato autem jurisdictionem Proconsul tantum mandabat. Sed neque erat ministerium Archi-Episcopo præstandum: sed proprio jure Electori, per investituram, competens. Id ita esse ab arbitris pronunciatum paulò inferius dicetur. Archi-Episcopo enim Magdeburgensi, tum temporis Alberto Brandeburgensi, jura Electoris, ut Burggravii impediente, compromissum est in arbitros, qui cùm Servestæ convenissent, de causâ cognituri, Archi-Episcopus literas Imperatoris, quibus controversiam, tanquam de feudo Imperiali, ad se revocabat, produxit. Erant hi arbitri, Joachimus Brandeb. Elector, Henricus, Dux Saxoniæ, Georgius & Johannes Marchiones Brandeburgenses , & Philippus Hassia-

Haſſiacus. Juſtitia autem avocationis Imperatoriæ erat hæc, quòd per ſanctiones feudales Vaſallus non poſſit compromittere de re feudali in arbitros, ſine conſenſu Domini, die gemeldte Burg-Graffſchafft / ſamt ihrer zugehörigen Gerechtigkeiten rühre von K. M. und dem heyligen Reich ohne Mittel zu Lehn/dahero ohne Kayſ. Maj. Vorwiſſen und Bewilligung ſich in ein Compromis / oder Anlaß zu geben und einzulaſſen nicht geziehmet/daß auch K. M. dieweil derſelben ſolches an ihrer und des Reichs Obrigkeit und Lehnſchafft zu mercklichen Nachtheil gelangen möchte / zugeſtatten nicht gemeynet ſey. *Hordl. fol.* 1088. *n.* 10. Nam qui alienare nequit, nec compromittere poſſit, quia per compromiſſum poſſit ſequi alienatio. *Hoſtienſ. per c. cum tempore. X. de arbit. Panor. ibid.* 16. *inf.* 3. *col. verſ. & ex prædict. Bart. in l. nulli. ff. de Transact. Itemq; per textum in l. non ſolum. junctâ. gl. in verb. dediſt. in f. C. de præd. min. non alien.* ubi habetur, quod tutor non poteſt tranſigere ſine auctoritate judicis, ſuper rebus, quas ſolus alienare non poteſt. *Iſern. c.* 1. §. *ſi autem inter partes. n.* 6. *de Lege Conradi Alvar.* 16. *n. Borch. c.* 8. *n.* 45. *Vultej. de feud. lib.* 2. *c.* 2. *Roſenthal. c.* 9. *cond.* 22. Sed præterquam quod hæc quæſtio ab utraque parte magno numero autoritatibus ſtipata ſit, & adfirmativæ faveat. *gl. in c. imperialem.* §. *pen. ver. duos. de proh. feud. ali. per Frid. Bald. in c.* 1. *pr. ut & Belviſo in* §. *illud tamen ſciendum. de inveſt. in mar. fact. Alvar. de Lege Conr. n.* 4. *& quos præterea recenſet Roſenth. d. loc. lit. E. qui indiſtinctè compromitt. poſſe volunt*: Adhæc eorum longè major numerus eſt, qui negativam temperant, hoc caſu, quando contentio eſt inter duos de eodem feudo, cum hîc nullum vertatur præjudicium domini, *per tex. apertum in c. ſi inter pares. de L. Corn. & in c.* 1. *ibi: verb. arbitrum de inveſt in mar. fact c. cum tempore X. de arbit.* Et ita pro Electore Saxoniæ in terminis conſuluit *Schurffius cent.* 2. *conſ.* 53. *n.* 4. *& ſeqq.* Neque enim periculum eſt, ut ſententiâ

arbitri rei litigiosæ possessio ad alium, qui dominum non recognoscat, transferatur. Hinc Arbitri ad Imperatorem: So hat es mit angezogener auff uns veranlaster Sachen die Gelegenheit nicht/ daß wir durch derselben Erörterung E. K. M. an derselben Vorbehaltung/ reservatis Principis, oder ihrer Hoheit/ noch vielweniger dem Reich/ als zwischen denen/ so denselben beyderseits/ und nicht im geringen Stande verwand/ zu Nachtheil handeln können/ mögen oder wollen. Urgebant insuper Arbitri obligationem Imperatoris, in capitulatione factam: in quâ lites pendentes non impediturum se promittit, *art.* 20. Ob einiger Churfürst/ Fürst/ oder anderer/ seiner Religion/ Freyheiten/ Privilegien/ Recht und Gerechtigkeiten halben/ das bey ihm geschwächt/ geschmälert/ genommen/ entzogen/ gekrümmet/ oder verruckt worden/ mit seinen Gegentheil und Widerwärtigen zu gebührlichen Rechten kommen / oder für zufodern unterstehen wolt / oder auch anhängig gemacht hätte/ dasselbe/ und alle ordentliche schwebende Rechtfertigung nicht verhindern/ noch verbieten: Sondern den freyen stracken Lauf lassen. Sed ut revertamur ad Burggraviatus dignitatem, quam, præterquam quod insignia sua probant, à Principe seu Imperatore concessa *Bart. tract. de insig. n.* 5. non est dubium, quin feuda quæ conferenda sibi ipsi Cæsar reservavit, die Fahnlehn/ feuda sint dignitatis & regalia. De Burggraviatu autem sic censuit Cæsar: die gemeldte Burg-Graffschafft/ samt ihren zugehörigen Gerechtigkeiten rühre von K. M. und dem H. Reich ohne Mittel zu Lehn. *Hordl. lib.* 5. *c.* 5. *fol.* 1988 *n.* 10. Et Principes arbitri: Dieweil wir befinden/ und dafür achten/ daß dem Churfürsten zu S. das Burggraffthumb M. und Gräfen-Geding zu Halle/ damit seine Liebe/ alß ein Churfürst zu S. von dem H. R. Reich belehnet/ und desselben Tituls zugebrauchen/ zustehet.

Jura Burggraviatui annexa.

VIII. Cæterum consistebant jura Burggraviatus, tum

contro-

controversa, in eo, ut ex eodem arbitrio patet: Daß der Churfürst zu S. auf eines Ertzbischoffs zu Magdeburg Ansuchen/ zu jedemmahl/ wenn sich die Personen des Schultheissen oder Saltz-Grafen verändern/ den Bann dem Schultheissen des Burggerichts vor dem Roland/ und dem Saltz Grafen des Thal-Gerichts zu Halle/ vermittelst gewöhnlicher hergebrachter Vereydung/ gegen der alten Gebühr/ nemlich/ einer Lägeln süsses Weins/ zu befehlen fug haben/ auch zu befehlen verpflicht sey/ auch derhalben den Schultzen und Neue Schöppen/ vor den Roland/ so offt einem Schultzen der Bann befohlen/ einzuweissen/ und beyde Schultheissen und Saltz-Gräfen mit dem Bann/ durch gewöhnliche Lehnbriefe zu beleihen/ fug haben/ doch also/ daß der Saltz-Grafe dagegen Revers-Briefe dem Churf. zu S. von sich zugeben unverpflichtet bleibe/ daß auch Schultheissen und Saltz-Grafen zur Folge solches empfangenen Befehls/ und nicht ehe/ die peinlichen Sachen/ so sich in der Stadt Halle und desselben Weichbild zutragen/ und an obgedachte beyde Gerichts-Stüle Klagweise gelangen/ zu richten Macht haben/ daß auch die peinlichen Sachen/ wenn sie rechtlicher Außführung bedürffen/ an solch Gericht gehören/ doch daß damit den Burggrafen zu Halle das Burggrafen-Geding 3. mahl im Jahre in peinlichen Sachen zu üben/ was er des befugt/ unbenommen sey.

IX. Jus autem Archi-Episcopo competens tale declaratur esse. Hinwiederumb so befinden wir/ und achten/ daß genandter Cardinal und Ertzbischoff nachfolgender Dinge befugt/ oder in Beseß sey. Nemblich daß seine Liebe und derselben Nachkommen/ Ertzbischoffe zu M. dem Schultheissen daselbst zu M. verayden/ bestätigen/ auch die Schöppen des Orts/ unter dem Titul der Burggraffschaft zu Magdeburg vereyden/ bestätigen/ einweissen/ und seiner Liebde Gedinge daselbst sitzen/ hegen/ und vor Gerichte solches außruffen lassen möge. Aber zu

Halle möchten seine Liebe ohne Erwehnung solches Tituls/ Schultheis und Saltz-Graven auch einweissen/ und in seiner Liebe Namen/ so viel es die bürgerlichen Sachen belanget/ verevden und bestättigen lassen/ daß auch seine Liebe dieselben Schultheissen und Saltz-Grafen in alle wege zusetzen/ und zu entsetzen haben/ auch den SaltzGrafen uñ Schultzen ihr Ampt hierauff/ vermöge der gewöhnlichen Lehnbriefe leihen/ und dagegen Revers-Briefe von ihnen/ wie vor Alters/ empfahen. Wañ auch der Schultheiß in bürgerlichen Sachen zu Gericht sitzen wil/ so mag und soll er dem Voigt zum Giebichenstein den Tag zuvor glaublich ankünden lassen/ bey dem Gericht zu sitzen/ deßgleichen/ daß der Ertzbischoff die Bussen/ Gewett/ und andere Gefelle/ von allen Sachen die bürgerlich seyn/ oder durch den Rath und Schultheissen sämtlich bürgerlich gemacht worden wären/ von den Schultheissen/ dieweil der Saltz-Grafe nichts derowegen von sich zu geben verpflicht/ berechnet nehmen/ und die Helffte davon/ zu samt der Gerade/ und Heergewett/ so obgedachten beyden Gerichten heimgefallen vollkömmlich empfangen lassen möge. Daß auch seine Liebe im Gewehr seyn/ daß dieselbe/ als ein Ertzbischoff zu Magdeburg/ die jenigen/ so mit offentlichen oder bekäntlichen Unthaten die relegation verdienet/ dem Rath zu Halle zu befehlẽ/ ohne vorgehende Erkäntnüß des Rolands oder Saltz-Grafen Gerichts/ zuverweisen/ doch in alle wege unschädlich/ was ein Rath zu Halle der jenigen halber/ so durch offentliche oder bekandte Verwirckung/ dem Pranger/ Halßeisen/ Staupenschlagen/ oder die Verweisung verschuldet/ als vor sich selbst/ ohne vorgehend rechtlich Erkäntnüß/ zu thun befugt seyn möcht. Quid verò usurpaverit juris contra Electorem Saxoniæ Archi-Episcopus, indidem liquet: Nempe mit Zulassung der appellation in peinlichen Sachen/ oder anderer Verunruhigung. Item den Roland zu Halle/ wenn ein Churfürst zu S. alß Burggraff zu Magdeburg

burg/die Banns-Befehlung dem Schultheissen eigener Person thun wolten / an die Statt / da er zuvor gestanden / damit seine Liebe / wie vor Alters / darumb reiten möchten / wiederumb setzen lassen wolte. Denique lis hæc *postmodum* anno 1579. Electore Saxoniæ Augusto, & Administratore Archiepiscopo Magdeburgensi, Joachimo Friderico Brandeburgensi decisa, ita, ut Saxo omnibus jurib⁹ in Episcopatu Magdeburgensi, ut sunt, des Banns-Befehlung / Grafen-Gedinge / und Bestellung / Ubung und Gebrauch der peinlichen Gerichte / und Jurisdiction und derselben exsecution, renunciaverit pro se, & totâ progeniè, hac tamen conditione, Nach dem des Titels / Burggraff zu Magdeburg / halben Bericht geschehen / daß im H. R. Reich vier Burggrafen und ein Burggraf zu Magdeburg ein sonder Stand des Reichs / daß auch das Burggraffthumb zu M. auff sondere Aemter / welche ausser des Stifts Magdeburg gelegen / außgesetzt und fundirt sey / als Gommern / Ranis / Elbenaw / Gottaw / und der Churfürst zu S. sich derhalb des Tituls / Burggraf zu Magdeburg / mit dem dazu gehörigen Wappen / und daß S. L. und derselben Erben und Nachkommen das Burggrafthum Magdeb. mit seinen zugehörigen Aemptern hinführo von H. R. Reich nicht solten zu Lehn empfahen / nicht begeben kan. *Adde A Knichen de Sax. non prov. jur. verb. Ducum Sax c.* 4. *n.* 48. *Reinec. de orig. stirp. Brand fol.* 47. *Dress. p.* 2. *Mill.* 6. *tit. de Burggraviatu Fabri. orig. lib.* 9. Sunt autem insignia Burggraviatus, ein halber weisser Adeler / im rothen Felde / mit der güldnen Crone auff einer Seiten / auf der andern rothe Balcken im Felde die quer gezogen / *P. Albin. in chron. Misn. tit.* 16. *fol. m.* 218.

X. Non hac stetit contendendi libido; etiam Electoralis dignitatis titulus & antiquitas ad partes tracti. Videamus itaq; quâ ratione Electoralis dignitas ad Marchiones Misniæ tralata. Ea primum fuit apud Duces Lüneburgenses. Inde venit ad Lotharium, Comitem Supplinburgum, postea Imperatorem. *Electoratus qua ratione ad Marchiones Misniæ pervenit.*

ratorem. Hic quia sine hæredibus erat, Ducem Henricum Bavariæ Ducatu & Electoratu Saxoniæ compotivit. Hujus filius Henricus Leo, cùm proscriberetur, locum ad hanc dignitatem fecit Bernhardo Urso, Comiti Ascaniæ & Ballenstadii, cujus frater primus, Princeps Ascaniæ seu Anhaltinus creatus est. Ab hujus obitu transiit in Marchiones Misniæ. Res ita habuit. Cùm anno 1422. Albertus III. Elector & Dux Saxoniæ, Westphaliæ, & Angriæ, Princeps Anhaltinus decessisset, sine stirpe masculâ, Fridericus Marchio-Brandeburgensis, Ericus Lauenburgicus, & Ludovicus Palatinus hunc honorem adfectabant. Verum Sigismundus Imperator eum Landgravio Thuringiæ & Marggravio Misniæ, Friderico, cognomine Bellicoso Lipsensis fundatore Academiæ, contulit, ob causas, quas literæ investituræ exprimunt. Nempe quod per mortem Alberti Electoratus & Archimarschallatus, tanquam feuda vacantia, ad Imperium rediissent & in Imperatoris manum recidissent, illud id contulisse Friderico Landgravio Thuringiæ, als der ihrer M. gegen den Ketzern zu Böhmen am nechsten gesessen/der auch ihrer Kays. Maj. viel Nütze und köstliche Dienste wider dieselben Ketzer gethan / auch mit ihnen allezeit in steten Kriege gewest / sich auch in der Schlacht mit den Böhmen wohl bewiesen / was die Christenheit / seine Kays. Maj. und das Reich / an demselben Hertzog Friedrichen Churf. zu S. hätten. Datæ sunt hæ literæ Budæ anno 1426. Cum Erico quidem Lauenburgico multum fuit negocii. Is enim jus successionis suum magnô conatu propugnavit, quæ causa non solùm in auditorio Imperatoris tractata; verùm etiam prætextu denegatæ justitiæ ad consilium Basileense ab Erico delata. Præcipuè autem urgebat simultaneam investituram, quasi ab ipso Sigismundo aliquam impetrasset, in casum, si Rudolphus Saxo sine liberis decederet. Hàc de re operæ pretium est, audire Sigismundum ipsum, in Edicto Ulmæ publi-

publicato, anno 1434. *Sigismundus* (sequitur titulus) *notum facimus, ac cunctis nostro subjectis Imperio publicari jubemus, quod ad nostræ Majestatis notitiam pervenit, qualiter illustris Ericus Dux Lauenburgicus illustrem Fridericum Saxoniæ Ducem, Sacri nostri Imperii Archimarschallum &c. coram sacro Basileensi concilio super Ducatu Saxoniæ & Archimarscallatu, & jure eligendi Rom. Principem trahere nititur in causam, prætendens principatum, officium, & jus supra dicta, sibi tam hereditario jure, quàm etiam infeudationis per nos sibi factæ, jure deberi. Et insuper quod nos super impetitionibus sibi promissorum, occasione contra præfatum Fridericum competentibus justitiam ministrare denegaverimus, querelas in publico proferre minimè veretur. Per quorum alterum nostræ Maj. auctoritate derogatur, per alterum enim honorificentiæ nostræ detrahitur.* Et post paulò: *Cùm itaq; Principatus officium ac jus supra dicta à nobis & Imperio nostro in feudum immediatè descendant, ac secundū juris communis dispositionem, nec non usum, morem, stylum, & consuetudinem Sacri Romani Imperii feudalis contentio per Dominum feudi ac pares curiæ terminanda sit, liquet hanc quæstionem, si qua prætendi poterit, ad nostrum & Illustrium Archiprincipum nostrorum Sacri Romani Imperii Electorum pertinere notionem. Expedit insuper de neglectu justitiæ nostram solicitudinem excusare. Et quidem meminimus quod per investituram per nos dudum Fridericum tunc Marchionem Misnensem genitorem ipsius Friderici, de quo nunc agitur, de Ducatu, officio & jure prædictis gratiosè collatam, illustres Archi-Principes Electores, ante ipsius Friderici assumtionem, ac in collegium ac consortium suum aggregationem, causam hujusmodi perpensis maturisq; consiliis biennio ferè digesserunt. Tandem ipsum in collegium & senatum suum acceperunt, etiam Erico prælibato renitente, ac successionem & investituram prætendente. Quanquam autem ipse Dux Ericus apud eos plurimum institerit pro justitia sibi contra eundem Fridericum ministranda,*

foret

foret quoq; satis durum causam & contentionem tam propenso digestam consilio, rursus in dubium vocare: Quia tamen quæstio ipsa non erat in figura judicii terminata, nos eidem Erico semper ultroneos præbuimus justitiæ complementum ministrare legitimè. Quod aliter expedire nequit, nisi Parium nostræ curiæ arbitrio respectu feudi memorati. Quos utiq; Pares, legitimè requisiti promti sumus more Imperialis Maj. intra fines Alemanniæ vocare, ubi de causis & quæstionibus Principum Alimanniæ ex stylo Imperii nostri eos convenit judicare &c. habentur hi refutatorii *apud Gold. tom. 3. const.* 440. Quod attinet instrumentum investituræ, quod allegabat Ericus, negat se dedisse Sigismundus, sed fraude Cancellarii sui aliquid tale suppositum fuisse: Verba Imperatoris ex Spalatini Chronico, de origine Saxonum c. 1. recitare non pigrabimur, Daß vermeynter/ und hinter Kays. M. Wissen und Willen/ außgebrachter Lehnbrief in sich halte/ viel Fürstenthum/ Herrschafften/ Graffschafften und Lehn/ dero etzliche Ertzbischoff Dietrichen zu Cöln/ etliche Hertzogen Bernhard und Wilhelmen zu Braunschweig und Lüneburg/ etliche viel andere Fürsten/ Grafen und Herren zugehörten/ die Sie vor viel Jahren geruhlig besessen/ und Hertzog Erich zu Lauenburg/ und die Seinen dakeines nie einen gehabt/ und gebe doch mit seinem Briefe für/ als hätten Ihm S. K. M. dieselben geliehen. Nun wäre kündlich Churf. Geistl. und Weltl. auch andern Fürsten/ Grafen/ Herren/ dem Ehrwürdigen Ertzbischoff Johann zu Mayntz/ sonderlich Ertzbischoff Dietrich zu Cöln/ auch Pfaltzgraff Ludwig bey Rhein/ und Friedrichen/ die Zeit Burggrafen zu Nürnberg / nunmehr Marggrafen zu Brandenburg Churf. auch des abgangnen Hertzog Rudolffs zu S. seeligen Räthen / die dazumal noch gelebt / und dabey gewesen / da genandter Hertzog Erich sein Lehn von seiner Kays. Maj. zu Franckfurt empfangen / daß er allein mit einem Fähnlein und Panier des Hertzogthumbs zu Lauenburg / daß er viel-

leicht

leicht nennet ein Hertzogthumb zu S. kommen wäre / und dasselbe Hertzogthumb zu Lauenburg / und nicht mehr / hätten seine Kays. M. Hertzog Erichen zu Lauenburg geliehen / welches alles mercklich / und landkündig wäre / vorgedachten Churf. Geistl. und Weltl. auch vielen andern Fürsten / Grafen / Herren / und ihren Räthen. Denn hätt Hertzog Erich von der L. wollen Westphalen empfangen / der Bischoff zu Cöln häts ihn nicht gestattet / hätte er denn Braunschweig und Lüneburg empfahen wollen / und nemlich das Land zu Sachsen mit der Chur und Pfaltz und Erbmarschalck-Ampt / Hertzog Rudolff Sel. zu S. Räthe hätten ihn das nicht gestattet / also daß er auch daselbst mit ihn an sein Panier nicht wollen greiffen. Darzu hätt Hertzog Rudolf Hertzog Erichen und seinen Bruder / zu seinen und seines Bruders Hertz. Albrechten Sel. Mit-Erben nicht haben wollen / also / daß sie vielgedachten Hertzog Erichen zu L. allezeit verschlagen / und bey ihren gesund- und lebendigen Leibern ihre Land und Leute vor vielen Jahren dem Fürsten von Anhalt / und nicht Hertzog Erich von Lauenburg hätten schweren lassen / welches alles wahr und landkündig wäre. Auch hätten Pfaltzgraff Ludwig und Marggraf Friedrich zu Brandenburg Churf. gewust / daß S. Königl. Maj. Hertzog Erich das Churfürstenthum zu S. samt seinen Zugehörigen hätten geliehen / oder da er Recht dazu hätte / sie hätten Ihre Kays. M. darumb nicht gebeten. Auch were unter andern Zeugen dabey gewesen / der Edle Albrecht Schenck von Seide / Herr zu Landsberg / und der Gestrenge Henrich Löser / beyde Räthe Hertzog Rudolfs / da Ihre Maj. Hertzog Erichen sein Lehn zu Franckfurt geliehen / daß ihn Hertzog Rudolf gantz verschlagen / und an sein Panier nit hätt greiffen wollen. Also daß S. Kays. M. des alles wohl Indenck wären / und von denselben Lehnbrieff nicht anders wüsten / denn daß Sie Ihm denselben nicht hätten heissen geben. Damals der von Passau Sel. dazumahl Ihrer

Kays. Maj. Cantzler gewest / daß Hertzog Erich durch Förderung und Vollwort des Edlen Conrads von Weinsberg denselben Brief von Nürnberg / hinter Ihre Kays. Maj. erkriegt hätte / als sie den letzten Tag mit den Churfl. anderen Fürsten etc. geleistet hätten / da er Ihn das datum bey 5. Jahren hätt lassen hinführ setzen / als Ihre Kays. Maj. dem von Weinsberg wohl ein bessers zugetrauet hätten / wie denn S. Kays. Maj. von ihren Protonotarien / dem Ehrsamen Frantzen / Custos zum H. Creutz zu Preßlau / gefraget hätte / der da lauter spreche / da Se. Kays. Majest. letzt zu Nürnberg gewest / hätten der von Passau Cantzler / und der von Weinsberg ihm angemuthet und geheissen / daß er den Hertzogen von Lauenburg sein Lehnbrieff machen und schreiben / und das datum 5. Jahr oder mehr fürlegen solt. Hätts auch verantwortet und gesprochen: Er were dazumal J. Kays. M. Diener und Schreiber nicht gewest / darumb wolt ihm solches zuthun nicht fügen: Aber nichts desto weniger were der Lehnbrieff zu Nürnberg geschrieben und versiegelt worden. Auch hätten J. Kays. Maj. den Ehrsamen Micheln Probst zu Bolißlau bey dem Eyde gefragt / derselbe spreche / daß es von dem von Passau an ihm gebracht von desselben Lehnbriefs wegen / dieweil er in der Cantzley gewest were / da Hertzog Erich sein Lehn empfangen / daß er sich in demselben Brief solt unterschreiben. Dazu hätten K. M. von Heintzen Feye / ihren Registratorn denselben Brieff registriret / bey dem Eyd erfahren / daß er denselben Brief / da S. K. Maj. am nechsten zu Nürnberg gewest / registriret / und daß der vorgeschriebene Lehnbrief ohn J. K. M. Wissen und Willen gegeben / und außgericht were. Das spreche J. Kays. M. bey Ihren Königl. Treuen / zu Urkund mit Ihren Kön. M. Insiegel. Geben zu Ofen / nach Christi Geburt 1426. am Abend Assumtionis Mariæ der reinen Jungfr. Ihrer Reiche des Hungarischen in 40. des Röm. in 10. und des Böhmischen in 7. Jahre.

XI. Ita

XI. Ita detecta fuit falsitas investituræ, quâ de insuper scriptum testimonium Michaëlis à **Priest** Præpositi Boleslaviensis, Protonotarii Cæsarii extat apud eundem Spalatinum. Sic itaque morte Electoris Alberti Anhaltini Electoralis dignitas non primum in domum Marchionum Misniæ introducta, sed potius postliminio ei restituta. Saxonici enim Principes à Witikindo M. Saxonum Duce, qui cum Karolo Magno acerrima bella gessit per Ditgremum Nepotem indubitatâ propagine orti sunt. Ex hac Witikindeâ stirpe præter Saxoniæ Duces, Reges quoque Daniæ, Duces Holsatiæ, Francorum item Regum, & Sabaudiæ Ducum familia descendunt. Ex eô orti Cæsares Henricus Auceps, tres Ottones, & Henricus cognomento Sanctus, Arborem Consanguinitatis hîc inserere non est instituti, quam vide in opere genealogico Reusneri, & apud Spalatinum, ibidemq; Hordlederum, Reineccium expositione de primis Misniæ Marchionibus, quam subnexuit Chronico Ditmari, Fabricium de Orig. Sax. Ex quibus constat, & de antiquitate domus Saxonicæ, & de titulo, quo Electorale axioma ei restitutum, ut adeo optimâ ratione Elector in sua duplicâ: **Ob auch gleich unsere Vor-Eltern nicht so lange Churfürsten zu Sachsen gewest / als seine Vor-Eltern nach berührter Entsetzung** (Henrici Leonis) **auff Braunschweig gehertzoget seyn / so seyn Sie doch viel länger Fürsten des Reichs und als Marggrafen zu M. herkommen.** Apparet simul etiam quâ fide dictum fuerit, pretio per Fridericum Bellicosum hanc dignitatem fuisse emtam. Majores quidem hujus Electoris sæpè reos pecuniæ creditæ habuerunt Imperatores Romanos, quorum nominum dispungendorum gratiâ poterit ipsis fortè per cessionem, vel alio jure satisfieri: Sed pretium emtæ dignitatis appellari non decet. Audiamus Electorem ipsum in suâ duplica: **Es ist auch von den Fürsten des Hauses Sachsen zuvernehmen nicht selzam/**

zam / noch new bißher gewest / daß Sie Römischen Kaysern und Königen in ihren und des Reichs obliegen mit ihren eigen mercklichen darstecken gedienet / und nicht auß Mangel Liefferung und Bezahlung / oder andern Practiken in Nöthen verlassen / und mit den Ihren hinweg gezogen sind. Solte nun solche Fürstliche löbl. Treu und Redligkeit unsern Vor-Eltern zum Verweiß gedeutet werden / so müste Unwilligkeit und Untreu für Treu und Willigkeit wider Gott und alle Vernunfft vom Kaysern und Königen gepreiset werden / daß ohne zweiffel der V. B. niemands bereden wird / wie weise er sich düncket. Und dieweil viel und mancherley Ansuchen von berührtes Churfürstenthum wegen / bey Kayser Sigsmunden fürgefallen / derhalben er das Land dem Marggrafen zu Brandenburg zu getreuen Händen zuverwalten befohlen: So mag nicht ohne seyn / daß unser vorher gedachten Marggrafen vor seine verrechnete aufgewante Kosten und Schulden vermög alter Register / die wir wissen fürzulegen / biß in 20000. fl. bezahlet. Daraus wird aber der V. B. noch lange kein Kauffgeld machen können. Adde P. *Albin.* in der Meissn. Land Cronicke *tit.* 16. & Ludovicum Personam in oratione de Witeberga. Et si maximè emta fuisset, uti non fuit, Electoralis dignitas, non malè tamen respondit Elector, es were dennoch unsern Vor-Eltern viel ehrlicher und rühmlicher / Sie hätten das Churfürstenthumb zu Sachsen von einen Röm. Kayser / so des Recht und Macht gehabt umb Geld und Vergleichung / vermittels eines ehrlichen / göttlichen und rechtmässigen Kauff und Tituls an sich bracht / auch an Herrschafften und Landen zugenommen / dann daß sie ihrer besten Fürstenthumb durch ein Röm. K. auff einen Tag solten entsetzet worden seyn.

De controversiis circa quosdam Episcopatus.

XII. Venio ad Episcopatus Misnensem, Merseburgicum & Numburgensem. Et priores duos, quod attinet, controvertebatur, an Episcopi forent status Imperii immediati,

nec-

necne? Hoc enim volebant ipsi. Contra verò Saxoniæ Principes contendebant, eos sibi subjectos jure territoriali fuisse ultra hominum memoriam, adeoque possessionem Principum satis exploratam esse. Insuper probabant illud, quod ad conventus provinciales, inter Ordines provinciales vocati comparuerint, tanquam Prælati ditionum Saxonicarum, & placita Ordinum in Episcopatibus suis publicassent, & executioni mandassent. Item quod in divisionibus provinciarum singuli Episcopatus assignati fuerint certæ domui, cui assignationi etiam paruerunt Episcopi. Provocabant etiam ad Recessus Imperii intra hominis memoriam factos, in quibus nuspiam legerentur Episcopi isti separatim, ut cœteri status Imperiales, nominati. Alterum quod contendebatur, erat hoc, quod posthabitâ protectione & clientelâ Principum Saxonicorum, fidei Henrici Brunsuicensis, ceu Capitanei confœderationis Noribergicæ, se commiserant. Quod verò Episcopi non sint immediati status Imperii, sed obnoxii Saxoniæ Principibus, responso suo JCti Witebergenses quæsiti tum temporis, probabant, quod extat *apud Hordlederum lib. 5. c. 12.* Quorum hæc non ultima videtur ratio, quòd quoties novi Episcopi sunt Electi, semper requisiti sunt Principes Saxoniæ, ut Electioni vellent consentire, & Electum sibi commendatum habere, ut Ecclesiæ patroni, Advocati & Principes. Quæ prærogativa non competit nisi Regibus & Principibus, in quorum regnis & Ducatibus cathedrales ecclesiæ sunt constitutæ. Juxta *c. cum terra, & quæ ibi notantur per Abbatem. X. de Elect.* Adeò etiam, ut ultra tempus memoriæ hominum sæpè dicti Principes ab Episcopis & Capitulis hujusmodi Ecclesiarum Cathedralium semper recogniti sunt pro patronis earundem Ecclesiarum. Nam licet Principes Saxoniæ non sint fundatores præfatarum Cathedralium Ecclesiarum, sed Imperatores: Successerunt tamen, respectu ad prædictum

dictum jus, in locum fundatorum, quando Landgraviatus Thuringiæ, & Marchionatus Misniæ fuerunt Principum antecessoribus cum omnibus juribus & honoribus concessi & collati in feudum, & ipsi vindicarunt sibi in prædictis & aliis jus Principum & Patronatûs ac Advocatiæ, in hisce Episcopatibus & Ecclesiis. Talia jura autem non competiissent Principum antecessoribus ratione nudæ recommendationis, nisi fuissent eorundem jure territoriali Principes.

XIII. Sed longè acrius & validius hæc agitabantur inter Electorem Saxoniæ & Julium Pflugium Nobilem Misnicum, à capitulo Numburgensi electum Episcopum, ab Electore Principe repudiatum, propterea, quod id non licere Collegio seu capitulo, nisi de suo consensu, contenderet, adeò rejecto Pflugio Nicolaum Ambsdorffium, ex nobilitate Theologum Witebergicum, instituebat, inaugurante Luthero, mense Januario, qui post ejus rei librum edebat linguâ populari, & Pflugio, tanquam hosti puræ doctrinæ gregem domini minimè committendum esse, docebat. Pflugius ad hunc modum repudiatus, emissis libellis ad Ordines Imperii, jus suum demonstrat, & de injuriâ queritur: Princeps invicem respondet & prolixè de suo Saxonicæq; domus jure locutus, & multis ex vetustate repetitis, inter alias causas, cur eum Episcopum ferre nollet, hanc etiam adducit, quod Augustanæ confessioni palam adversetur. Et quanquam mandatum pœnale ab Imperatore promulgabatur adversus Electorem, ut Ambsdorffium removeret, Pflugiumq; diutius non prohiberet ab ingressu Episcopatus, pœnâ centum marcarum auri puri expressâ: Paritum tamen non fuit: Sed Elector Imperatori respondens, se coram mandatariis Imperatoris, seu arbitris, ad causam hanc tractandum offerebat. Itaq; Pflugius non potuit possessionem Episcopatus adipisci prius, quàm victo n & capto Electore anno 1547. cùm Cæsar, missô Augusti

Saxon

Saxone & Petro de Columnâ cum viginti quatuor signis peditum, ac septem turmis equitum restitueretur. Regalia autem, quæ Saxoniæ Principibus in Episcopatibus Misnensi, Merseburgensi, & Numburgensi competunt, recensentur in Electoris Joh. Friderici, adversus Julium Pflugium duplicâ: Nempe: Dieweil solche Bisthumb / in und zu des Hauses Sachsen etc. Fürstenthumen / Landen und Herrschafften gelegen und gehören / so haben die Bischoffe / so jederzeit der Ende gewest / sampt ihren Dom-Capiteln / über vorberührte / auch sonst zu recht verwehrte Zeit / sich zu dem Fürsten des Hauses S. als ihres Landes- und Schutz-Fürsten / Advocaten und Patronen gehalten / und Sie dafür erkant / geehrt / auch bey Ihnen zu jederzeit / do es die Nothdurfft erfodert hat / Schutz und Schirm gesucht ꝛc.

Darzu haben sie sich auch allewegen / und von undencklicher Zeit her / da jemands Spruch oder Forderungen zu ihnen / oder wider ihrer Stiffte Unterthanen / auch die Unterthanen wider sie / die Bischoffe / und sie selbst wider ihre Unterthanen / so die Sachen durch sie selbst nicht haben können verricht werden / und sich Weiterung / Fehden / Feindschaft oder thätlicher Beschwerung befahret / die Sache uf berührte Chur- und F. zu S. als ihre Landsfürsten zugleich und recht geboten / welche sich auch darauf / als die Landsfürsten und Advocaten / gütlicher / und im fall da die nicht statt funden / rechtlicher Handlung beladen ꝛc.

Ferner haben die genandte Bischoffe / und ihre Dom-Capitul von berührter undencklicher Zeit her / uf genandter ihrer Landsfürsten beschreiben und erfordern / in fürfallenden obligen ihrer selbst / oder ihrer Lande / ihre Landtäge persönlichen besucht / oder da ihnen Ehehaffte fürgefallen / die sampt ihren Capiteln beschickt / auch mit andern Geistlichen / als zu den Landen gehörig Prælaten-Stand gehalten ꝛc.

Weiter / was auf solchen Landtägen / auch sonsten durch sie / und

und die andern Land-Stände berathschlaget/und geschlossen worden/ das haben sie zuföderst/da es Rettung der Lande/und dergleichen/angangen hat/mit ihren und ihrer Stiffte Unterthanen Hülffe/Steuern und Folgen gedachten Fürsten/ und gemeinen Landen zu Behuff/Nutz und Wolfahrt/auch vollstrecken helffen.

Haben sich auch/mit berührten Hülffen/Steuern/Rath und Diensten/wissentlich dem Landes-Fürsten/an niemands andern/denn an dieselben gehalten. Und da ihnen je zu Zeiten/dem Reich zu Steuern/und desselben Anschläge und Hülffen/ohne Mittel zu leisten/durch poenal Mandat hat wollen geboten und aufgedrungen werden/haben sie die Lands-Fürsten angesucht/Sie darinnen bey R.Kays. und Königen zu entschuldigen/ auch weil sie mit ihren Stifften zu den Landen gehöreten/Sie wider beregte Mandaten ledig zu machen/welches darauff beschehen. Seynd auch demnach/durch die Chur-und Fürsten zu S.auf allē Reichßtägen/über verwährte Zeit/in des Reichs Hülffen/auß und an sie gezogen worden. Sed & constitutiones provinciales, ordinationes, mandata à Saxoniæ Principibus factas recepisse Episcopos,publicè affixisse, & ut secundum eas viveretur,subditis suis præcepisse. In divisione hereditariâ inter Ernestum & Albertum Saxones,citatos cum Ordinibus provincialibus Episcopos, istos, Lipsiam, ibi comparuisse, ad audiendam divisionis factæ transactionem, & cujus ex his fratribus portioni sui Episcopatus cesserint, auscultasse, & adquievisse. Deniq; defuncto Episcopo Capitula obitum, & futuram electionem Principibus significasse, de Episcopo eligendo cum Principibus consultasse de electo Episcopo eos certiores fecisse, & ut in clientelam novus Episcopus cum Capitulo reciperetur, orasse.

DIS-

DISSERTATIO XII.

DE CONTROVERSIIS QUIBUSDAM INTER LANDGRAVIUM HASSIÆ, ET ALIOS PRINCIPES EXERCITIS.

RESPONDENTE

DETHLEVO STEINMAN, Holsato.

I.

CApto Ducis Brunsuicensis scribâ, de jure quæstio nascebatur, ex statu legali, qui συλλογισμὸς, *Hermogeni*, Magistro autem Herenniano, ratiocinatio, *lib.* 4. Landgravius factum tuebatur, quod scriba interrogatus, etiam sub jurisjur. fide, cujas esset, mentit⁹ fuerat dominum, quasi ideò se rei illicitæ suspectum reddidisset. Sed prius erat, constituisse, an jus percontandi Landgravius haberet? Probabat ipse, ex more Germaniæ vetusto, *de quo supra pag.* 304. Deinde ex jure communi *l.* 3. *ff. de Off Præs* ibi: *curet is, qui provinciæ præest, malis hominibus provinciam purgare, nec distinguitur, unde sint. Et l.* 13. *ff. eod. jubentur Præsides sacrilegos, latrones, plagiarios, fures conquirere, & prout quisq; deliquerit, animadvertere.* Quod si conquirere debent, etiam in viatores, præ-

Controversiæ status: An Secretarius jure à Landgravio captus.

An Landg. jus eum percontandi habuerit?

 sertim

sertim suspectos, inquirere oportebit. Quò facit, quod dicitur *in l. 1. §. 12. ff. de Off. Præf. urb.* milites stationarios dispositos haberi oportere, ad tuendam popularium quietem, & ad referendum quid ibi agatur. Quamvis hujus legis genuinus sensus, paulò alius sit. Non enim loquitur de milite stationario, per Italiam disposito, de quo *Sueton. lib. 3. c. 37.* sed de milite, qui in theatro & circo ludorum tempore agebat, ad comprimendas factionum turbas: *Vide Lips. 3. Epist. qq.* 15. Qui tamen in eo, dubio procul, alucinatur, quod vocem *popularium*, pro consensu theatrali accipit. Potius populares sunt suæ cujusque factionis fautores, qui factionarii dicuntur *l. 1. C. Th. de equis. cur.* Adi *Cujac.* 8. *O.* 29. (de factionibus res nota.) Sic ergo quieti suorum provincialium consuluisse præ se ferebat Landgravius. Justitia autem facti ex parte capti Scribæ petebatur ex mendaci responso. Mendax enim regulariter in dolo esse præsumitur. *l. si quis affirmaverit 9. §. 1. & l. quod venditur 3. ff. de dolo m. Menoch. de præsunt. lib. 15. præsunt. 3. n. 53. & seqq. Hart. Pist. lib. 1. q. 29. n. 4. Hering. de fidejuss. p. 1. c. 27. n. 216. Adde l. 11. §. 3. & 4. ff. de Interr. l. 4. §. 1. ff. Quod cum eo.* Sic Romæ quidam L. Tarquinius, cui dicenti, de conjuratione Catilinariâ se indicaturum fides publica data: At ubi M. Crassum nominavit, rem incredibilem rati patres, frequenti Senatu decernunt Tarquinii judicium falsum videri, eumque in vinculis retinendum. *Sallust. bell. Catil. c.* 48. Memorat Tacitus 4. *Ann.* 22. Cùm Plautius Silvanus Aproniam Conjugem in præceps jecisset, tractusque ad Tiberium Cæsarem turbatâ mente respondisset, tanquam ipse somno gravis, atque eo ignarus, & uxor sponte mortem sumpsisset, Tiberio verò cubiculum visente, in quo reluctantis & impulsæ vestigia cernebantur, relatum ad Senatum est, judicesque dati, & ex solo hoc trepido responso, atque mendaci, non quis eam præcipitasset inquisitum: sed hoc solum, an à marito esset præcipitata,

Verus l. 1. §. 12. ff. de off. Præf. urb. sensus.

tata, an seipsam jecisset, *ait Quintilianus lib. 7. c. 2. p. m. 307.* Imò mendacia sufficere ad torturam tradit *Bart. ad l.* 10. §. 5. *n.* 3. *& in l. fin. n.* 3. *ff. de quæst. Mascar. de prob. vol.* 2. *concl.* 1045. *Giurb. decis. crim.* 87. *n.* 26. *Zanger. de tort. c.* 1. *n.* 19. *& c.* 2. *n.* 96. Sed & ex literis Secretarii Brunsuigensis apparuisse eum in mandatis habuisse, quæ crimen fractæ pacis publicæ implicarent. Non itaque capiendo eum pacem publ. à Landgravio violatam, qui pacem violatum venisset. *arg. l.* 1. §. 3 *ff. de. dol. l.* 55. *de R. I. l.* 37. *f. de Mun.*

II. Henricus D. B. injuriam sibi factam autumabat, quod Legatos capere, & literas resignare, contra pacem publicam, imò jus gentium sit ipsum. An scriba Brunsuigensis legati personâ functus fuerit, non erat sine dubio. Nuncius enim nudus fuisse arguebatur *ap. Hordled.* B. U. *lib.* 4. *c.* 5. *n.* 33. Quam distinctionem boni auctores non negligunt. Videri potest, *A. Gentilis.* 1. *de Leg c.* 2. *Kirchn. de legat.* 1. *c.* 1. *n.* 7. *Pachal. lib* 1. *c.* 2. Sed ut sit differentia quædam, certè quod ad juris gentium sanctitatem, exigua esse videtur. Deinde Legati, si quid committunt, excidere securitate suâ, rationibus ac rebus antiquarum gentium judicatis videbatur probari. Nemo enim debet fidei publicæ prætextu decipi. Et privilegium amittunt, qui eo abutuntur, quo pertinet, *l.* 24. §. 1. *de Iudic. & l. ult. in f. C. de commerc.* Sed & Legatorum sanctitas pendere videtur ex tacitâ pactione ejus, qui eos admisit. Nam & non admitti possunt, salvo jure Gentium, & denunciari eis ne veniant, alioquin hostes futuros. Quod multo magis in eos expetere videtur, qui per alienos fines transeunt, non impetratâ veniâ. Nam, siquidem ad hostes eorum eunt, aut ab hostibus veniunt, aut alioquin hostilia moliuntur, interfici etiam poterunt, quod Athenienses fecerunt Legatis inter Persas & Spartanos. Illyrii Legatis inter Essenos & Romanos: multoque magis vinciri, quod constituit

Nuncius & Legatus differunt.

Xenophon in quosdam *lib.6.Cyropæd. Vide Grot. de I.B.2.c.18 n.5.* Ariovistus legatos Cæsaris vinculis constringebat, cum explorandi causâ venisse suspicaretur. *Cæs. lib. 1. de B.G.* Senatus Romanus legatos Tarquinii, conspirationis cum civibus R. suspectos apprehendit. *Liv.lib.1.* Multò verò minus securitate fruuntur, apud eum, adversus quem legati ad tertium missi. Ejus enim adversus quem mittuntur, hostes esse putantur. Philippus Macedonum Rex, cum famâ accepisset, Annibalem alpes transgressum, & ter jam Romanos vicisse, Legatos ad eum misit, qui vitantes portus Brundusinum, Tarentinumque, quia custodiis navium Romanarum tenebantur, ad Laciniæ Junonis in terram egressi sunt. Inde per Apuliam vitantes Capuam, media in præsidia Romanorum illati sunt, deductique ad M. Val. Lævinum Prætorem. Ibi Xenophanes Legationis Princeps, à Philippo Rege se missum ait, ad amicitiam societatemque jungendam cum Pop. R. mandata habere ad Cæss. Sen. P. Q. R. Valerius dat, qui itinera cum curâ demonstrent, quæ loca, quosque saltus aut Romani aut hostes teneant. Xenophanes per præsidia Romana, in Campaniam, inde, quâ proximum fuit, in castra Hannibalis pervenit, fœdusque cum eo jungit. Fœdere facto, missi cum Legatis ad Regem, ad firmandam fidem ab Hannibale, Gisgo, Bostar, & Mago Legati, eodem, ad Junonis Laciniæ, ubi navis occulta in statione erat, perveniunt. Inde provecti, cum jam altum tenerent, conspecti à classe R. ad præfectum classis adducuntur, quum rogarentur, qui & unde, & quo tenderent cursum, Xenophanes primò satis jam semel felix mendacium struere: A Philippo se ad Romanos missum, ad M. Valerium ad quem unum iter tutum fuerit, pervenisse, Campaniam superare nequisse, septam hostium præsidiis; Deinde ut Punicus cultus habitusque suspectos Legatos fecit Annibalis, interrogatosque ser-

mo

mo prodidit, tum comitibus eorum ſeductis, ac metu territis, literæ quoque ab Annibale ad Philippum inventæ, de pace inter Regem Macedonum, Pœnumque Ducem. Quibus ſatis cognitis, optimum viſum eſt, captivos comitesque eorum Romam ad Senatum, aut ad COSS. ubicunque eſſent, quam primum deportare. Ad id L. Valerio Antiati mandatum, ut Legatos in ſingulas naves ſeparatim cuſtodiendos diſtribueret, daretque operam, ne quod iis colloquium inter ſe, neve communicatio conſilii eſſet. Legati Romam perlati & in vincula conditi ſunt *Liv. 23. c. 33.* Sic Cæſar Fregoſus & Antonius Rinco à Rege Galliæ ad Turcum Imperatorem miſſi, cum Padum navigarent, capti ſunt & trucidati. *Sleid. lib. 14. ſub anno* 1541. *Bodin. de Rep. lib. 5. c. 6. ſub fin.*

An Scriba Henrici delicto ſecuritatem Legati amiſit.

III. Reſtabat itaque, ut probaretur, Scribam captum perſonam Legati, commiſſo aliquo, exuiſſe. Legati perſonam jure ei tributam à ſe ajebat D. H. *ap. Hordled. lib. 4. c. 6. n. 48.* Wir haben/ als von der Röm. Kayſ. Maj. verordenter Oberſter/ in der Chriſtlichen Bündnüß der Sächſiſchen Provintz/ in ihrer Majeſtät/ und des Bundsgeſchäfften unſern Secretarium an Ihrer Maj. Befehlhaber D. Matthiaſen Helden abgefertiget/ alſo/ daß unſer Secretari nicht weniger der Kayſerl. Majeſt. als unſer Legat geweſen iſt/ der nicht umb Erweckung Kriegs/ ſondern zu Erhaltung Friedens und gemeiner Wolfahrt Teutſcher Nation außgeweſen/ denn wir unſers Erachtens denſelben nicht unbillich einen Legaten genennet/ und daß wir ihn alſo haben nennen mögen / thun wir uns über das ad Speculatorem referiren/ welcher dieſe Nuncios nennet/ welche der Landgraf hie/ Legaten verſtehet/ daß wir unter dieſen Worten keinen Unterſcheid zu machen wiſſen. Daß aber unſer Secretari das Recht eines Legaten gehabt / iſt von den Landgrafen ſelbſt/ auß ſeinen erſten Schreiben/ an E. L. den Churfürſten von Brandenburg außgangen/ nicht verneint worden. Porrò

Legatos hostium ad Tertium missos captos, non nisi belli tempore olim fuisse, contendebat, eoque pertinere exempla supra adducta: Sed & Legatum suum in territorio Landgravii nihil peccasse, ob quod dispositio *l. non alias. ff. de iudic.* aliæque rationes in eum expetere possent. Ita enim Princeps: Daß nun diese Geschäffte / darinnen unser Secretari geritten / der Kays. König. Maj. uñ des Bundes gewesen / und nicht können anders / als vor rechte / und redliche gute Handlungen geachtet werden / und wir uns in dem unsers Befelchs nicht mißbraucht / das ist unverneinlich war. So kan es wohl weiter außführlich in nothdürfftigen Fall gemacht werden / daß wir das jenige gethan / das wir zu thun geheissen und uns befohlen gewesen ist / in dem wir von der Kays. M. nach aufgerichteter Christlicher Bündnüß / und nach unsern angenommenen Befelch keines weiten Befelchs zu Außrichtung derselben Sachen bedurfft haben. Et post: unser Secretari hat dem Landgrafen / daß er ihn dergestalt rechtfertigen und nieder werffen solte / nicht Ursach geben und in des Landgrafen Gebiet weder Gewalt geübt / noch gefrevelt / so seyn des Secretarien Gewerb nach Förderung / und keiner Verhinderung gemeiner Teutscher Nation Wolfahrt gestanden / das dem Landgrafen der Gegenwehr nicht vonnöthen / alsdenn auch der Landgraff nicht Gegenwehr / sondern Gewalt / Frevel und Muthwillen gebraucht / und einen der nichts mißhandelt / nieder geworffen / er wolt es denn vor eine Gegenwehr achten / einem jeden Gesandten / der in seinem Gebiet nichts verwircket / und der in der Kays. Majest. und ehrlichen friedlichen Geschäfften geritten / nieder zuwerffen. Et infra: Unser Secretari ist in Geschäfften Kays. Majest. und zu Ihrer Maj. Oratorn geritten / nicht in Meynung das Imperium von den Teutschen zubringen / oder wider Kays. Maj. und des Reichs was anzufangen / sondern allein umb Erhaltung Friedes / Ruhe und Einigkeit. Auch ist der Landgraf nicht unser

abge-

abgesagter Feind gewesen / und unser Secretari zu seinen Feinden nicht gezogen: Et n.31. unser Secretari ist kein Auffrührer / hat auch nicht zu dem Catilina, sondern zu unserm freundlichen lieben Herrn / Oheimen / Schwager und Gevattern / dem Cardinal / Ertzbischoffen zu Magdeburg und Mayntz / Churfürsten / alß einem gehorsamen frommen ehrlichen Fürsten / und zu der Kays. Maj. selbst Oratoren. D. Matthiasen Helden / ziehen wollen / nicht in auffrührischen / sondern in billichen und ehrlichen Sachen. Auch ist der Landgraff nicht der Senat zu Rom / noch die Kays. Majest. im Reich. Derowegen ihm solches zu thun nicht erlaubt gewesen. Negabatur præterea Secretarium mendacii deprehensum fuisse. Aliud simulationem esse, aliud mendacium. Sine dolo malo posse aliud agi, aliud simulari, sicuti faciunt, qui per ejusmodi dissimulationem deserviunt & tuentur, vel sua, vel aliena, *per l. 1. §. 2. ff. de dol. mal. & ibi Br.* Ita *n. 32.* Unsern Secretarien ist erlaubt gewesen / sich anzunehmen / alß ob er den Marggrafen und nicht uns zuständig wehre / welches er nicht in Meynung einiges Geniesses oder Betrugs geredt / sondern sich dadurch vor dem Gewalt des Landgrafens zu erretten. Welcher gestalt auch Salomon sich einen Jungen zu entleiben angenommen / und Abraham bey dem Pharaoni daß Sara seine Schwester were / fürgeben hat / der Meynung / daß er derselben Keuschheit erretten möge / und ist ihnen gleichwohl für keine Lügen zugerechnet worden. Huc pertinet *c. utilem simulationem. 21. c. 22. q. 2. cum c. seqq. causa & q. eâdem.* Et facit huc, quod Cicero ait: *Quæ pertinent ad veritatem, negare interdum justum. Referri enim debet ad justitiæ fundamenta: primum, ne cui noceatur, deinde, ut communi utilitati serviatur. 1. Off.* Nec minus ad rem est exemplum Josephi, *Gen. 42.* alienum se fingentis, & duriter fratres increpantis, ut possit videri mendacio & calumniam addidisse. Accedit & altera simulatio, de Scypho, ejusdem. Et

Differre mendacium & simulationem.

Verum dissimulare quandoque licitum.

notat

notat Angelus *in l. qui totam. 45. ff. ad ICt. Treb.* licitum esse mentiri, ubi mendacium alteri perniciosum non est, sed suæ salutis præservativum. Alciatus 5. *cons. 6. n. 67. scimus, pluresq; casus esse, quibus omni humano, divinoq; jure fas & jus est mentiri. Nec in speciem quidem delicti cadit mendacium, cum quis citra dolum malum & fraudem mentitur. Vel cum quis ex officio id facit, dum suum aut alterius sanguinem redimit.* Deniq; quod mendacium indicium facere dicatur ad torturam, id tum demum esse verum, si de corpore delicti constet, de auctore ejus sit incertum. At verò, quo tempore Secretarius Moguntiam iturus erat, in Hassiâ circa Cassellas maleficium commissum non erat, neque ulla de eo inquisitio, omnium minimè in hunc Secretarium.

IV. Landgravius contra: Wann der Secretarius nicht hätte bey ihm gehabt/ das andern hätte mögen zu Schaden reichen/ so hätt es eine Gestalt. Dann Salomons simulation war ohn allen Schaden/ diente zu Behaltung des spennigen Kinds/ und nicht zu Verderbung: Aber des Secretarien simulatio diente zu Vehden/ Kriegen und Auffruhr. Abraham war nicht in Anschlägen Pharaonem zubekriegen/ oder einig betrüglich Werck außzurichten/ sondern wanderte auß göttlichem Befehl/ und simuliret allein/ daß Sara seine Schwester were/ seinen Leib/ nicht Sara Keuschheit zu erretten/ denn darzu hätte ein andere simulatio gehöret/ wen hätte Abraham damit betrogen/ daß er sagte/ Sie ist meine Schwester/ so daran niemands gelegen war? Aber des Secretarien hätte uns und andern zu Schaden gegangen. Darumb thun die durch Hertzog Heinrichen angezogene simulationes zu diesem fall gar nichts. Hätte Pharao bey Abraham solche Zettel funden/ er hätt ihn weder Weib noch anders mit Willen wieder geben. Darumb bleibt es bey dem allegirten Geschicht/ die Legaten Philippi Regis Macedonum betreffend. Denn da war in Gleichnuß die vorgewendte

simula-

simulation auch nichts betrieglichs. Und ist nichts daran/daß der Secretarius auß den Ursachen durch den von Br. allegiret/ allein sich zuerretten/solche Lügen vorgewendet. Es ligt auch an dem nichts/ daß umb Cassel kein Maleficium committiret war. Denn/wiewol dißmal kein delictum würcklich an unser Person nicht vollbracht/so war es doch zu Cassel durch Georg Francken bekandt/daß er und andere im Werck/ das zu vollbringen gewesen weren. Atque ita concludit mendacium sufficere vel torturæ, rebus sic stantibus, potuisse. Quod verò non tantum in ipso bello, sed & ante id, ex suspicione tamen belli, Legati ad tertium detenti fuerint, exemplis esse clarum. König Philippus war nicht der Römer Feind/ob gleich Hannibal Feind war. Item es war der Tarquinius noch nicht Feind/ als seinen Legaten die Briefe/ wie vor gemeld/genommen/aufgebrochen und den Conjuratoribus ihr Lohn gegeben ward/ und demnach die Legaten/die auch gegriffen/mit ihren Personen kaum davon kommen. Denique Landgravius causæ suæ justitiam his argumentis, tanquam in summam, colligebat, *ap. Hordl. lib. 4. c. 19.* Secretarius in regione amicâ & tutâ dominum suum inficiatus est, & alium nominavit. Ergo suspectum se præbuit. Secretarius literas suas abolere voluit. Ergo fuerunt de rebus suspectis. Territorium fuit Landgravii. Ergo in viatores inquirendi jus ei fuit. Dux Henricus securitatem, vel scripto vel comitatu, citra sufficientem causam præstare noluit per suum territorium. Ergo in suos idem aliis licuit.

V. Altera Ducis B. H. cum Landgravio controversia fuit, utrum Landgravius resignando Ducis literas, justè fecerit. Negabat D. B. & fundamentum est regulâ juris *in l. 14. § 17. ff. de furt. Bart. in l. Titio. 36. ff. ad Muncip. c. cum olim. X. de off. del. ibi Abb. & Fel. Socin. Iun. cons* 122. *n.* 40. *per text. in l.* 38. §. 7. *ff. de pæn. & l.* 3. §. 20. *ff. de SCto Syll. Iul. Clar.* **De resignatione literarum.**

in §. falsum. n. 31. vers. aperiens. Romanus conf. 365. ubi dicit, læsæ Majestatis reum esse qui nuncium per legatum apostolicum ad Pontificem missum in viâ publicâ detineat, literasque ei auferat, per l. 1. circa fin. ff. ad L. Iul. Maj & n. 3. tradit ex Bart. si quis aperiat literas, ut ipsemet videret, stellionatus crimine teneri, per d. c. cum olim. Hörnig. de l. postar. c. 15. Nic. de Passor. lib. 3. q. 2. per tot. Quod ampliatur in his etiam literis, quas contra nos scriptas esse suspicamur *c. cum olim. 33. X. de off. & pot. iud. del.* Huc referebatur exemplum Julii Cæsaris, qui captis apud Pharsalium Pompeji M. scriniis epistolarum, iterumque ap. Thapsum Scipionis, concremasse eas optimâ fide, atque non legisse Plinio laudatur *lib. 7. c. 25.* Item fecisse Pompejum literis Sertorii Plutarchus Pompejo testatur.

VI. Contra Landgravii causæ justitia in exceptione sita erat. Neque enim ista huc pertinere, ubi Secretarius transitum per Hassiam sumens, interrogatus, etiam sub fide jurisjurandi, mendaciter respondisset, adeoque perjurii reus factus fuisset. Deinde literas continuisse negocium, per quod pax publica violatum iretur: Ita enim mandatum seu instructio Secretarii ad Archi-Episcopum Moguntinum quantum ad hanc rem habet; *apud Hordled. lib. 4. fol. 902. n. 8.* 1. Freundliche getreue Dienste anzuzeigen / mit Wünschung eines guten neuen Jahrs / und daß es gewißlich in alten Rechten bleiben soll ꝛc. 2. Daß ich abgefertiget anzuhören / was er mir befihlt / wil ich meines geringen Verstands und behaltlich getreulich außrichten / ꝛc. so ich das angehört / soll ichs verzeichnen / und ihme weisen / damit ich ihme nicht zu viel oder wenig thue.
„ 3. Daß der Landgraf nicht viel schläfft / die Nacht kaum eine
„ Stund / hat keine Ruhe / dann im Holtze / wird toll werden / als-
„ denn den Sachen leichtlich zu rathen / ist bereit über die Helfft. Et

post,

post, n. 6. Beyern hat gleiche Kundschaft von des Landgraffen Rüstung / und ist sonst mein G. H. Bericht / daß er gewißlich über Mayntz / oder seine F. G. wolle / darum rathet mein gnädiger Herr treulich / daß das Capitel sich in diese Bündnüß begebe und bald schliesse. Wo er sich hören läst / daß er drein wolle / anzuzeigen / daß mein G. H. das gern gehöret / und daß Sie weißlich daran thun / damit Sie geschützt werden / wo Sie nicht drein wollen / rathet abermahl treulich / daß er sich auf der Churfürsten Bündnus so sehr nicht verlassen / denn er weiß / was Sie bey ihm ins Landgrafen und Frantzen (von Sikingen) Kriege gethan / daß er viel Geldes geben muste / alsdenn wolte mein G. H. daß er wiederumb hierinn were / da versucht S. F. G. ihme wohl behalten zuhelffen. 7. Item / daß Beyern und mein G. H. zusammen kommen werden / auß Ursach / Vergleichung der Kundschafften / endlich zuschliessen / was man thun oder lassen will. 8. Item / daß Beyern und seine Räthe wider einen Abschied gemacht / darinnen Sie sich gefallen lassen den Abschied / so durch meinen G. H. und S. F. G. gemacht ist / daß Erich und Brehmen in die Bündnüs / auch sonder Hinlegung Geldes in Vorrath genommen werden. Mit den Schwäbischen Ständen handelt man itzt endlich / ist so viel als beschlossen. 10. Item / daß beyder Obristen Kriegs-Räthe zusammen itzt sollen beschrieben werden / zuschliessen / was man thun / oder lassen will. Item instructio agendorum cum D. Heldo ita sonat: Item / daß des Landgrafen Rüstung halben / die Beyerischen mit meines gnädigen Herrn Kundschaften überein kommen / und Beyern und mein G. H. zusammen kommen wollen / samt ihren Bunds-Räthen endlich zuschliessen / was man thun / oder lassen wolle / versucht / wo alle Bundsgenossen wollen / als S. F. G. es werde nicht noth haben : Aber die andern thun / was Sie wollen / will mein G. H. standhafftig und gehorsam bleiben. Mein G. H. sicht uf sein bessern Rath für gut an / daß "

„dem Landgrafen durch das Cammergericht Frieden und gebo-
„ten würde / seine Rüstung abzustellen / in dem könte Beyern/
„und mein G. H. fertig werden / wo er dann nit abstehen wolte/
alsdenn Beyern und mein G. H. zu mandiren/ dieweil Sie noch
keinen Befehl uf die Bündnüs hätten / ihme solches zuschrei-
ben/ oder zu verbieten / vermög des Reichs Abschied dagegen zu
trachten / und daß den andern Chur- und Fürsten geboten wür-
de/ ihnen zu helffen/ laut derselben Abschied / und daß am Cam-
mergericht nicht desto weniger auf die Acht procediret würde/
so dem Mandaten keine Folge geschehe. Deinde suspicionem
auxisse, quod literas suas Secretarius, in Cancellariâ Cassella-
nâ occultare, & corrumpere quæsiverit. Quod autem literas
etiam fiduciarias, die Credentz-Schreiben aperuerit, respon-
det: Dazu hat uns bewegt / dieweil er gesagt / er habe die me-
morial von seinen Herren im Befelch / und weiter gesprochen/
dieselben Schrifften seyn nur Credentz/ So hat demnach unsere
Nothdurfft erfodern wollen / dessen ein war Wissens zu haben/
ob Hertzog Henrich ihn / die gehabte memorial befohlen / und
solche Credentz drauf geben/ oder nicht/ auß der Ursach solten wir
uns des verantworten / und nicht erst solch Credentz besichtiget
haben/ so hätte Hertzog Heinrich seiner Gewonheit nach lieder-
lichen sagen mögen/ er hätte solches dem Schreiber nicht befoh-
len. Landgravium ab aperiendis etiam privatorum homi-
num literis abstinere: sed Henrico Duci non fieri injuriam,
qui Landgravii literas prior aperuerit: Dergleichen ist uns
von Ihm hiebevor / welches noch nicht anderthalb Jahr unge-
fehrlich ist/ auch geschehen/ da wir einen Brief an Hertzog Ern-
sten zu Lüneburg geschrieben/ den unser Bott auß Unwissenheit/
oder Einfaltigkeit Ihm überliefert / denselben hat er Hertzog
Heinrich auffgebrochen / und uns darnach geschrieben / es sey
ohngefehr geschehen. Er hat aber solchen Brieff in die zweyte
Nacht bey sich behalten/ und darnach unserm Boten wieder ge-
ben/

fen/und seyn uns warlich der und dergleichen Händel viel von Hertzog Heinrichen begegnet: Et paulò post: wie sich auch seine Diener gegen einen des Churfürsten von Sachsen Boten/welcher von Braunschweig außgeschickt / dem sie die Briefe genommen/und das Convolut auffgebrochen/da sie befunden/daß die Briefe an jemands / zu dem Hertzog Heinrich verdacht gehabt/gestanden/ gehalten hätten/ das steht leichtlich zuermessen. Porrò Henricum sæpius Landgravii Consiliariis transitum denegasse, & satis indignè à ministris ejus Leuenburgi Legatos suos exceptos fuisse. Sed & factum suum exemplis veterum defendebat Landgravius. In conjuratione Catilinariâ Legatos Allobrogum capi fecit Cicero, & scrinium cum literis, quas ab eis acceperat in Ædem Concordiæ afferri jussit, ubi lectæ fuere *Sallust. Catil. c.* 45. 46. 47. Idem auspiciis Henrici Ducis cum Molzano factum. Rationibus autem Ducis H. respondebatur, *d. c.* 33. *X de Off. & pot. del.* loqui de casu multum diverso. Ibi enim privatus à judice inferiore ad Papam cum literis missus, eas reclusit, quod suspicabatur, contra se esse, ut & erant. Puniendus is quidem erat, sed non ut falsarius, verùm arbitrariâ pœnâ, idque non tantum, propter resignationem literarum, sed quod fidem mandati suscepti non præstitit, propter conscientiam malæ causæ. Quæ omnia Landgravii personæ & facto planè disconveniebant. Nec doctrina Bartoli quidem rem conficit. Loquitur enim de literis alicui creditis, qui resignans eas adversario tradentis exhibet, vel in fraudem ejus, qui crediderat utitur. Hunc crimine falsi teneri docet *Br. vide Thom. decis.* 34. *n.* 2. & 28. *Decian. tract. crim. lib.* 7. *c.* 17. *n.* 46. Omnium minimè quadrant exempla Julii & Pompeji. Hi enim literas hostium jam à se devictorum legere nolebant, tùm quod amplius nocere non possent post victoriam, tum ne occasio daretur majoris tumultus, quod scirent, inter eas esse civium Romanorum ad

hostes literas, quibus consilia hostibus communicata, de mutandâ Republicâ. Quod ergo fecerunt Julius & Pompejus ad salutem & tranquillitatem publicam, ejus contrarium ob eundem finem, rebus ita ferentibus Landgravio facere opus fuit. Nec facere ad rem videtur, quod exempla Landgravii agant de literis, non pacis, sed belli tempore, resignatis. Nam si aperire alterius literas toto suo genere malum esset, nec tempore belli licitum fieret: Si verò aliqua causa in bello justam facit resignationem; eadem etiam ubi belli suspicio est, aperturam faciet justam. Non enim belli status in se, sed causa in bello se exserens resignationem justificat. Sic Alexander Parmenonis literas resignavit sine belli suspicione. *Curt. lib.7.* Cassander Macedonum Rex, Demadis Oratoris literas aperuit extra bellum. *Justinus lib.12.* Sed necdum Philippus Rex Macedonum Romanorum hostem palàm se gesserat, ubi legati cum literis intercepti.

Die Erbeinigung.

VII. Venio ad pactum unionis die Erbeinigung / quod erat inter domum Brunsuicensem & Hassiacam, cujus quædam capita controvertebantur. Confunduntur vulgò illustria successionum pacta, cum unionis, quæ confraternitates dicuntur, vel confœderationis istis. *Vide Dn. Carpz. de confrater. th.* 12. & Heinricus quidem Dux *lib.* 4. *c.* 3. *n.* 48. hæc in Landgravio desiderat, quod adversarios suos receptaverit, ac foverit. Wie er sich der Einigung gemeß gehalten mit Hanns Kochen / und andern unsern Widerwärtigen / das geben wir einem jeden Unpartheischen zuermessen. Denn Hanns Koch unser Widerwärtiger und Abtrinniger von ihm behauset / geträncket / geetzet / und wider uns mit allem Fleiß gefödert wird / wiewohl ein Artickel in der Einigung verleibt mitbringet / daß keiner des andern Feind hausen / herbergen / etzen / speisen / noch fürschieben sol. Item / daß auch keiner soll des andern Diener und Unterthan in seinem Gebiet vorgewältigen / noch vorgewaltigt lassen.

lassen. Wie er den Artickel auch unsers niedergeworffenen Secretarii halben gehalten / ist gnugsamb angezeigt worden / wie das möge der Einigung gleichmässig seyn / und ob er uns mit treuen / oder untreuen gemeynet. Duorum ergo arguebat Landgravium, contra confœderationis pactum perpetratorum, quod inimicum receptasset, & ministrum suum intercepisset. Landgravius respondit: Ist wahr / daß ein Artickel in der Einung stehet / daß keiner des andern Feind oder Beschädiger in seinem Land oder Gebiet wissentlich nicht hausen noch einigen Fürschub thun soll. Nun ist aber Hanns Koch Hertzog Heinrichs Feind oder Beschädiger niemals gewesen / wir haben auch davon nichts gehöret oder vernommen. Und ob er sein Feind gewesen / und wir dessen nicht wissen gehabt / auch von Hertzog Heinrichen darumb nicht ersucht weren / alsdenn auch nicht geschehen ist / so hätten wir der Einung nicht entgegen gelebt. Denn die Einung sagt: wissentlich nicht gehauset etc. das Wort wissentlich / lässet Hertzog Heinrich heraus. Und ob er gleich sein Feind gewesen / das nicht ist / so legte uns dieselbe Einung weiter nicht auf / denn Ihm denselben zu recht zuhalten: So es aber sieder dem daß er uns das Gleite gewegert hat / geschehen / und er were sein offener Feind gewesen / so hätten wir das Fug und Ursach gehabt. Als er aber in solcher Einung weiter einen Artickel anregt / lautende / daß auch keiner des andern Diener und Unterthanen in seinem Gebiet vergewaltigen / noch vorgewaltigen lassen / das haben wir uns gehalten / wie uns gebühret. Aber dieweil er zuvor in vielen gehörten Puncten dieselbe Einung / und sonderlich durch die befohlene Werbungen und Handlunge des Secretarii verbrochen / so seynd wir dessen auch weiter nicht schuldig gewest. Contra Landgravius à Duce H. contra unionis pactum factum querebatur, quod in memorali ad Archi-Episcopum Moguntinum referri jussit: Landgravium degere insomnem, non quiescere, nisi in sylvis, jam

ſemifuribundum eſſe. Et allegabat quoddam caput pacti, quod ita ait habere: Daß einer dem andern itzund und fürohin gütlich und freundlich meynen/ ehren und förderen solle und wolle/ mit Worten und Wercken: Zum andern/ es soll einer dem andern zu Krieg und Frieden/ in seinen Landen/ Gebieten/ Städten/ Märckten und Dörffern umb seinen Pfennig feilen Kauff und starcken Zugang folgen lassen/ und solches in keinen Weg verhindern. At Dux H. omnibus modis mollire duritiem horum verborum. Ita enim reſpondet: Es befind sich nicht/ daß wir ihn toll oder einen Narren gescholten hätten. Denn nicht viel schlaffen und keine Ruhe haben/ eignen einen Unsinnigen mehr/ als einen Narren. Nun ist aber auch nicht gesagt worden/ daß er unsinnig/ oder nicht bey Vernunfft were/ sondern seiner Weise nach/ werden möchte/ und auch nicht im Gemüth ihm zu schmähen.

De jure in Höxaram.

VIII. De jure ſuper civitatem Hoxaram, rem verbis Landgravii proponemus: An Höxar seynd wir Ihm gar keine Obrigkeit zuständig/ was er aber alda Gerichts halben hätte/ das hätte er nicht als ein Hertzog zu Braunschweig: Sondern als ein belehnter Amptman des Stiffts zu Corvey. Dieselbe Stadt ist in unserm erblichen Schutz/ Schirm/ und Versehung/ und wird sich/ wils GOtt/ nach uns richten. Denn es folgt nicht: Ich habe das Halßgericht zu Höxar/ darumb ist die Obrigkeit/ oder Herrschafft mein. Reſpondet Henricus *apud Hortl.4.c.6.* Es were dennoch wahr/ daß wir mehr Gerechtigkeit/ alß der Landgraf daran hätten. Denn uns die Blutgerichte daselbst zuständig/ und hätten also merum imperium, Gerichte und Obrigkeit/ da wir einen Voigt zusetzen und zuentsetzen Gerichts-Gefälle empfahen und auffnehmen. Aber ein schön Argument ist/ das der Landgraf führet: Er sey derselben Stadt Schirmherr/ darumb müssen Sie sich nach Ihm richten/ Unser Vorfahren und wir seyn derselben Stadt eben so wol Schirm-

herr

herr gewesen/gleichwol seyn Sie uns nicht weniger als zuvorn unterworffen gewesen / wie wir auch in andern Städten Erb-Schutzherr seyn / und darumb gleichwol über Sie kein imperium und Gebiet haben. Replicat Landgravius *c. 7. fol.* 1948. Die Stadt ist in unsern Erbschirm. Hat er aber etwas Recht darinnen / daß ist nicht weiter denn vormahls die Herren von Permont darinne/als belehnete des Stiffts Corbey gehabt haben: Aber Gebott und Verbott das sey weit von ihm/die Gerichts-Gefälle/die ihm da werden/seyn nicht groß. Circa hanc causam contra Landgravium, si modò hæc mens fuit Landgravii, verum est, quod jus clientelare, subjectionem & superioritatē territorialem non arguat, *vide Arum. vol. 2. l. P. de jure clientelari.* Sed nec pro Henrico facit meri imperii possessio, si quidem per illud sibi voluerit superioritatem arrogare. Aliud enim est omnimoda jurisdictio; aliud territorialis superioritas. Et potest illa sine hac consistere, ut exemplum ejus rei est Coloniæ Agrippinæ, adductum *in actis homagii l. Brunsu. p. 2. cons. 6. n. 23* & confirmatum à *Sleid. comm. lib. 6.* Item in actis der Stadt Friedberg/wider die Burg daselbst *punct.* 1 *n. 56.*

X. Porrò implicati sunt his litibus & alii Imperii Ordines. Et cum Ernesto & Francisco fratribus, Ducibus Lüneburgicis, de jure super urbem Brunsuigam contendebatur. Status controversiæ is erat: An Duces Lüneburgenses in urbem Brunsuigam tantùm juris territorialis & reliquorum jurium haberent, quantum Henricus Brunsuicensis. Lüneburgenses affirmant apud Hordlederum *fol.* 1146. *n. 6.* Daß Sie so viel als Hertzog Heinrich an aller Landsfürstl. Obr- und Gerechtigkeit an der Stadt Braunschweig / und noch eins so viel/ als er an / und in den Dom-Stifften / in und bey der Stadt gelegen berechtiget sey.

De contentionibus cum Ducibus Luburgensibus.

Status controversia.

XI. Quod attinet superioritatem super urbem, rem repetebat Ernestus ex divisione territorii, facta inter filios

Alberti pinguis, Magnum cognomento Pium ſeu Sangerhuſanum, in Marchionatu Landsbergenſi aulæ ſedem habentem, Tritavum Erneſti & Henrici Junioris, & Erneſtum primum Ducem Göttingenſem.

- *Albertus magnus.*
 - *Henricus mirabilis. A quo linea Grubenhagenſis.*
 - *Albertus pinguis*
 - *Magnus, cognomento Pius, Sangerhuſanus*
 - *Magnus Iunior, ſeu Torquatus.*
 - *Fridericus, Rex Romanorum.*
 - *Bernhardus, auctor lineæ Luneburg. ſeu Cellenſis.*
 - *Otto Magnus, ſeu claudus,*
 - *Fridericus religioſus.*
 - *Otto magnanimus.*
 - *Henricus Iunior Luneburgicus*
 - *Otto Harburgenſis*
 - *Erneſtus, Cellenſis*
 - *Franciſus Otto.*
 - *Henricus Dannebergenſis*
 - *Wilhelmus Iunior*
 - *Georgius*
 - *Franciſcus Giffornius*
 - *Henricus, auctor lineæ Wolfenbutalenſis.*
 - *Wilhelmus victorioſus ſeu Senior.*
 - *Wilhelmus Iunior.*
 - *Henricus Senior.*
 - *Henricus Iunior.*
 - *Carolus Victor. Philippus. Iulius.*
 - *Henricus Iulius cum fratribus aliis.*
 - *Fridericus Vlricus.*
 - *Ericus Senior.*
 - *Ericus Iunior.*
 - *Fridericus*
 - *Henricus, pacificus*
 - *Ludovicus*
 - *Erneſtus Gottingenſis*
 - *Otto malus.*
 - *Otto cocles*

Qui territorio Brunſuicenſi diviſo pro indivisâ retinuerunt Brunſuigam, teſtante inſtrumento, *anno* 1345. facto *ap. Hordl. fol.* 1146. E mortuâ poſtea Ducum Lüneburgenſium ſtirpe, cum Ottone Coclite; ad Brunſuicenſem, Magnum Torquatum, Ducatus Lüneburgenſis, ex causâ teſtati, per ſubſti-

tutionem

tutionem pervênit, qui utriusque litigantium nostrorum Atavus erat. Hic reliquit duos filios, Bernardum, qui est caput ac auctor lineæ Lüneburgensis & Cellensis, Abavus Ernesti de quo quæstio; Et Henricum, caput lineæ Gvelfobytensis, qui abavus Henrici Junioris. Hi dividentes communes possessiones, Brunsuigam in communione retinuerunt, testante homagii formulâ *p.1.act. hom.fol.* 199. *&* 521. Et ita quoque posteris singularum linearum ab urbe separatim homagium præstitum fuisse, probabat Ernestus Dux, scripto, quod dixi. Sic enim ait, Ottonem Magnum seu Claudum heredem domus Cellensis homagium à Brunsuicensibus suscepisse, & in transactione quadam, cum lineæ Gvelfobytensis Principibus, Wilhelmo, Henrico, horumque filiis, Wilhelmo & Friderico initâ, promisisse, se præstiturum, ut Brunsuiga fidem eis quoque juraret. Verba idiomate Saxonico sic sonant: **Wolde wy Hertoge Wilhelm / Wilhelm und Frederick sine Söne / de Huldinge van der Stadt Brunswig fordern / und eßken uns tho donde / also se unsen Vettern Hertogen Otten / und unsem Broder Hertogen Hinricke / und Veddern gedan hebben / der tho schullen und willen wy Hertogen Otto / Frederick / und Henrick Hülpe und Forderungen don / alse wy förderst mögen.** Hanc fidei communem omnibus Ducibus Brunsuicensibus, tàm Welfobutelensis quàm Lüneburgensis lineæ præstationem in pacificatione Brunsuicensi, **in dem Sünevertrag** / factâ inter Henricum Seniorem & Ericum fratres, filios Wilhelmi Junioris, de stirpe Welfobutensi, & Henricum Juniorem Lüneburgicum, Ottonis Magnanimi F. *anno* 1594. pacto firmatam esse, testatur formula pacificationis *in actis homagialibus p.*1 *f.*487. *& ap. Hordl. lib.* 4. *c.*10 *fol.*1149. *n.*14. Et quamvis pacificationis istius articulum hunc Consiliarii Welfobytenses, contenderent loqui solum de Patre Henrici Junioris, & Erico Duce, ibi: **Daß die Fürsten der Stadt** Privilegia,

legia, Freyheit/ Gnaden / Gewonheiten und alt Herkommen/ wie gebräuchlich/ herbracht / confirmiren und bestättigen / und den Fürsten von der Stadt/ wie vor Alters herkommen und gewöhnlich / Huldigung und Pflicht geschehe ꝛc. Non malè tamen respondisse videbatur Ernestus Dux: Sie müssen diesen Articul / gleich wie andere auff unsern Herrn Vatter auch stehen lassen/ das überzeugen Sie / die obangezogene Erbtheilungen und Verträge / daß es also von seiner Lieb und unsern Eltern/ auf seine Liebe und nun Uns geerbet und kommen ist. Terminus enim die Fürsten/ ut referens, intellectum omninò capere debebat ex relato, quod erant initio formulæ de nomine citati Principes, inter quos Henricus Junior, Ernesti Parens. Ex relato enim declaratur indefinitum referens. *Paris. cons.* 19. *n.* 74. *Ruin. cons.* 180. *n.* 3. *lib.* 2. Et paria sunt, nominatim aliquid exprimi, vel per relationem. *Id Paris. cons.* 122. *col.* 1. *n.* 3. Pergebat Ernestus: Es überweisen Sie auch die geübte Handlungen / darzu unser Herr Vatter nicht das geringste gethan (id est, non minimum, sed multum, non verò, ut usitatô accipitur; ne minimum quidem) und der klare Buchstabe des Vertrags / ja auch Hertzog Heinrichs Vatter selbsten/ denn sich derselbe mit unsern Herrn Vatter nach solchen Vertrag verglichen / daß Sie die Huldigung zugleich / und auff einen Tag / von denen von Braunschweig nehmen wollen / wie solches auß seinem Sendbrief/ den er deßhalben an unsern Vatter geschrieben hat/ zuvernehmen. Est hac epistola *ap. Hordled. fol.* 1150. *n.* 16. Porrò quòd civitas Duces Cellensis familiæ pro dominis territorialibus suis agnoverit, fidemque dare parata fuerit, ostendebat Ernestus ex pacto quodam seu conventione *de anno* 1499. facta ab Henrico Juniore Lüneburgensi Ottonis Magnanimi F. & civitate, quam publicavit Dux Ernestus itidem & habetur in opere *Hordled. d. l.* Denique subjectionem suam ipsi Duci Ernesto testatam fecisse civitatem,

tem, testantibus literis, Gifforni datis, *anno* 1525. *apud Hordl. fol.* 1151.

XII. Excipiebant Consiliarii Henriciani jus Cellensium præscriptione amissum esse: Sed regerebatur, nuperrimè homagium Henrico Juniori Luneburgensi, Ernesti Patr. fuisse præstitum. Reservatum etiam illud fuisse suo Patri in formulâ conventionis à Ducibus territorii & Brunsuicensibus factæ. Fuisse ergo id arbitrii Cellensium, quale quid præscriptioni obnoxium Ernesto Duci non videbatur. Forte *arg. l. 2. ff. de viâ publ. & itin. Castrens. cons.* 144. *Ant. Gabriel. lib.* 5. *tit de præscript. concl.* 11. In primis, quod D. Henricus præstationem homagii Cellensibus debitam non possederit, ut puta à Brunsuicensibus ei hoc nomine præstitam: **Denn ob er wohl** (Henricus Junior) **und seine Eltern die Huldigung genommen / so haben Sie aber die Huldigung / die unsern Eltern und uns gebühret / nicht genommen / sondern die Ihm zu seinen Antheil gebühret. Solt aber jemands den widrigen Gebrauch und die Verjahrung fürzuwenden haben / das musten die von Braunschweig / und nicht Hertzog Heinrich zu thun haben.**

XIII. Nec minus negabat Dux Ernestus familiam Welfebutelensem curiam provincialem habere in urbe, ad quam à Senatu provocaretur: Urbem non esse sitam in territorio Welfebutelensi immediatè, quandoquidem districtus Brunsuicensis nulli familiæ per divisionem addictus fuerit, & tàm Luneburgensi, quàm Welfebutensi districtui ex æquo interjaceat. Quamvis verò pactionem divisionis hereditariæ nondum jurarit Ernestus; obesse tamen id sibi non posse, tam quod nondum conditio jurisj. hujus sibi fuisset delata, tum quod, an Dux Henricus Junior in eam jurasset, non constaret, tum quod ultra juratam paciscentium promissionem, incertum, utrum pactiones istæ jusjurandum istud à singulis successoribus desiderarent; & ut desiderarent, non-

dum tamen elapsum esse jurandi tempus, quod nuspiam determinatum. Denique si accepta maximè præstandi jurisj. conditio foret, Henrico tamen prius incubuisset, ut seniori, exigendi id, & præstandi Luneburgensibus vicissim.

XIV. Quantum ad Canonicatus asserebant Luneburgenses, alterum tantum sibi juris competere in his, quantum Henrico Welphico. Denn unseren Eltern der halbe Theil des jenigen was die Fürsten beyder Häuser/ Zell und Wolffenbüttel/an Braunschweig gehabt/zugetheilet ist worden/wie solches die Theil-Briefe mitbringen. Was aber die Hertzoge zu Göttingen an Braunschweig und derselben Stiffte gehabt/ ist durch Absterben Hertzog Otten/(cognomento Coclitis)des letzten Hertzogen zu Göttingen auch halb auf unsere Eltern/ und also an das Hauß Zelle verstorben und gefallen. Und nach solchen Anfall haben sich die Hertzogen zu Braunschweig und Lüneburg beyder Häuser/ Zell und Wolffenbüttel der Gerechtigkeit an Braunschweig und Stifften zu gleich gebraucht/und in den beyden Stifften S. Blasii und S. Cyriaci die Præbendas und geistliche Lehen / eines umb das ander biß itzt in kurtzer Zeit/ daß Hertz. Heinrich sich unterstanden uns eine Sperrung und Verhinderung in den Stift S. Cyriaci zu thun. Negabat porrò post pacta familiæ erciscundæ ullas factas conventiones, quibus familia Cellensis juribus suis superioritatis decesserit, neque Mindensem, quidem quâ præcipuè niti videbatur H. Junior, Denn wiewohl unser Herr Vatter seinen Vettern Hertzog Heinrichen /(Heinrico Seniori Welphobitensi) dieses Hertzogs Heinrichs Vattern und Hertzog Erichen das halbe Land zu Göttingen / welches seiner Liebd und unsern Eltern von Hertzog Otten angefallen / und aufgeerbt gewesen/im selben Vertrag übergeben hat: So ist doch wahr / daß von der Hoch- Ober- und Gerechtigkeit an der Stadt Braunschweig in solcher Handlung nichts bered/ noch behandelt / viel weniger über-

übergeben ist worden / wie solches auß berührten Vertrag wohl zu vernehmen stehet/ vide *apud Hordl. fol.* 1155. *n.* 34.

XV. Disceptabatur & de successionis in Ducatu Brunsuicensi jure primigenituræ, quod jus Henricus fratri suo Wilhelmo diutinis carceribus extorsisse arguebatur. Hac de re tulerunt ad Imperatorem Electoris Saxoniæ Legatus, Wolffgangus Anhaltinus; Otto Henricus, Comes Palatinus; Georgius Marchio Brandeburgensis, Philippus, Comes Palatinus; Philippus, Landgravius Hassiæ; Albertus, Marchio Brandeburgensis; Philippus, Dux Pomeraniæ; Johannes & Joachimus, fratres, Principes Anhaltini; Albertus, Dux Brunsuicensis; Henrici & Johannis Ernesti Ducum Saxoniæ Legati, anno 1541. Es hat verruckter Jahren Hertzog Heinrich von Braunschweig und Lüneburg unsern lieben Ohem / Schwager und Vetter / Herrn Wilhelmen auch Hertzogen zu Braunschweig und Lüneburg seinen leiblichen Bruder / ohne das/ daß Er/ Hertzog Heinrich/ seines Fürnehmens einige rechtmässige billiche Ursach gehabt/ mit der That gefangen/ auch biß in die 12. Jahr und 5. Wochen / im Schein/ als ob solches auß E. K. M. Befehl ergangen / und beschehen were / und so lang gefänglich enthalten/ biß gedachter unser Ohem/ Schwager und Vetter / Hertzog Wilhelm / auß Furcht der Gefängnüß / und Gefahr seines Lebens / sich nicht allein seines gebührenden Antheils/ der vätterlichen nachgelassenen Land / Leute / Erbschafft und Gerechtigkeit/ sondern auch aller und jeder Nebenfälle/ und succession, aldieweil Hertzog Heinrichs absteigende Linie währet / so in künfftiglich absterben möchte / an Eydes statt verziehen/ abgesagt/ und renunciret hat / alles vermöge und inhalt einer vermeynten gantz beschwehrlichen abgedrungenen Abzicht und renunciation. Ita tum judicabant Principes plerique de conventione ac lege, cui & pòst in Ducatu Brunsuicensi, lineæ Welferbytensis primigeniti solius successio innixa fuit.

De jure primigenituræ in domo Brunsuicensi.

Cujus

Cujus ut melius de eâ liquere possit, capita hîc operæ censui referre, ex instrumento, quod integrè exstat *apud Hordl. lib. 4. c. 31.* Daß hinfürter unser Bruder Hertzog Heinrich/ und nach Jhm sein ältister Sohn/ und nach demselben abermals des verstorbenen ältister Sohn / und also immer in absteigender S. L. Linie während/ regierender Fürst seyn soll und will. Und wann dieselbe niedersteigende Linie unsers Bruders Hertzog Heinrichs / welche das Regiment nach verschriebener Ordnung gehabt/ außstirbt / und dennoch in berührter unsers Bruders absteigender Linie männliche Lehns-Erben verhanden seyn/ alsdenn sol der nechst ältister Sohn/ oder mäñliche Lehens-Erben/ von unsers Bruders Hertzog Heinrichs Leibe gebohren/ Regierender Fürst seyn/ und nach Jhm sein ältister Sohn/ und desselben ältisten Sohns Sohn/ von Erben zu Erben / oder ob die nicht im Leben weren/ alsdeñ der sein nechster Bruder oder Vetter/ in unsers bemelten Bruders / Hertzog Heinrichs Linien ist/ Regierender Fürst seyn / und alleiwegen hinführo von Erben zu Erben/ laut dieser Ordnung gehalten werden/ daß also einer allewege über unser itzig Land und Leute / und was wir künfftig mehr erobern/ gewinnen/ erlangen / oder mit angefalt überkommen/ und ererben mögen/ regieren bestellen/ verwalten/ inne haben / und nach seinen / und des Fürstenthums Nutz gebrauchen soll/ doch uns / Hertzog Wilhelmen hiemit fürbehalten / ob wir was von Landen/ Leuten/ Landschafften/ die zu unsern Fürstenthumb nicht gehörten / mit Diensten/ oder sonst ererben oder erlangen würden / daß die uns Hertzog Wilhelmen / und unsern Erben allein zustehen sollen. Et paulò infra: Doch sollen und wollen wir Hertzog Wilhelm und unsern Erben hiemit vorbehalten haben / wo gemeldter unser Bruder / Hertzog Heinrich und seine Erben/ ohne mannliche seines Leibes Lehn-Erben/ immassen wie obgemeldet ist / versterben würden/ daß wir und unsere Erben derselben Regierung / nach unsern besten Nutz und Gefal-

Gefallen alßdenn annehmen/und derselben gebrauchen mögen/ dergestalt/daß alsdenn unser/ Hertz. Wilhelms ältister Sohn/ von unsern Leibe gebohren/und nach deme/ desselben ältister Sohn/und nach demselben abermahls des verstorbenen ältister Sohn/ und also immer in unser absteigender Linie während/ Regierender Fürst seyn soll und will/und wann dieselbe Hertzog Wilhelms niedersteigende Linie/ bey der das Regiment/ nach verschriebener Ordnung also ist/außstirbt/und dennoch in beyder seither/unser/Hertzog Wilhelms/absteigender Linien männliche Lehns-Erben verhanden seyn/ alsdenn soll der nechst ältister oder mannlicher Lehens-Erbe/ von unser/ Hertzog Wilhelms Leibe gebohren/Regierender Fürst seyn/ und nach Ihm/ sein ältister Sohn/ und dessen ältisten Sohns Sohn von Erben zu Erben. Oder so die nicht in Leben weren/ alsdenn der sein nechster Bruder oder Vetter/ in unser/ gemelten Hertzog Wilhelms/Linie ist/Regierender Fürst seyn/ und allewege hinfüro/ also von Erben zu Erben/ laut dieser Ordnung gehalten werden. Daß also einer allewege über unser Land und Leute/ und was wir der künfftig mehr erlangen/ oder mit Angefällen überkommen und ererben möchten/regieren/ bestellen/ verwalten/ innehaben/ und nach seinen und des Fürstenthums Nutz gebrauchen sollen.

XVI. Cæterum hoc genus successionis ab intestato dicitur linealis agnatica, in quâ non observatur jus repræsentationis, cujus vi remotiores cum proximioribus concurrunt, & non succedunt remotiores, nisi vivô eô, quem repræsentant, concepti sunt *l. filius ff. de suis & leg. l.* 1. §. *si quis proximior. ff. unde cogn. Forst. tract. de success. ab intestato lib*. 4. *c*. 23. Sed jus transmissionis, per quod futura successio, quasi delata, lege scilicet, & spe, transmittitur in fratris senioris primogenitum, utut spes aliàs, absque lege, nihil operatur naturaliter V. G. Titius genuit Sempronium & Cajum. Sem-

pronius moritur ante Patrem, prægnante uxore, quæ postеà parit Proculum, moritur & inde Titius avus. Hîc si jus repræsentationis attendatur, non potest succedere in Principatu Titio Proculus: At quia vi transmissionis succeditur, spes succedendi, quam habebat Proculi Pater, jus quoddam verum excitat, cujus vi Proculus, tanquam Primogeniti primogenitus succedit. Quemadmodum enim in stipulatione conditionali res habet, ut conditionis, quantumvis vivo creditore, non existentis, spes in heredes transeat, ita sese quoque habet spes successionis linealis agnaticæ, ita ut jus succedendi in posteros ex primo Rege venientes necessariò transeat, sed ordine certo, ut primum vocentur liberi ultimi possessoris primi gradus, tàm qui vivunt, quam qui mortui sunt, tum inter vivos & mortuos habeatur ratio sexûs & ætatis. Mortuorum autem jus si prævaleat, transeat ad eos, qui ab ipsis descendunt, eâdem prærogativâ sexûs & ætatis servatâ *Grot. de I. Belli & P. c. 7. n. 22.* & infiniti alii. Et hoc genus successionis maximè conducit servandis illustribus familiis, ideoque Herodotus, *Polym.* morem hunc omnium populorum esse ait, ut natu maximus Imperium habeat. Et apud Trogum Pompejum Ariabarzanes maximus natu ætatis privilegio regnum sibi vindicabat, quod & ordo nascendi, & natura ipsa gentibus dedit *lib. 7. c. 12.* Sic Milites Dionysii tyranni in locum ejus maximum natu ex filiis suffecere, naturæ jus secuti, inquit, *Iustin. lib. 21. c. 1.* & quod firmius futurum esse regnum, si penes unum remansisset, quam si partitionibus inter plures filios divideretur, arbitrabantur, ut addit idem auctor ibid. Hinc Stratius prudenter Attalo ingerit apud *Liv. 45. 19.* Si partem regni fraterni peteret, ambos infirmos distractis viribus & omnibus injuriis obnoxios fore. Quem finem præ se ferebat, & transactio ista Wilhelmi & Henrici, damit unser Land/Leute/und

Für-

Fürstenthumb ungetheilet (so gewöhnlich einen Trennung und Theilung/Zerstörung und Vergerbung zufolgen pflegt) bleiben möcht/ut verba formulæ sonant: Sed quemadmodum hæc rectè ponderantur, ubi nemini fratrum jus quæsitum est, ita, ubi alia successio introducta usu, non sufficiunt ad hæc jura intromittenda. Vide de Jure primogenituræ *P. Greg. 7. de Rep. V. & seqq. Tiraquell. de primog. Arnis. 2. de Rep. c. 2. sect. 8. & alios.*

XVII. His ita conventis necessarii tamen sumtus erant, unde se dignitatemque principalem Wilhelmus sustineret. *A. B. tit. 24. vers.* Und wann ihnen solchen. *Rosenthal. de feud. vid. Coth. resp. 3. n. 26. vol. 4. q. 55. Ant. Coler. de Iure Imp. Germ. sect. 50. arg. l. si quis à liberis 5. §. 19. ff. de agnos. & al. lib.* Quamvis enim ex feudis indivisibilibus, ac in quibus jus primogenituræ viget, legitimam ejusmodi Exsortes petere nequeant, quia qui successione excluditur, excluditur etiam à legitimæ petitione, quippe quæ jure hereditatis debeatur. Vide post veteres & recentiores *Heigium lib. 1. q. 21. n. 11.* Ex reditibus tamen hujusmodi feudi, Fratribus hisce minoribus aliquid debetur pro alimentis, *Guid. Pap. decis. 476. Boer. decis. 204. n. 14. Tiraq. de primig. q. 4. n. 33. Surd. de aliment. tit. 7. q. 15. n. 76.* quam pensionem germanicè das Deputat, latino-barbarè, nomine Gallico, appanagium appellant, denotans eam alimentorum assignationem, quæ Regis Franciæ liberis natu minoribus solet concedi, postquam natu maximus mortuo patre regnum adeptus, quo de vide *Ioh. Tilium de rebus Gallicis tit. de filiis Reg. & in specie de appanagio Ludovici, XIII. Galliarum Regis Fratris. Mercurium Gallicum tom. 13. p. 469.* Hæc pars Wilhelmo assignata, erat annua pensio bis mille florenorum, ut sequitur in transactione: Hingegen sollen und wollen wir ehegenandter Hertzog Heinrich/ und unsere Erben Uns Hertzog Wilhelmen und un-

Appanagium.

ſern Erben für unſere Fürſtl. Unterhalt alle Jahr 2000. landwehrige Gülden / alß jeglichen Gülden zu 40. Matthieren / Goßleriſche Groſchen oder derſelben Wehrung zurechnen und bezahlen / alß zu jeden Quatember 390. landwehrige Gülden / uns und unſern Mitbenanten / wir ſeyn in- oder auſſerhalb Landes / geben und entrichten / und zu unſer Hertzog Wilhelms F. Enthaltung unſer lieben Frau Mutter Hoff ſeeligen in Gundersheyn gelegen / zugebrauchen einthun / darinnen wir und unſere Erben uns enthalten mögen. Doch wollen noch ſollen wir uns / der Stadt / Bürger und Einkommens des Schloß Gündersheyns nicht annehmen noch bekümmern / oder damit zuthun oder zuſchaffen haben. Simul etiam fuit cautum, ne æs alienum contraheret Wilhelmus, neque plus ultra aſſignationem poſtularet, vel ab Henrico exigeret. Confirmata fuit hæc transactio Toleti in Hiſpaniâ à Karolo *anno* 1539. & Rudolfo II. *Auguſta* 1582. Et errat itaque Nicolaus Betſius *tr. de pact. fam. ill. jus primog. concer. f.* 522. qui eam in Comitiis Imperialibus confirmatam, & ab omnibus Ordinibus approbatam ſcribit. Prius enim ſubſcriptione Karoli confutatur, poſterius ſupplicatione Ordinum, quos ſupra recenſui, quam Cæſareæ Majeſtati Wilhelmi nomine Ratisbonæ exhibuerunt. Cæterum de hoc appanagio tradunt Dd. quod in eo non habeat locum jus primogenituræ. *Springsfeld. de apanag. c.* 11. *n.* 43. *&* 44. Quia aſſignatur Poſtgenitis, non per modum diviſionis, ſed per modum proviſionis *Cothm. reſponſ.* 1. *n.* 168. *vol.* 5. *Rumelin ad A. B. p.* 3. *diſſ.* 5. *th.* 13 *add. lit. e.* adeoque nec alienari poteſt, nec ad heredes transmittitur regulariter. *Rumelin. d. loc.* Sed auctâ familiâ, omnibus ex familiâ deſcendentibus ſua proviſio & ſua alimenta aſſignanda ſunt. *Menoch. conſ.* 111. *n.* 3. *& ſeqq. Roſenthal. de feud. c.* 9. *concl.* 55. *n.* 11. *lit. L.* Quod tamen præſenti pacto, aliter conventum fuit, ut vidimus. Quod ſi Appanagiato certa

por-

portio principatus assignata fuerit, neque collectas in illâ parte suâ indicere potest, quia jus collectandi est superioritatis territorialis, quam non habet iste. *Rosenthal.c.9. concl.56. n.15.* Et ideò onus dotandi ejus filiam incumbit primogenito feudorum possessori. *Rumelin.d.loc.th.*14.*addit.*

XVIII. Erant eidem Henrico cum civitate Goslariâ de lucorum & sylvarum quarundam finibus, quos ab Avo Henrici civitas cum pacto reluitionis seu revenditionis emerat, redemtis ab Henrico, anno 1526. controversiæ. Item de Commerciis Lignorum & Carbonum, Steigerung des Holtz und Kohlen Kauffs/earumque importatione & exportatione, de novis vectigalibus & aliis juribus, de quibus legenda sunt gravamina Goslariensium *apud Hordled. lib.* 4. *c.* 1. Quibus res eô rediit, ut cives armatâ manu in cœnobium montis Georgii irruentes, idque incendentes, prehensosque in eo Ducis ministros obtruncantes, & propterea à Duce Brunsuicensi accusati à Camerâ Imperiali proscriberentur. Illi de hoc facto Cameralium gravissimè apud Cæsarem conquerebantur, & res ad majores tumultus spectabat, si ea proscriptio executioni mandaretur, quamobrem Imperator usque ad futura Comitia ejus sententiæ executionem, salvo utriusque partis jure, & quoad aliud statuatur, suspendit. Cùm verò Henricus nulla suspensionis Cæsareæ ratione habitâ in persequendis Goslariensibus pergeret, Commissarii Cæsarei suspensionem hanc confirmarunt, ita, ut effectum absolutionis deberet habere, & causa proscriptionis, fractæque pacis publicæ, quam Henricus & Goslarienses sibi invicem intentabant ex plenitudine potestatis ad Aulam Cæsaream avocatæ relinquerentur. Sed hæc quoque decreta Cæsarea & Regis Ferdin. Henricus sprevit. Itaque bellum ei sociorum causâ denunciant Protestantes, & brevi tempore omnem ejus agrum sub ditionem redigunt. Captô Welferbito cum

arce, omnia Henrici arcana in Proteſtantium poteſtatem pervenêre, literarum etiam ſcrinia, quibus deinceps Saxo & Landgravius, quid Henricus contra ſe molitus fuit, demonſtrabant. Henricus cùm parum contra Proteſtantes in Germania proficere ſe poſſe videret, *anno* 43. in Italiam profectus, graviter eos apud Cæſarem Cremonæ accuſat. Ac cum ſub exitum Julii Cæſar Spiram veniſſet, Proteſtantes eò Legatos mittunt, qui cauſam ſuam cognoſci petant. Indicuntur comitia ad ultimum Novembris à Cæſare Spiram. Ibi cum Menſe Februario anni ſequentis conventum, Proteſtantes actionis ſuæ cauſam Cæſari exponunt. Brunſuicenſis prolixè reſpondet, & novis invectivis onerat Saxonem & Heſſum, eisque longè atrociſſimis, cauſamque ſuam quibuscunque poteſt coloribus incruſtat. Cæſar causâ utriusque cognitâ, admodum urgebat, ut Schmalcaldici Brunſuicenſem reſtituerent, aut certè occupatam ejus provinciam ſibi perſequeſtrum permitterent. Poſt multam deliberationem placuit, ut Cæſari permitteretur ager Brunſuicenſis inter menſis ſpacium, donec vel amicè vel jure ac legibus diſceptata lis fuerit, atque definita, provinciæ verò adminiſtrationem Cæſar committat vel Palatino, vel Electori Brandeburg. vel Johan. Pal. Simmerio, Mauritio, vel Clivenſi: Pœnam violatæ pacis luant, qui non parituri ſint. Henrico denunciat Cæſar, ut pareat, ſin minus, lege contra ipſum agat. Goslarienſibus vigore ſuſpenſionis jus contra quoslibet experiendi ſalvum ſit.

XIX. Anno deinceps 45. rurſus Wormaciæ comitiis indictis, Schmalcaldici, qui iſtuc veniſſent, propoſitis à Cæſare conditionibus aſſentiuntur, & Brunſuic. agrum omnem Cæſari permittunt. Quare ille confeſtim Henrico mandat, ut jure experiatur, legibus agat, ab armis abſtineat. Ille verò qui ſententiæ proſcriptionis contra Goslarienſes latæ inhære-

hæreret, de nullitate palam protestatur, ac petit, ut litis pendentia coram Camera Imperiali, insuper habitâ suspensione, confirmatione, prorogatione, mandato Cæsareo procedat. Cumque ei Cæsar denuò gravissimis verbis ac proscriptionis pœnâ denunciatâ mandaret, uti pareret, non modo non obtemperavit, sed & ejus Consiliarios, Granvelanum, imprimis atque Navium graviter insectatur. Inde copias in agro Verdensi cogit, equites mille qüingentos peditum ad octo millia provinciamque suam ingressus Wolferbitum obsidione cingit. Intereà Landgravius quoque nomine Confœderatorum exercitum contrahit, & Henrico obviam procedit, ibi cum ad manus ventum, Henricus se filiumque suum Karolum Victorem Landgravio dedidit. Res isthoc Chronodisticho comprehensa:

Ut repetat patrIas HenrIcVs profVgVs arCes
BeLLa CIens MerVIt seqVe sVosqVe CapI.

Itemque aliô in quo simul Alberti Archiepiscopi obitus indicatur:

Luget sublato Moguntia præsule: ab Hesso
Henricus capitur, turba relicta fugit.

XX. Ad hunc modum capti Henricus ejusque Filius, amplissimo comitatu Cassellas ducti sunt, posteàque Henricus pater à Filio sejunctus Zigenhemii custodiæ traditus est. Donec mutatâ prorsus scenâ Landgravius Cęsari supplex factus, post captum Electorem Saxoniæ, inter conditiones, quibus Cæsari reconciliabatur, & hanc receperat, ut Henricum ejusque Filium custodiâ liberaret, quod factum anno 47. Et ipse vice versâ à Cæsare captivus duceretur. Liberatis demum Saxone & Hesso transactione amicabili omnis animi exulceratio inter Henricum & Liberatos recens ambos principes sincerè & bonâ fide sanata fuit, anno 1553. Extat transactionis utraque formula apud Hordl. & cum Landgravio in

hæc

hæc capita conveniebatur, intercedente Mauricio Saxoniæ Electore, omnis diffidentia & acerbitas, odiaque penitus sint extincta, & in compensationem damnorum Henrico datorum Landgravius ei viginti mille thaleros trinâ vice refundat, ad dispungendum Henrici æs alienum. Simili modo & cum Joh. Frid. Saxone transactum Wimariæ anno 1553. ut omnis simultas & injuria tàm verbis quam factis ultrò citroq; illatæ sint sopitæ: Viginti mille thaleros Elector Henrico pendat, duobus terminis, neuter alterutrius hostibus adsistat, commeatum Johan. Frid. ex suo territorio ad militem confœderatorum Franconicorum exportari non prohibeat, & vice versâ Henricus cum milite suo provinciam Saxonis transiturus proprio ære victitet. Saxo efficiat, ut tres capsæ, quibus Henrici monumenta literaria Wolfebytelo ablata, ab urbe Brunsuigâ, penes quam custodiæ mandatæ, restituantur, data civitati sufficienti apochâ, captivi absque pretio dimittantur utrinq;.

DIS-

DISSERTATIO XIII.

DE

RECUSATIONE JUDICII CAMERALIS.

RESPONDENTE

CAROLO BOSEN, Equite-Misnico.

I.

Cum scribere ita leges, ut homines sine vi externâ secundum eas constanter agant, sit ex iis, quę fieri nequeunt, necessitate quadam potestatem ferendi leges, judiciorũ constitutio secuta est. Hinc & olim judicia Germanis sua, antequam in unum magnę Gentis Francorum nomen coalescerent, fuisse, ex Cæsare & Tacito videre est, de quibus in præsentiarum agendi non est locus. Breviter Judiciorum faciem, & ut sic dicam habitum, videamus, à translato in Karolum M. imperio. Eo quidem tempore judicia erant partim penes concilium omnium Ordinum, partim penes Regem solum, partim penes ejus Legatos, &, veluti tunc loquebantur, Missos. Et ad concilium quidem non pertinebant nisi negotia, ut nunc vocant, status, de creando Rege vel abdicando, de Pace & bello, de legibus publicis, de summis honoribus, Præfecturis, & Procurationibus Reipubl. de assignanda patrimonii parte, liberis defuncti Regis, vel dote filiabus constituenda, quod probat per singula membra Hotomannus *in Francogallia sua c. XI. & XV.*

Iudiciorum necessitas.

Iudiciorum in Germaniâ olim forma.

Fuerunt vel totius Concilii.

Vel solius Regis.

II. Quod attinet judicium ab ipso Rege factum, in palatio Regio, docet additio lib. 4. Capitularium, singulis hebdomadibus semel cognitioni causarum vacasse Regem, non solum earum, quæ per appellationem ad Regium tribunal essent delatæ, sed & omnium minorum, inter Episcopos, Abbates, Comites & aliorum Ordinum. Ita tamen Regi proponebantur demum causæ minores, si prius apud Comitem palatii expositæ, ab eo definiri nescierant, ut patet ex Hincmari Rhemensis *epistola ad Ludov. & Balb. c.* 19. *&* 21. *&* 4. ubi tantum ad pauperum & minus potentum justitias faciendas vacare jubetur palatii Comes. Quod attinet Legatos, seu Missos Regios, illorum officium fuit, visere ad Comites seu Graviones singulorum pagorum, num quid officium facerent, utrum Episcopi & Comites & inter se, & cum cæteris fidelibus concorditer viverent, & similia, de quibus prolixè agit *Lehmannus in Chron. Spirens. lib.* 2. *c.* 10.

Vel Missi Regii.

III. Mansit hic judicandi mos etiam posteris temporibus, ut causæ ad Statum Reip. pertinentes in comitiis tractarentur. Nam Heinricus IV. in comitiis malæ administratæ Reip. accusatus damnatus est, ut & Otto IV. & Fridericus II. Sic & causæ Principum Laicorum, ut vocabantur, ab Ordinibus, non solo Rege judicabantur. Testatur *Witichindus Corbeiensis lib.* 2. *Hist. Sax.* cùm Eberhardus Comes pacem publicam turbasset, ab Ottone M. Cæsare in comitiis damnatum eum fuisse. Sic Heinricus III. Cæsar Conradum Bavariæ Ducem in Comitiis Merseburgensibus ducali dignitate exuisse traditur *Hermanno Contracto in anno* 1052. seculo XII. ab Heinrico V. Imperatore, Dux Lotharingiæ exauctoratus est, in frequenti Principum conventu, judicio optimatum, & consilii decreto, ut auctor est *Vrspergensis*. Conrado III. Rege Henricus superbus proscriptus est, in frequenti senatu, edicto Principum. *Aventin. lib*, 6. Seculo XIII. Otto IV. Imperator

tor Ottonem Witelsbachium ad voluntatem omnium in comitiis regni proſcripſiſſe traditur *Arnoldo*. Hujus ſucceſſor Fridericus II. damnavit filium ex ſententiâ LXX. Principum in comitiis *teſte Aventino lib.* 7. Seculo XIV. Henricus VII. contra Bohemum promulgavit decretum, ex ſententia Principum, ut Parium Curiæ, quod eſt apud *Goldaſtum part.* 2. Reichs S. *p.* 29. Decimo quinto ſeculo Sigismundus Imp. Ludovicum Bavarum per Senatus decretum damnare voluit. *Avent. lib.* 7. Idem cauſam Erici Lauenburgici & Friderici Miſnenſis de Electorali dignitate in conventu Electorum decidit. Et hoc inſtar fuit judiciorum Germanorum, de quibus plura videri queunt in diſſertatione Clariſſimi viri, *Hermanni Conringii de judiciis Reip. Germ.* Quæ omnia non parum mutata, ubi judicium Cameræ Spirenſis cœptũ eſt conſtitui.

IV. Inſtitutum eſt à Maximiliano I. communi Ordinum conſenſu *Anno* 1495. *ultimo Octobr*. Huic primum locus dictus fuit Francofurtum ad Mœnum, ibi *anno* 1495. 3. *Novembr*. prima judicialis audientia fuit habita. *Gail.* 2. *de Pace publ. c.* 1. *n.* 28. Inde ſtatam veluti ſedem Spiram Nemetum accepit. Judicem ei dat Imperator, vel in ejus abſentiâ Rex Rom. *Ordin. Cam. p.* 1. *tit.* 1 §. Nemlich/ & *tit.* 4. *pr.* peritum Juris Imperii, in Germaniâ natum *p.* 1. *tit.* 3. *pr.* dignitate non infra Comitem vel Baronem, religionis Pontificiæ, vel Lutheranæ. Aſſeſſores olim ſedecim aſſignati, ſed crevit numerus ad XLI. R. A. zu Sp. *anno* 1570. Denique nuperâ Oſnabrugenſi pace cautum *art.* 2 §. 10. ut præter judicem, & quatuor Præſides, quorum duo Auguſtanæ Confeſſioni addicti, numerus Aſſeſſorum Cameralium ad L. in uviverſum adaugeri debeat, ita, ut Catholici, computatis duobus Aſſeſſoribus ab Imperatore im̃ediatè præſentandis viginti ſex, Auguſtanæ Confeſſionis ſtatus XXIV. Aſſeſſores præſentare poſſint, & teneantur, atque ex ſingulis circulis mixtæ religionis, non tantùm duos Ca-

Camera Spirenſis inſtituta.

tholicos, ſed etiam Auguſtanæ Confeſſioni addictos eligere fas ſit.

Cameræ Iurisdictio unde? V. Quod attinet Jurisdictionem, accipit eam Camera non à ſolo Imperatore, ſed ſimul quoque à cæteris Imperii ſtatibus, non quidem ut ſingulis, ſed ut univerſis, R. A. *de anno* 1541. §. und damit auſſerhalb Camm. G. O. *de anno* 1495. *pr. & fin. Item de anno* 1507. 1517. 1521. 23. 27. 31. 51. *ibid.* 8. Daß die Beyſitzer von J. K. Majeſt. auch Churf. Fürſten und Ständen des H. R. R. an ſolche hohe Juſtitien verordent / und an ihrer ſtatt ſitzen. Et in replicâ trium ſecularium Electorum apud Lundorp. *tom. 2. act. publ. lib. 1. tract. 4. p.* 49. daß Cammer-Richter und Beyſitzer ihre Jurisdiction von K. M. auch Churf. Fürſten und allgemeinen Ständen des Reichs haben. Secus atque ſentit *Pauermeiſt. lib. 2. de Iurisd. c. 6. n.* 18. *an propria, an delegata.* Et quidem non mandatam, ſed propriam, per repræſentationem, reſpectu ſcil. habito non ad perſonas ſeu individua, collegium hoc integrantes, ſed ad repræſentationem Imperii, adeò, ut quemadmodum omnes Ordines olim in Comitiis Jurisdictionem propriam toti Imperio exercebant, ita eandem Camera, repræſentans illos univerſos Ordines, exerceat. Perſonæ verò, ex quibus conſtat numerus Judicii hujus, ut tales, v. g. Cajus, Sempronius, Titius, neque ut ſinguli, neque ut univerſi, vel propriam, vel delegatam Jurisdictionem habere rectè dicantur, ſed imperium ipſum propriam ſibi ſuam ſub ſchemate horum individuorum expedire. Probamus aſſertionem noſtram ita: Illa tantum poſſunt mandari, quæ jure magiſtratus competunt: Poteſtas judicandi, ut Imperatori & Ordinibus ineſt, jure magiſtratus eis non competit. Ergò nec mandari potuit Cameræ. Propoſitio probatur *l. 1. pr. ff. de off. ejus cui mand. eſt Iurisd.* Aſſumtio: Quia jurisdictio formaliter eſt poteſtas, jure magiſtratus competens. Imperator & Ordines non ſunt magiſtratus; ſed ſupremæ poteſtates. Magiſtratus enim

enim eſt inſtrumentum ſummæ poteſtatis. Nemo autem ſui ipſius inſtrumentum eſſe poteſt. Nec multum officit, quod ab Hippolitho, quisquis is eſt, opponitur. Primò enim etſi mandare jurisdictionem ſuam non poteſt, tamen propoſitio non eſt convertibilis per contrapoſitionem: Qui non poteſt mandare, non habet propriam. Ut non rectè ita colligitur: Qui habet rem propriam, poteſt alienare. Ergò qui non poteſt alienare, ejus res non eſt propria. Quid enim cum furioſo, infante, pupillo, prodigo & ſexcentis aliis facies? Quod ſi dicas, hos tamen potentiam alienandi habere: Reſpondebo: Et Cameræ Jurisdictionem ſuâ naturâ, actu primo, eſſe mandabilem: Impediri autem actum ſecundum impedimento externo, quatenus ſcilicet ſanctione Imperii ita limitata fuit, abs quâ limitatione ſit, utique mandare poteris. Deinde ſic argumentatur Hippolithus: Jurisdictio ordinaria non eſt ad nutum concedentis revocabilis: Cameræ Jurisdictio eſt revocabilis, nempe ab univerſo imperio revocâri poteſt. Reſpondeo intereſſe, an de jurisdictione ſermo ſit in abſtracto, quatenus jure magiſtratus competit, & ſic magiſtratu illo poſito, jurisdictio non poteſt tolli. Et ſi propoſitionis hic eſt ſenſus, ut ab officio juris dicundi jurisdictio non ſit ſeparabilis, vera eſt, & de Camerâ: Sed ſic falſa aſſumtio. Quamdiu enim Camera, ſeu magiſtratus Cameralis manet, tamdiu manet & jurisdictio Cameralium. Si verò in concreto conſideres jurisdictionem, quatenus ineſt perſonis, jus dicentibus, falſa eſt propoſitio, cum & olim jurisdictio Præſidibus, Præfectis prætorio, & ſimilibus data fuit revocabilis. Id dico, falſum eſſe, quod jurisdictio (ut huic Senatui Camerali ineſt) auferri ei non poſſit, ſalva poteſtate Camerali. III. Argumentatur Hippolithus: Si Camera habet propriam jurisdictionem, aut ea inferior eſt Imperii jurisdictione, & tunc poterit appellari à Camerâ ad Ordines: Aut erit par & æqualis Imperii Juris-

dictioni, & sic non poterit ab Imperio revocari. At quis concludet ita? Dicasteria Principum provincialia, die Hoffgerichte/ habent jurisdictionem parem cum Principe: Ergò Princeps illa tollere non potest. Deniq; si ob paritatem jurisdictionis Imperium Rom. tollere jurisdictionem Cameræ possit, & vi ejusdem argumenti, Camera etiam Imperii Rom. jurisdictionem tollere possit. Cum parium utrinq; idem sit effectus.

In quibus causis.

VI. Hæc jurisdictio ad omnes personas & causas pertinet, quæ Imperio subjiciuntur. *Ord. Cam p.22. tit.27.* Weiter sagen/ ordnen und wollen wir/ daß alle und jede Personen und Sachen die der Kays. Jurisd. ohne Mittel unterworffen/ und durch sondere Außträge dieser Ordnung oder anderer Privilegien/ Freyheiten/ gewillkühret/ und rechtmässige Gewonheiten nicht außgenommen seynd/ an den Cammergericht fürgenommen und gerechtfertiget werden sollen. Ex quibus verbis apparet, quemadmodum mediatè Imperio subditi in secunda instantia regulariter in Camera conveniuntur, *Ord. Cam. p.2. t.28.* Ita qui immediatè Imperio subsunt in primâ instantiâ ibi conveniri posse, nisi jus Austregarum habeant, vel à jurisdictione Cameræ exemtæ sunt, ut Lotharingiæ, Burgundiæ, Duces, Archiduces Austriæ. Eadem quoque causarum ratio est, ut quæ peculiariter exceptæ non reperiantur, huc pertinere videantur. De causis verò religionis & fidei priori seculo disceptabatur propter pacem Noribergensem, quâ cautum, ut Camera omni jurisdictione in causis fidei supersedere debeat, usq; ad generale concilium, vel Comitia hunc litem dirimentia. Sed Camera prætexebat suæ Jurisdictioni, quod Protestantes quaslibet causas pro causis religionis venditarent. Ita enim Heldus Schmalcaldiæ Anno 1537. Der Streit beruhet darauff/ daß E. Chur- und F. Gn. und ihre Mitverwandten etliche Sachen angezogen/ derer sich das Gegentheil beschwehret/ und fürgeben/ daß die nicht in die Religion-

gion-Sachen möchten gezogen werden. Und hat auch damals das Cammer-Gericht einer Erläuterung begehret / dieweil sich zutrüge / daß E. Chur- und F. Gn. etliche für Religion-Sachen halten wolten / die von Gegentheil wurden angefochten. Darauff Ihre Maj. auß zeitigen und mehr dann in einem Rath die Sachen erwogen / und den Cammer-G. schreiben lassen: Daß Ihre Maj. Gemüth und Meynung wäre / daß alle Religion-Sachen solten eingestellet werden auff ein Concilium oder Reichs-Versammlung; Wo aber Irrung oder Zweifel sich in dem zutrüge / ob die Sachen die Religion berührte / oder nicht / wüsten Ihre Majest. ausserhalb der Acten oder Rechtl. Erorterung keine solche General-declaration zu thun / Sondern die von Cammer-Gericht / als Richter / solten die Irrung / wie recht were / entscheiden. Et paulò post: Nun befunden Ihre Maj. daß E. Chur. und F. Gn. etliche Sachen am Cammer-Gericht für Religion- und Glaubens-Sachen anziehen / und dem Cammer-Gericht anzeigen lassen / daß Sie die abschaffen / und in des Cammer-Gerichts Jurisdiction nicht ziehen solten / und dieweil solches nicht geschehen / seynd E. Chur- und F. Gn. zu solchen appellation, protestation, und recusation kommen. Et infra: Unter andern allein zu einer Anzeigung / die Sache mit der Stadt Menmingen / wider den Kays. Fiscal / so von wegẽ eines Geleitsbruch erholt / welches die Religion und Glauben je offenbarlich nicht berührt / und darumb dieselbe / und dergleichen Sachen / so ohne Mittel das Zeitliche antreffen / nicht für Religion-Sachen möchten geachtet werden. Et paucis interjectis: Kays. Maj. können nicht glauben / so sich ein Mißverstand zuträgt / zwischen E. Chur. und F. Gnaden gegen andern Ständes des Reichs / oder sondern Personen / ob die Sachen darumb sich die Rechtfertigungen zutragen / die Religion gelangen oder nicht / daß E. Chur. und F. Gn. darinnen selbst richten / und erkennen wollen / Sondern solches gehöre dem Richter zu / auf der Partheyen contradiction zuerkennen.

VII.

VII. Præcipuus controversiæ hujus cardo igitur in eô vertebatur, cujus cognoscendi de causis jus sit, quæ ad religionem spectent, nec ne. Quam cognitionem Judicio Cameræ vindicabant Catholici; Protestantes rem absque cognitione exploratam credebant, nitentes hâc regulâ quam reponebant Cæsareo Oratori Heldo: Daß solche Sachen fur Religion Sachen geachtet werden/ welche ohne das der Zwiespalt des Glaubens / und der Religion zuvor durch ein gemein frey Christlich Concilium entscheiden sey/ nicht rechtmässig oder gebührlich mögen erörtert werden. Id est, omnes has causas pro religiosis habebant, ad quas decidendas hæc præjudicialis quæstio determinanda prius requirebatur, de religionis ipsius veritate, & sinceritate. Et quia lis de bonis Ecclesiasticis eorumque restitutione videbatur in hoc præjudicio verti, utrum religio, quam personæ dejectæ profiterentur, sit germana Christianorum religio, ideò has quoque & similes pro religionis causis venditabant. Ita enim argumentabantur Protestantes: Dieweil die Nutzungen. sc. bon. Ecclesiasticorum von wegen des rechtschaffenen Gottesdiensts da seynd/ und das beneficium propter officium: Und aber ihr Catholicorum officium uns den Ständen nicht leidlich / so kan oder mag man dieselben nicht restituiren / es sey dann zuvor in einem freyen Concilio außfündig gemacht/ welche Lehre in dem Göttlich oder Ungöttlich sey / und darumb muß der einfallende præjudicial-Articul des Glaubens für allen Dingen in einem Christl. Concilio abgehandelt seyn / ehe deñ man zu solcher Erläuterung von Rechts- und Billigkeit wegen kommen mag.

VIII. Allegabatur & transactio Cadanensis, in quâ promittebat Rex Rom. effecturum se, ut in his ipsis causis, quæ jam negebantur religiosæ esse, Camera executionem suspenderet. Ita enim habet articulus in illa transactione: Nach deme ein Mißverstand darinneñ (in pace Norinbergensi) fürgefal-

gefallen/so hat die Königl. Maj. gnädiglich bewilliget/daß Ihre Kön. Maj. von wegen Kays. Maj. verschaffen wolle/daß mit den Processen am Kays. Cammer-Gerichte zu Erhaltung solches Frieden-Standes/wider die/ so darinne benandt sind/ stillgestanden/auch daß alle bißhero fürgenommene Proceß würcklich abgeschaffet werden / alles nach laut desselben auffgerichteten Fried-Standes. Porrò ab absurdo colligebant, si tales causæ, de quibus contenderetur, pro religiosis non haberentur, pacem religiosam supervacuam esse, cum nullæ aliæ dari possent, de quibus judicandi potestas Cameræ competeret. Aut Cameræ enim Jurisdictionem suspensam esse in causis religionem intrinsecus concernentibus, nempe de veritate ipsius religionis & fidei articulis; aut in causis profanis, quæ præjudicialem tantùm religionis quæstionem concernerent. At prioris generis controversiæ manifestò excedunt cognitionem Cameræ, & competunt concilio: Ergò posterioris generis causas oportet fuisse, quibus supersedere judicandis Camera debeat. Tertium seu intermedium dari nullum.

IX. Animadvertendum autem, quod Cæsareus Orator non reperisse sibi nullas, demtis quamvis duabus superioribus, religionis causas, præ se ferebat; Adeoque non unam, sed multas causas intermedias haberi, de quibus Camera cognoscere posset. Ita enim replicat: Alsdenn Ihre Chur. und F. Gn. und derselben Zugewandte in ihrer Antwort weiter setzen / so solche nicht solten Religionsachen seyn / daß sie keine wüsten anzugeben / und daß der gemeldte Stillstand gantz vergeblich / und ohne alle Würckung auffgericht / nimbt mich frembde. Denn ob eben solche Sachen in Ihre Chur. und F. Gn. und derselben Zugewandten Antwort angezogen und am Kays. Cammer-Gericht hangend/nicht Religion-Sachen seyn solten/so weren doch noch mancherley Religion-Sachen/darin vermög gemeiner geschriebenen Rechten der Reichs-Abschiede

mit Kays. M. außgegangenen Edict, auff Ihre M. erstgehaltenen Reichs-Tage zu Wormbs möcht procediret und fürgefahren werden/ wie sich Ihre Chur- und F. Gn. selbst erinnern/ und berichten mögen/ Daß auch in etlichen Fällen dem Kays. Fiscal auffgelegt ist zu prociren/ welche Religion Sachen alle/ mit sampt andern/ wie und welcher gestalt sich die zutragen mögen/ durch Kays. Maj. gnädigen Stillstand zu suspendiren bewilliget/ und durch nothdürfftige gnugsame Geschäffte also befohlen seyn. Regerebatur ergò has omnes religionis esse causas, quæ ex edicto Wormatiensi, & quibusdam Recessibus Imperii profluant, quarum adeò intuitu procuratori fiscali, & Cameræ processus mandati fuerint.

X. Hæc ergò ut duplicando eliderent Protestantes, respondebant, causas ex edicto Wormatiensi non posse intelligi, nunc demum pace Noribergensi suspensas esse, quippe in comitiis Spirensib. anno 20. jam diu impeditas, ubi ita deciditur: Damit in solchen ein einhelliger/ und gleichmässiger Verstand in dem Christl. Glauben gemacht/ auch Fried und Einigkeit in Teutscher Nation zwischen allen Ständen gepflantzet und erhalten werde/ so haben wir/ auch Churf. F. und Stände des Reichs und deroselben Bottschafften/ uns itzo alhie einmüthiglich verglichen und vereiniget/ mitler Zeit des concilii oder national-Versammlung nichts destominder mit unsern Unterthanen ein jeglicher in Sachen/ so das Edict durch Kays. Maj. auff dem Reichs-Tage zu Wormbs gehalten/ ausgangen/ belangen möchte/ für sich also zu leben/ zu regieren und zu halten/ wie ein jeder solches gegen GOtt und Kays. Maj. hofft und traut zu verantworten. Deinde ex naturâ omnium, quæ de substrata materiâ intelliguntur *l. 16 ff. de in diem add. l. 67. d. B. 1.* pactionum, Noribergensis pacificatio intelligi debebat de rebus tùm temporis cœptis controverti, cùm aliàs frustrà nova pacta quæsissent Protestantes ceu per recessum Spiren-

sem

ſem ſecuri ſatis. Quid, quod ipſi Clerici poſſeſſiones ſuas, res Eccleſiaſticas appellarent? Cùm verò res Eccleſiæ ad religionem ſpectent, non dubium eſſe, quin de his cognitio Cameræ nulla eſſet.

XI. Hæc quidem ita tum Smalcaldiæ agitabantur, nec tamen res ita liquida erat, ut una omnium hâc de re Proteſtantium eſſet mens & voluntas. Itaq; annô 1538. Menſe Martio conventum Brunſuici celebrant, ubi Chriſtian⁹ Danorum Rex, qui ipſemet aderat, in fœderis ſocietatem eſt receptus. Marchio Albertus, Dux Boruſſiæ idem adfectabat, ſed ei, quòd lex ab hinc annis proſcriptus eſſet, mos geri non potuit. Henricus Brunſuicenſis Electori Saxoni, & Landgravio, aliisque fœderis ſociis per ſuam ditionem profecturis fidem publicam promittere noluit: Sed & inſuper conſtanti famâ omnium ſermone affirmabatur, Matthiam Heldum, cum ad ſua poſtulata Smalcaldiæ ex ſententiâ ſibi non eſſet reſponſum, Pontificiorum animos incendiſſe, ut fœdus ſancirent, quo iſta contumacia contunderetur. Cœpit ita fædus Noribergicum, quod ſanctum appellabant, in XI. annos contractum, ei fini, ut ſi ob pontificiam religionem vis aliqua cuiquam inferretur, ea communibus armis depelleretur. Cæterum Brunſuigæ Proteſtantes diſceptabant, duo præcipuè capita: I. utrum judicium Cameræ, tanquam ſupremum tribunal, an verò perſonæ ſolum ibi judicantes recuſari queant? Deinde an non ſolùm in Eccleſiaſticis, ſed & profanis cauſis recuſatio opponenda.

XII. Circa primam Quæſtionem, & de juſtitiâ & de utilitate diſquirebatur. De illa ſentiebant, non quidem collegium Judiciale, ſed perſonas ſingulas, ex quibus collegium conſtat, recuſari licere. Illud non licere propterea, quia id nihil foret, quam Jurisdictioni Imperii refragari, & obedientiam Imperatori detrectare: Hoc verò licere, quo-

niam quilibet judex ordinarius, si suspectus, recusari possit. In specie sancitum, Ordinationem Cameræ *anno* 1531. §. *Item.* ordnen wir/so ein *Assessor &c.* quòd Adsessores suspecti de studio partium excedere juberi possint. Ergò & recusari. Itaque à singulis istiusmodi singulos recusari posse sciscebant. Nec ejus rei deesse exempla, nempè Bavariæ Ducem, aliquando longè leviori de causa judicium Cameræ recusantium, causamque eorum aliis cognoscendam fuisse mandatam. De utilitate & successu recusationis magis dubitabant. Fore enim ut Camera recusationem haut si acceptura, sed in contumaciam ad sententiam definitivam progressura, in mulctas aliasvè pœnas & denique bannum ipsum. Quanti verò sit rem judicatam adversus se sustinere, executione quantumvis ad tempus sufflaminatâ; neminem facile ignorare. Qua propter eò fere labebantur, ut sine discrimine in omnibus Ecclesiis & profanis causis Jurisdictio Cameræ recusari debeat. Quæ cum ultrò citròque agitata fuisset, tandem ampliatum fuit Brunsuigæ diesque diffindi jussus, his verbis: Dieweil die Gesandten zu diesem Tage dieses Puncts halber nicht Befehl gehabt / so ist für gut angesehen / daß die Bewegung / so dieser Sachen halber hin und wieder fürgefallen verzeichnet werden / und die Gesandten dieselben Bewegungen/ und diesen Abschied an Ihre Obern bringen / und daß darauff alle Stände denselbigen Punct mit den Bewegungen und Ursachen hin und wieder mit ihren gelehrten und trefflichen Räthen zum fleissigsten berathschlagen / was darinne zu thun oder zu lassen seyn möge / also daß ein jeder Stand zwischen hier und Johannis Baptistæ sein Bedencken den beyden Chur- und Fürsten Sachsen / und Hessen/gewißlich überschicken sollt/ welche Rathschläge alßdenn Ihre Chur- und Fürstl. Gn. beyde besichtigen / und darauff nach ihrem besten Verstande und Ansehen die beständigste und nützlichste Meynung in gesambten Rath/ den

den Ihre beyde Chur- und F. Gn. auf gemeiner Stände Kosten/ als dann zusammen ordnen/ ziehen/ und so sie sich des vereiniget haben/ so solten Ihre Chur. und F. Gn. solch ihr Bedencken allen Ständen beyder Kreiß/ wiederumb zuschicken/ und als-denn derselben/ und fürder den fürnehmen und handeln/ damit man zu einem endlichen Beschluß solcher Handlung kommen kan.

XIII. Factum ita fuit, deliberatisque animis inter se comparabant Protestantes, an per omnia Cameræ Jurisdictio excludenda. Imprimis interesse videbatur primò, utrum Protestantes universi instar unius corporis, an verò ut singuli recusationem obtendere debeant Cameræ. Et cum in Politicis profanisque causis nihil commune in universum haberent, recusatio inutilis videbatur, quum universorum hactenus non interesset. Et quamvis fœdere se conjungere velint, quo unius causa omnibus reliquis ratione recusationis communis esse debeat, non minor tamen dubitatio exstitura videbatur, an tale fœdus licitum, quo illicito, nec recusatio concessa. Deinde videndum, quos tale fœdus comprehendere oporteret, numquid etiam subditos Ordinum? Quos si contineri placeret ipsorum mandatum fortasse ad causam recusationis desideratum iri. Si non comprehenderentur, tractis per appellationem in Cameram, ibique damnatis, diffidentiam & distractionem animorum erga supremas potestates id excitaturum esse. Porrò quia recusatio judicii fieri debet eâ formâ, iisque solennibus, quas jus requirit. Sed recusationem inter personas incertas, in causâ incertâ ante litem motam jus ignorat. In hunc modum, pluribus etiam aliis rationibus consulebant Dux Pomeraniæ Ernestus & Franciscus Lüneburgenses, consiliarii Wirtebergenses, & quidam privati, quorum duo alterum Theologi, alterum JCti Hamburgensium consilia *apud Hordlederum legi possunt lib. 7. c. 11. & 12.* Civitates quædam, Ulma, Reutlinga, Memminga, Isni, & Campodu-

num arbitrabantur quidem, recusationem licitam esse, sed proponi tamen eam non nisi in conventu aliquo Imperii posse. Denique alia omnia remedia tentanda, & justius esse & utilius. Vel ut impetretur ab Imperatore suspensio Jurisdictionis Cameralis. Vel ut cursu ejus non inhibito, si condemnetur innocens, confœderati defensione opposita executionem impediant. Vel ut remedium in recessibus Imperii, contra Cameram concessum, adhibeatur, quod Syndicatum appellant, id quod & Heldus Smalcaldiæ urgebat. Nempè etiam in Republ. Rom. Judices functi officio tenebantur, in eâdem provinciâ, vel civitate, cui præfuissent, quinquaginta diebus commorari, ut rationem redderent actorum suorum, quod vulgô subire Syndicatum vocant. Fundatum hoc jus est in *l. 1. C. ut omn. jud. tam civil. quam milit. post administ.* Et si ante L. dies judex aufugerit, is à provincialibus capi & detineri potest, donec omne damnum refundat. *auth. si verò C. d. t. quæ sumta ex Nov. 8. c. 9. & Nov. 128. c. 23. & 24.* Denique si nihil aliud, patientiam, & fiduciam in Deum in suppetias vocandam Pomeraniæ Dux suadebat.

XIV. In contrariam partem propendebant Argentoratenses, Constantienses & alii. Et primò recusari hoc judicium posse, distinctè affirmabant. Nempè si per Cameram non Jdictionem Cæsaris intelligant, sed personas Judicii, qui Cæsarem pro tempore repræsentant, in quibus semper locum habeat, quod ait Imperator Justinus *l. aptissimi 16. C. d. jud. Nobis cordi est, omnes lites sine suspicione procedere.* Esse recusationem remedium jure probatum ex causa legitima, judice suspecto *c. 15. c. 3. q. 5.* Deinde nuspiam apparere, Cameram constitutam esse cum clausulâ, recusatione remotâ. Quâ clausula, si maximè reperiretur, non tamen intelligi, nisi injustam recusationem posse. Et quamvis opponatur, quod quemadmodum à Camera non appellari, ita nec ea recusari possit, cum

cum duo hæc remedia pari passu ambulent. *Cujacius 9. obs. 23* Quia verò utrumque ex diversis oriatur causis, fine etiam discernantur, & contra diversos competant, ideò à separatis nihil rectè inferri, de quo capite alias agunt fusè *P. Greg. 2. de app. 20. Marant. n. 336. Mynsing. 1. obs. 3. & 4. obs. 52.* ubi scribit, quod Commissarii Cæsarei possint recusari, decisum esse post multam disputationem Cameræ. Imò recusationem suspecti, juris naturalis esse contendebant, tanquam defensionis speciem. *Clem. Pastoralis vers. hac quidem d. Sent. & re jud.* Idque tanto magis necessarium in sententiis Cameræ, quo minus remedii, præter hoc adversus ejus sententias. Ideò cum in eo casu periculum vertatur, jura eò plus etiam consilii & auxilii litigantibus impertiri convenire.

XV. Quod verò alia remedia quasi ordinaria superesse ferantur, ea nimis quàm imbecillia deprehendi. Et quidem proponi aliquod *ex recess. Ratisb.* nempè Syndicatum *de anno* 1532. §. und damit unser Cammer-Richter ꝛc. Quia verò multum intersit, utrum quis ab initio benè speret de judice, & an coram inimico & hoste litigare cogatur: Illic enim ob sinistrum eventum satis esse consultum ei per revisionem actorum; Hîc verò admodum grave, post vulneratam causam remedium quærere, ideò recusationem judicis suspecti hoc remedio non excludi videri. Addebat Senatus Noribergensis in suo consilio hanc non adspernandam rationem. Durch das Syndicat könne nicht allen Sachen gerathen werden / am wenigsten aber denen Sachen so die Acht belangen. Denn gesetzt / daß einer unbillich durch einen Feind oder widerwertigen abgünstigen Richter in die Acht erkennt / wie würde demselben durch das Syndicat wieder geholffen / so er nun mitler weil umb sein Leib und Leben käme / in Kraft der Acht / sonderlich da der Regenspurgische Abschied sagt / daß mitler Zeit des Syndicats der ergangenen Urthel execution beschehen soll? Warlich

lich ehe dann einer/ so mit Urthel in die Acht erkläret zu Außführung der Unbilligkeit solcher Urthel von dem Syndicat richten können möcht/ so were er wol zehen mahl nicht allein umb Gut/ sondern auch umb sein Leib und Leben kommen/ was hülffe ihn denn das berühmte Syndicat? Addi & hoc poterat, quod vel ex juramento Cameralium liqueat, quasdam dari causas, quę ad ipsorum cognitionem non spectent. Cammer G. O. *anno* 55.*p*.1.*c*.57. & Cammer G. O. zu Speyer *an*.41.§. Item ordnen wir. Ergò in his potuerunt recusari.

XVI. His ita in utramque partem agitatis, valdè Protestantibus arrisit sententia, quæ recusationem suadebat. Cumque civitatem Mindensem Camera in omnium conspectu sub dio proscripsisset, ob litem, quæ illi erat cum suæ urbis Ecclesiasticis? eâ re cognitâ Saxo & Landgravius, tum suo, tum sociorum nominè scriptum evulgant, ad Idus Novembres. In eo rem omnem ordine commemorant, quid cum Camera sit actum aliquot nunc annis. Et verò quia quietis sint impatientes Camerales, & justissimis de causis recusati, nihilo secius obstinatè pergant, & confœderatos Mindenses ad hunc modum proscripserint, monent atque rogant omnes Principes & Ordines, ut sententiam latam habeant pro injustâ, neque se patiantur ad vim ullam excitari. Nam si secus fiat, non se posse Sociorum injurias negligere. Habetur Scriptum ad verbum *apud Hordl. lib. 7. c. 19.*

FINIS.

DISSERTATIO XIV.

DE STATU GERMANIÆ POST DEBELLATOS SMALCALDICI FOEDERIS SOCIOS PASSAVICA TRANSACTIONE, Pacificatione Auguſtanâ & Reſervato Eccleſiaſtico.

I.

VIdimus hactenus cauſas, quæ Cæſarem Karolum V. inſtinctu Romani Pontificis in Principes Evangelicos, quos fœderatos Smalcaldicos vocant, armaverunt, prout eæ in ipſis proſcriptionis Imperialis, quod bañum vocãt, à Cæſare in Saxonem & Heſſum vibratæ tabulis recitantur. Quas ut in vernaculâ erant promulgatæ Hordlederus *lib.*3. 𝔅.𝔄.𝔘.𝔉. *c.*16. Sleidanus verò latinè, *lib.*17. à ſe fideliter & conciſè expreſſas, & ex hoc Thuanus, *lib.* 2. exhibent. Summa imputatorum criminum erat: Proſcriptos eſſe perfidos, rebelles, ſeditioſos, minutæ majeſtatis reos, ac publicæ tranquillitatis perturbatores, *Thuan. lib.* 2. Quæ cuncta tamen ita Saxo & Heſſus luculentè ſcriptis publicis refutaverunt, ut ſatis appareat, hoſce prætextus odio & perſecutioni religionis orthodoxæ callidius diſſimulandæ fuiſſe quæſitos. Ipſe enim Paulus III. Pontifex, ejusq;

Legatus publicis literis id confirmabant, adeò, ut molestè etiam ferret Papa, quòd Cæsar aliam causam prætenderet. *Thuan. lib.* 2. ibi: *Hac ratione Pontifex Cæsarem ad bellum palam pro religione gerendum, omissô omni alio prætextu obstrinxit, quod id ad dignitatem suam, sedisq; Romanæ ac concilii auctoritatem summo jure pertinere arbitraretur.* Ferebatur etiam communi famâ, Cæsarem cuidam Galliæ Regis Legato respondisse; *Velle se domare Germanos, aut de fortunis omnibus penitus periclitari; Iam enim annos viginti fundamenta huic rei jecisse.*

II. Finiit itaque bellum Germanicum, profligatô Saxoniæ Electore, unâque cum Landgravio capto, quod mole maximum, confectu facilimum, eventu felicissimum Cæsarem intra anni curriculum gessisse Thuanus *principio lib.* 2. historiarum, ex vero pronunciat. Felicissimum eventu fuisse gesta eorum temporum docent. Causa enim Smalcaldicorum fœderatorum neque perdita, neque vulnerata fuerat, Passavicâ primum transactione, inde pace religiosâ magis firmata. Etsi enim hæc conventio aliquando ex postfacto à malè feriatis quibusdam calamis fuit vellicata, quasi à Cæsare vi metuque extorta, oppressione repentinâ atque improvisâ, Cæsare Germaniâ exacto, inque societatem belli, Rege Galliæ adscito, unde Rex Romanorum Ferdinandus adeò inarctum conjectus fuerit, ut eluctari, nisi per pacis pactiones non posset, ingruente insuper Turcarum periculo, contra quos à Protestantibus Cæsar opem, auxiliumque frustra exspectaret, nisi religionis libertate indultâ. Ita enim famosus Autonomiæ scripti virulenti & veteratorii auctor *lib.* 3. *c.* 10. transactionem Passaviensem ferro, vi metuque, mit Schwerd und Stangen / per Mauritium Saxonem & Socios extortam, pacem loricatam fuisse, ein geharnischter Friede / ein erzwungener Vertrag / welcher sey ein Fundament deß Freystellionats. Et Johannes Paulus Windeck, *libro de exstirpandis hæresibus*

sangui-

sanguine scripto, ait, astu & ferociâ Mauritii Saxonis effectum fuisse, ne Concilium Tridentinum optatum sortiretur exitum, qui de improviso prægravi bello Cæsarem adobruens, & concilium disturbârit & Lutheranam religionem pristino loco restituerit. Idem repetit Compositio pacis Dillingensium, ut præ se fert, JCtorum, *cap*. 4. *q*. 21. Quod scriptum Laurentii Foreri fœtum fuisse, cui & Laymannum obstetricatum, testatur Caramuel, *de pace Imperii*, *pag. m.* 15.

III. Sed hæc omnia vanissimè jactabantur. Quis enim credat, Karolum Imperatorem vim metumque fuisse passum, qui exercitum Smalcaldicorum longè validiorem, quàm Mauritianus erat, paulò ante non formidaverat, militem suum victoriosum per omnem Germaniam circumduxerat, captivosq; ambos Principes adhuc tenebat, eodem illo tempore. Qui, ut solet, à victoria procul dubio formidabilem magis Protestantibus sese reddiderat. Cui persuadebitur inermem fuisse oppressum, qui copias ad Alpium radices collectas habebat. *Sleidan. l*. 24. *n*. 8. & paulò pòst prævalidum exercitum, contra urbem Mediomatricum duxerat, qualis certè è quercubus extemplo non excutitur.

IV. Sed forsan aliqui causabantur, ob causam Mauritii Saxonis propriam, quæ liberatio erat soceri Landgravii, non licuisse religionis Reiq; publicæ negotia publica in partes trahere, quæ comitiis tractanda fuissent. Sed jam dudum animadvertit Lazarus Svendius, tribus Imperatoribus, Carolo, Ferdinando, & Maximiliano II. à consiliis bellicis, vir civili & militari prudentiâ inclutus, in consilio, cui titulus: **Bedencken von Regierung deß Röm. Reichs** apud Goldastum *de Statut. & rescrip. Imp.* causam hanc universos Ordines fecisse suam. Ita enim ibi pag. 213. **Daß zu Zeiten Hertzog Moritzens Anzugs durchaus fast jederman im Reich mit Jhm heimlich zugestimmet / und bey dem Kayser mit einiger Hülff und**

Handbietung nicht zusetzen wollen. Darauff auch folgendes auff den Tag zu Passau unter den Ständen eine gemeine Sache daraus werden / also daß die eingebrachte gravamina und Beschwerden jederman angenommen / und beyfällig gewesen seyen. Facit huc, quod Marchio Albertus Brandeburgicus apud Hordlederum lib. 6. c. 27. ἀπολογεῖται: Die Stände haben in dem Vertrawen gegen einander nicht gestanden / daß Sie sich hätten der Nothdurfft nach einhelliglich mit einander bereden und entschliessen mögen / wie Sie der Beschwerden möchten entlediget werden. Dann Niemand hat den Anfang machen wollen noch dörffen / wie es dieser Löbl. Nation hohe Nothdurfft wohl erfodert.

V. Denique an Imperatori licuerit de causâ religionis pacisci, decrepitus est coccysmus, & næmiâ soriciniâ confossior. Inprimis, quia non de veritate religionis transactum fuit: Sed de pace dandâ Imperii Principibus, de religione dissidentibus. Sic enim lex religiosæ pacificationis. §. Und nach dem in Vergleichung ꝛc. perspicuè cavet: Nach dem in Vergleichung der Religion und Glaubens-Sachen durch ziemliche und gebührliche Wege gesucht werden soll / und aber ohn beständigen Frieden zu Christl. freundlicher Vergleichung der Religion nicht wohl zu kommen / so haben wir diesen Friedstand von geliebten Friedens wegen / das hochschädliche Mißvertrawen im Reich auffzuheben / und diese Löbl. Nation vor e.v.u. zu verhüten / und damit man desto ehe zu Christl. freundlicher und endlicher Vergleichung der spaltigen Religion kommen möge / bewilliget / solchen Frieden in a. o. a. biß zu Christl. freundl. und endlicher Vergleichung der Religion- und Glaubens-Sachen stäth / vest und unverbrüchlich zuhalten. Wo dann solche Vergleichung durch die Wege des General-Concilii, National-Versammlung / L. u. Rh. nicht erfolgen würde / soll alßdenn nichts desto weniger dieser Friedenstand i. a.

o. P. u. a. bey Kräfften biß zu endlicher Vergleichung der Religion und Glaubens-Sachen stehen und bleiben: Quibus verbis manifesta & palpabilis differentia & oppositio inter hanc pacificationem & conciliationem articulorum religionis controversorum constituitur. Id quod Elector Moguntinus, Anno 1555. in Senatu Electorum curate monebat: Daß Krafft des Religion-Friedens nicht eben die Lehre selbst canonisiret/ sondern nur die Lehrer/ und diejenigen/ so dieser Lehre beyfallen/ von äusserlicher Gewalt und Verfolgung/ an Haab/ Ehren/ Gut/ Leib und Leben verwahret und versichert werden. Ita olim Cæsar Valentianus, inter religionum diversitatem, medius stetisse, nec quemquam inquietasse, nec interdictis minacibus subditorum cervices, ad id, quod ipse colebat, inclinasse, sed has partes intemeratas reliquisse memoratur *Ammiano Marcellino lib. 20.* Nimirum ubi sine reipublicæ interitu, & Christianæ religionis afflictione rectum cursum tenere magistratus nequit, hoc saltem, quod reb⁹ afflictis fieri potest, præstare sedulo studere debet. Hac itaque ratione Status Imperii in Comitiis hisce Augustanis cum Cæsare & Rege Romanorum aliisque religionem Pontificiam amplexis ἑνωτικὸν istud fecerunt.

VI. Verum enim verò ut transactio Passaviensis ita non minus Pax religionis iniquos passa fuit incursus. Inter quas ferè prima atque præcipua, pacique ipsi coæva, de reservato, quod vocant, Ecclesiastico exstitit. Id verò erat tale, ut, si Episcopi & Prælati religionem mutent, ipso jure & facto administratione & beneficiis ipsis excidere debeant. Verba authentica ita habent: Wo ein Ertz-Bischoff/ Bischoff/ Prælat/ oder ein ander geistl. Standes von der alten Religion abtretten würden/ daß derselbe sein Ertzbistum/ Bistum/ Prælatur/ und andere beneficia, auch damit alle Früchte und Einkommen/ so er davon gehabt/ alsobald/ ohne einige Widerung

und Verzug / jedoch seinen Ehren unnachtheilig / verlassen / auch den Capitulen / und denen es von gemeinen Rechten / oder der Kirchen und Stiffter Gewohnheiten zugehöret / eine Person / der alten Religion verwandt zu wehlen und zu ordnen zugelassen seyn. Et Protestantes hoc Pontificium reservatum acriter satis impugnabant, sed nihil quidquam obtinere poterant. Ita enim Ferdinandus R. Jhre Königl. Maj. haben ferner auch nach der Länge verstanden / und erwogen / was die drey Bischöffe und Chur Fürsten / und unser alten Christl. Religion-Verwandten / Fürsten und Stände für ein besonder Bedencken / obgehörten Versicul des Religion-Friedens zuzusetzen / in Versicul / anhebende: Doch sollen hierin die Bischofen / etc. für nutz und gut angesehen und begehret haben / und könten Jhr. Königl. Maj. nach stattlicher Erwegung nicht befinden / daß selbige Bedencken der Augspurgischen Confession anhängigen Ständen / und ihren Unterthanen / von allem dem / daß Sie ihrer Religion und Confession halber bißher im Brauch und Niessung gewesen / ichtzig / auch in wenigsten benehme oder entziehe / sondern / daß es allein / und dennoch nicht nach dem schärfesten setze und ordne / wie es der Stifft Prælaturen und anderer geistl. Pfründen und Beneficien halben gehalten werden solle / wann derselben Jnhaber und Verwalter / ihren Beruff zu wider / ihren einmahl beliebten angenommenen geistl. Stand / und alte Religion verlassen / und davon abtretten / damit dieselben Prelaturen und beneficia dennoch bey dem Gebrauch und Wesen erhalten werden / dazu Sie gestifftet / welcher letzten Willen zu brechen abscheulich wehre / dem Allmächtigen Gott zu Lob und Ehr gestifftet und verordnet / und dabey sich / laut Geist. und Weltlicher Rechten / sonderlich auch vermöge des Heyl. Reichs Ordnung / Abschied / Landfried und jüngsten [illegible]sawischen Abschieds ruhig gelassen / und mit der That oder [illegible]ten gegen ihnen nichts gehandelt / noch fürgenommen wer[illegible]ll.

Die

Dieweil nun die itzt angeregte/vorige constitutionen und Ordnung/sonderlich die letzten/und der Passauische Vertrag selbst dermassen auffgerichtet sind / daß die Stände der Augspurgischen Confession/die andern des Heyl. Reichs Stände/ so der alten Religion anhängig/Geistlich und Weltlich/bey ihrer Religion/Kirchen-Gebräuch/Ordnung und Ceremonien/ auch ihrer Haab und Güter/Liegend und Fahrend/Landen/ Leuten/Renten/Zinß/Gülten/Ober-und Gerechtigkeiten halber unbeschwert/und Sie derselben friedlich und ruhiglich gebrauchen und geniessen lassen sollen / so könten Ihre Königl. Majest. nicht ermessen/mit was Fug oder Billigkeit den Geistlichen der angeregte vorbehaltliche Anhang zu weigern sey/ dieweil er allein dahin gerichtet ist/daß Sie die Stifft/Prælaturen und beneficia , und derhalben ihnen zugehörige Obergrund/Gerechtigkeiten friedlich und ruhig gebrauchen/geniessen und erhalten mögen: Welches aber wo Sie sich dieses Artickels verzeihen und begeben müssen/nicht seyn könte.

Dann dadurch würde alsdann geschlossen werden wollen/wann ihr einer von seinen geistlichem Stande/und der alten Religion abtretten; daß er dennoch der Stifft Prælatur/beneficia und administration/die ihm/alß einem Geistlichen vorgebühret/itzo ungeachtet/ daß er sich derselben selbst entsetzet/ und unfähig gemacht hätte / nicht destoweniger geniessen und behalten soll mögen/und daß sich die andern Geistlichen gegen Ihm solcher seiner Abtrettung halben/ihrer habenden Obrigkeit und Gerechtigkeit gar nicht gebrauchen solten. Daraus auch erfolgen würde/daß Sie das jenige/so Sie unter/oder bey ihnen zugeniessen hätten / mit schlechten Fried und Ruhe gebrauchen möchten/welches den angezogenen Rechten/Reichs-Ordnung und Abschieden/ ja auch dem gleich folgenden Artickel/anhebend: Es sollen auch rc. gestracks zuwider/und zu Erhaltung des geliebten Friedens gar nicht förderlich wäre. Die-

weil

weil nun aber billich/daß die Stifft/Prælaturen und beneficia durch die regieret/ und verwaltet werden/ die der Stifftung und Stiffter willen dazu qualificiret seyn / und kan solchen Stifften/Prælaturen und beneficien auch nicht länger unterhalten und dabey geduldet werden/ denn so lange Sie dermassen qualificiret bleiben / und wo Sie davon abtreten und anders handlen/denn wie es die Stifftungen vermögen/ und das geistl. Recht von ihnen erfordert/ daß alsdenn den andern Geistlichen unbenommen sey/ sich ihrer gebührenden Obrigkeit und Gerechtigkeit/ sonderlich mit Außschliessung und Abschaffung gemelter Personen / auch mit rechtmässiger Versehung ihrer Stifft/Prælatur und beneficii halb zu gebrauchen/ denn einer solchen Person verbrechen/ Ihro selbst allein/ und nicht der von Ihr besessenen Stiffte/ Prælatur und beneficien zu Schaden und Nachtheil kähme.

Demnach achten Ihre Königl. Maj. gantz billich seyn/ daß zu Erhaltung der Geistlichen lang hergebrachten Ober- und Gerechtigkeiten/ umb Verhütung allerley Unfrieds und Weiterung/die sonsten in viel Wege daraus erfolgen möchten/ der obberührte Anhang/wie er begehret wordẽ/ in diesen gemeinen Frieden verleibet werdẽ/ soll anders dieser Friede den Geistlichen/auch zu Fried und Ruhe/ und nicht zu endlicher Verdrückung und Außreutung dirigiret und angerichtet werden.

VII. Post multam disputationem hoc reservatum seu præcipuum Clericorum Pontificiorum in recessum pacis religiosæ insertum est, hisce verbis: Und nach dem bey Vergleichung dieses Friedens Streit vorgefallen/ wo der Geistlichen einer oder mehr von der alten Religion abtreten würden/ wie es der von ihnen biß daselbst hin besessenen und eingehabten Ertzbistum/ Bißthum/ Prælaturen und beneficien halber gehalten werden soll/ welcher sich aber bey der Religion Stände nicht haben vergleichen können: Demnach haben wir in Krafft hochgedachter

Gerechtigkeiten ist eine von den grösten Haupt-Quellen / davon Mißtrauen und Widerwillen zwischen den Ständen und darauß folglich unsägliches Ubel im Röm. Reich hergeflossen: Solchem Ubel zu steuern / und damit Churfürsten und Stände in einträchtigen guten Verstand zubringen / ist von nöthen/ daß die mehr und offt angezogene Religions-Verträg / als über welche keine stärckere Banden menschlicher societät seyn können/ deßgleichen die Kays. Rechte und fundamental-Gesetz des Reichs fürs künfftig fest/ steth/ und unverbrüchlich / dem klaren Buchstaben nach observiret und gehalten / was darwider für Ertz-und Stiffter auch andere Prælatur und immediat-geistliche fundationes, und was denselben an geistl. und weltlicher dignität/ Land/ Leut/ Recht und Gerechtigkeiten / An-und Zugehörig / dem geistl. Stand quovis modo mit Gewalt oder in andere Wege / cum, vel sine assensu totius capituli, unius vel plurium Capitularium, vor und nach dem Passauischen Vertrag und Religion-Frieden entzogen / und den jetzigen Innhabern Augspurgischer Confession quittirt, verlassen / und dieselbe den geistl. Catholischen zu dem Ende abgetretten/ damit nach Inhalt des geistlichen Vorbehalts / die Ertz- und Stiffter mit Häuptern und Capitularen der Catholischen Religion Verwandten/ durch ordentliche Weg / den fundationen und den Gewonheiten der Ertz-und Stiffter gemäß/ ersetzet/ und in vorigen Catholischen Stand widrum gebracht / denen annoch Catholischen Theils innhabenden Ertz-und Stifftern/ und andern immediat-Klöstern und Prælaturen / aber von allen thätlichen und andern Eingriffen / sie seyen beschaffen / wie sie wollen / ruhig / inturbirt, sicher und frey gelassen / und dabey gehandhabt werden.

IX. Tan-

IX. Tandem compoſita eſt in nuperâ pacificatione & pragmaticâ Imperii ſanctione anno 1654. lis iſta, prout habetur art. V. §. 3. Si Catholicus Archiepiſcopus, Epiſcopus, Prælatus, aut Auguſtanæ confeſſioni addictus in Archiepiſcopum, Epiſcopum, Prælatum electus vel poſtulâtus, ſolus, aut unâ cum Capitularibus, ſeu ſingulis, ſeu univerſis, aut etiam alii Eccleſiaſtici religionem in poſterum mutarint, excidant illi ſtatim jure ſuo, honore tamen famaque illibatis, fructuſque & reditus citra moram & exceptionem cedant, capituloque aut cui id de jure competit, integrum ſit, aliam perſonam religioni ei, ad quam beneficium iſtud vigore hujus transactionis pertinet, addictam eligere aut poſtulare, relictis tamen Archi-Epiſcopo, Epiſcopo, Prælato &c. decedenti fructibus & reditibus interea perceptis & conſumtis. Si ergo Status ſeu Catholici, ſeu Auguſtanæ confeſſioni addicti Archiepiſcopatibus, Epiſcopatibus, beneficiis, aut præbendis ſuis immediatis à die primâ Januarii anni milleſimi, ſexcenteſimi vigeſimi quarti, judicialiter aut extrajudicialiter exciderint, aut quocunque modo turbati fuerint, vigore harum illicò, tàm in Eccleſiaſticis quàm politicis, omnibus novationibus abolitis reſtituantur, ita quidem, ut quæcunque bona eccleſiaſtica immediatâ, die primâ Januarii anni M DC XXIV. à catholico Præſule regebantur, Catholicum caput recipiant, & viciſſim, quæ dicto anno dieque Auguſtanæ Confeſſioni addicti poſſidebant, retineant etiam in poſterum, remiſſis tamen, quæ una pars contra alteram prætendere poſſet, perceptis interea fructibus, damnis & expenſis.

Quod attinet Truchſeſium, Archi-Epiſcopum Colonienſem ferunt hoc animo fuiſſe, ut reditus totius Epiſcopatus in familiam transferre, aut ſaltem dum viveret, unâ

cum uxore illos conjugii ſuavitatibus fruiturus poſſidere ſperarit. Itaque Agnetem Mansfeldiam perpetuæ virginitatis clauſtrali voto ream duxit. Secutus forſan Alberti Brandeburgici exemplum, qui primus Eccleſiaſticor. Principum Romanenſium religionem ejuraverat, Dorotheâ, Daniæ Regis filiâ matrimonio ſibi junctâ, Boruſſiamque, Magiſtri Teutonici Ordinis titulo hactenus poſſeſſam, Ducatus nomine in ditionem redegerat. Abiit res in exemplum, quod imitatus Gotardus Ketlerus ſine Legis Juliæ de maritandis ordinibus ſuffragio ſociam thalamo, familiæ verò ſuæ hactenus non niſi equeſtri, Principatum Curlandiæ & Semigalliæ inferebat.

DISSERTATIO XV.

De

PONTIFICIS ROMANI PARTIBUS CIRCA ELECTIONEM IMPERATORIS GERMANICI.

AD

Cap. Venerabilem 34. X. de Elect. & Elect. poteſt.

CAP. I.

In quo argumentum Epiſtolæ exhibetur ex ejus temporis hiſtoria: Tum epiſtola ipſa repræſentatur; deniq́ue œconomia ejus.

I.

PRæſens Epiſtola eſt Innocentii III. Pontificis, cui ante nomen, Johanni Lothario ex Comitibus Signię, Patria Anagnini, Campani, Cœleſtini ſucceſſoris. Scripta eſt ad Ducem quendam Zaringiæ. Vitiosè enim in exemplaribus cùm manu, tum prelo exaratis legitur: Caringiæ, Zerangiæ, Laringiæ. Propius verò, Saringiæ. Ita enim Z. noſtrum pronunciant exteri. Sed & Carinthiæ, ut quædam exemplaria, rectè habet, quod paulo infrà. Fuit autem Dux iſte Bertholdus hoc nomine IV. Familiam alii aliunde deducunt. *Lazius* à Comitibus Aventici, unde & Habspurgenſes

genſes

genses Comites, Austriæque Principes processere, deducit *lib.8 de migrat.gent.p.m* 395. Vide *Pistorium* familiam horum Ducum e monumentis collectam repræsentantem in *Chronico Constantiensi p.* 666. Jungesis *Gabrielem Bucellinum in Germania not.genealog.p.*55. Horum Ducum Bertholdus, quem tertium numerant, obtinuit ab Henrico III. Imperatore Ducatum Sueviæ loco dotis post obitum Ottonis de Svinfurt: sed filius Henricus IV. sororem cum Ducatu Rudolpho Comiti Rheinfeldensi tradidit. *Herman. Contr. ad ann.* 1057.1059.1060. factâ Bertholdo spe de Carinthiæ Ducatu. Quo cum penitus quoque excidisset, quod eum Imperator cuidam suo agnato attribuerat *Schafnab.p.m.* 164.*n.*30. *Ursperg. ann.* 1057. nil nisi titulum Ducis retinuit atque à castro Zaringen, quam in Brisgoja ædificavit, Dux Zaringiæ vocatus est. Sed filius ejus, ad quem hæc decretalis, meliori fortuna usus. Nam & valdè pecuniosus *Urspergensi* dicitur, & conditor urbis ac castri Brisacensis *Lazio*, qui indidem adducit versus hâc de re super portam Brisacensem, quos & *Nauclerus* affert.

II. Causa, & occasio, quâ Innocentius epistolam hanc ad ducem Zaringiæ scripsit, hæc fuit. Abierat ad plures Henricus VI. anno Christi 1197. sub finem Octobris die Michaëli Archangelo festo. *Godofr.Mon.* rerum gestarum gloria, devictis Apuliâ atque Calabriâ, Neapoli captâ, Siciliâ domatâ clarissimus, relicto filio FRIDERICO, designato quidem successore, sed immaturo tamen (4.enim annos natus erat) & ad capessenda reipublicæ gubernacula minus idoneo. Prævideratt hoc Henricus: filium igitur fratri Philippo, quem sui fecerat beneficii, donato post obitum Conradi Sueviæ Ducatu, ante obitum commendat, eique regnorum administrationem committit, nec multò post rebus humanis excessit.

III. Mortuo igitur Imperatore, Philippus à Tuscia, quem Ducatum Imperatoris beneficio possidere cœperat,

regres-

regressus in Alemanniam, id manibus, pedibusque agebat, ut Principes electionem Friderici ratam haberent, quod tabulis signatis Henrico patri jam ante promiserant. *Otto de S. Blas. Vrsperg. in Henric. VI.* & sacramenti fide, *Godofred. Monach. ad ann.* 1196. *Sigon. de Reg. Ital. l.* 15. *p. m.* 377. *n.* 30. *Aventin. l.* 7. *p.* 515. *H. Mutius lib.* 19. *p.* 164. *n.* 50. Conveniunt Ludovicus Dux Bavariæ, Bernhardus Dux Saxoniæ, Dietericus (*παράσημα Peuceri* est Albertum nominantis, qui jam mortuus erat vivo Henrico Imperatore, nempe 1195.) Marchio Misniæ, Episcopi Magdeburgensis & Saltzburgensis cum cæteris Baronibus & Episcopis per Thuringiam, Philippumque habito consilio defensorem imperii eligunt, quoad usque nepos ejus dudum tàm ab ipso, quàm à cæteris Principibus electus in Alemanniam (in Apulia & Calabria tum versabatur) veniret. *Otto de S. Blas. c.* 46. Deliberata hæc & tractata sunt Haganoæ, consilia gubernante Episcopo Argentinense, sed interrupit rem Innocentius III. Pontifex rescindens promissa Henrico facta, vetansque Principibus, ne Philippo imperium traderent. Moti igitur criminationibus Pontificis, Archiepiscopi Coloniensis & Trevirensis cum Henrico Palatino Rheni, & aliis Episcopis & Baronibus illarum regionum, non consensere in electionem, sed Andernaci convenientes Ducem Bertholdum de Zaringen, quòd esset pecuniosus, *Vrsperg.* quem & multis largitionibus id impetrasse refert *Mutius*, eligunt. Hic quia consiliarii ejus electionem hanc probare nolebant, deliberaturum se promisit reditusque sui certum diem constituit. Posteà diffisus sibi sponté destitit. Igitur Principes Philippi partium comitiis Mülhusii celebratis imperium Philippo deferunt. Pontifex, cui cùm Bertholdo non successerat, impellit Coloniensem Adolfum, ex familiâ Comitum Altenahensium & Palatinum Henricum Saxoniæ Ducem, Fratrem Ottonis, ut transferant imperium in Ottonem Henrici

Leonis

Leonis quondam Ducis Bavariæ & Saxoniæ filium. *Otto de S. Blaſ. d. c. 46. Vrſperg. in geſt. Phil. Arnold. Lubecenſ. lib 6. c. 1.* Anathemate Papæ Philippo perculſo. Quam electionem & coronationem Ottonis ab Adolpho Colonienſi Archiepiſcopo factam Legatus Pontificius Guido Epiſcopus Prænestinus approbat. Quare Principes, qui à partibus Philippi, ſuper facto legati Apoſtolici cum Pontifice per legatos expoſtulant. Literas Principum ad Pontificem ita exorſas fuiſſe, beneficio *Baronii* initium earum nobis communicantis, ſcimus. *Reverendo in Chriſto Patri, Domino Innocentio, ſanctæ Romanæ Ecclesiæ Pontifici, Germaniarum Principes & Magnates in Chriſto filii, Magdeburgenſis Archiepiſcopus, Trevirenſis Archiepiſcopus, Biſuntinæ ſedis Archiepiſcopus, Ratiſponenſis Epiſcopus, Friſingenſis Epiſcopus, Auguſtanus Epiſcopus, Conſtantienſis Epiſcopus, Eichſtetenſis Epiſcopus, Wormatienſis Epiſcopus, Spirenſis Epiſcopus, Brixinenſis Electus, Hildesheimenſis Epiſcopus, Imperialis aulæ Cancellarius, Abbas Fuldenſis, Abbas Hesvvoldenſis, Abbas de Tergente, Abbas Elvacenſis: item Rex Bohemiæ, Dux Saxoniæ, Dux Bavariæ, Dux Auſtriæ, Dux Moraviæ, Marchio de Raveſperg, alii Alemanniæ Nobiles: & infra: Magnitudini veſtræ duximus declarandum, quòd mortuo incluto noſtro Dn. Henrico, Romano Imperatore Auguſto, collecta multitudine Principum illuſtrem Dn. noſtrum Philippum in Imperatorem Romani Solii ritè & ſolenniter elegimus, &c.* Reliqua *Baronius* non addit *V. tom.* 10. *Ann.* 996. *n.* 60. Factum ergò legati ſui Pontifex decretali defendit. *Godofr. Monach.* Ducem Zaringiæ jam partibus Philippi adhærentem admonens, ut Ottonis partes deſerto Philippo ſequatur. Ipſam itaque epiſtolam nunc ad verbum, tum ut legitur in decretalibus à *Raymundo* compilatis, tum ut ab *Ant. Auguſtino* in antiquâ collectione III. *p.* 254. & inde à *Cujacio* emendata, à *Gevvoldo* Conſ. Bavarico tractatu de Septemvir. *p.* 66. inſerta, repræſentabimus ἐκ παραλλήλου

Editio

Innocentius III. Duci Caringiæ.

VEnerabilem fratrem nostrum Salesburgens. Archiepiscop. & dilectum filium Abbatem de Salen, & Nobilem Virum, Marchionem Orientalem, quorundã Principum nuncios ad sed. apost. destinatos benignè recepim⁹ & eis benevolam duximus audientiam indulgendam: Literas quidem, quas quidam per eos nobis Principes destinarunt, diligenter perlegi fecimus, & quæ in eis continebantur, notavimus universa. Inter cætera v. (quidam) Principes, hâc præcipuè objectione sunt usi, dicentes, quòd Apostolicæ sedis legat⁹ aut Electoris gessit, aut cognitoris personam. Si Electoris, in messem alienam miserat falcem suam: Et electioni se ingerens, Principum derogaverat dignitati: si cognitoris, absente altera partium videtur perperam processisse, cũ citata non fuerit, & ideò non

Innocentius III. Bertoldo Zaringiæ Duci.

VEnerabilem fratrem nostrum Salzburgensem Archiepiscopum & dilectum fratrem Abbatem de Salona, & Nobilem Virum Marchionem Orientalem quorundam Principum nuncios ad sedem Apostolicam destinatos benigne recepimus, & eis benevolam duximus audientiam indulgendam: Literas quoque, quas per eos quidam nobis Principes destinaverunt, diligenter perlegi fecimus & quæ continebantur in eis notavimus universa. Inter cætera verò, quæ dicti Principes per easdem nobis literas intimarunt, hac præcipuè objectione sunt usi, dicentes: quod Venerabilis frater noster Prænestinus Episcopus: Apostolicæ sedis legatus aut Electoris gessit, aut cognitoris personam. Si electoris, electioni se ingerens; in alienam messem miserit falcem suam, & Principum derogaverit dignitati. Si cognitoris, absente altera partium videtur

 debuit

debuit contumax judicari. Verum nos, qui ſecundum Apoſtolicæ ſervitutis officium ſumus ſingulis in juſtitia debitores, ſicut juſtitiam noſtrã nolumus ab aliis uſurpari, ſic jus Principum nolumus nobis vendicare. Unde illis Principibus jus & poteſtatem eligendi regem in Imperatorem poſtmodum promovendum recognoſcimus (ut debemus) ad quos de jure ac antiqua conſuetudine noſcitur pertinere, præſertim cùm ad eos jus & poteſtas hujusmodi ab Apoſtolica ſede pervenerit, quæ Romanum imperium in perſonam Magnifici Caroli à Græcis tranſtulit in Germanos. Sed & Principes recognoſcere debent, & utiq; recognoſcũt, ſicut iidem in noſtra recognovêre præſentiâ: quod jus & auctoritas examinandi perſonam electam in Regem & promovendam ad imperium ad nos ſpectat, qui eum inungimus, conſecramꝰ, & coronamus. Eſt enim regulariter & generaliter obſervatum, ut ad eum examinatio

perperam proceſſiſſe, cùm ea citata non fuerit, & ideò non debuit contumax judicari. Verum nos, qui ſecundum Apoſtolicum ſollicitudinis officium ſumus ſingulis in juſtitia debitores; juſtitiam noſtram nolumꝰ ab aliis uſurpari, ſic jus Principum nobis nolumus vendicare. Unde illis Principibus, jus & poteſtatem eligendi Regem in Imperatorem poſtmodùm promovendum recognoſcimus (ut debemus) ad quos de jure & antiqua conſuetudine noſcitur pertinere. Præſertim cùm ad eos Ius & poteſtas hujusmodi ab Apoſtolica ſede pervenerit, quæ Romanum Imperium in perſonam Magnifici Caroli à Græcis tranſtulit ad Germanos. Sed & Principes recognoſcere debent & utique recognoſcunt, ſicut iidem in noſtra recognovêre præſentia, quod jus & authoritas examinandi perſonam electam in Regẽ & promovendam ad Imperium, ad nos ſpectat, qui eum inungimus, conſecramus & coronamus. Eſt enim regulariter obſervatum, ut ad eum examinatio perſonæ pertineat, ad quem im-

perſo-

personæ pertineat, ad quem impositio man⁹ spectat. Nunquid enim si Principes non solùm in discordia, sed etiam in concordia sacrilegum quemcunque, vel excommunicatum in Regem, Tyrañum vel fatuum hæreticum eligerent, aut paganum: nos inungere, consecrare ac coronare hominem ejusmodi deberemus? absit omninò. Objectioni ergò Principum respondentes, adserimus, quòd Legatus noster approbando Regem & reprobando Ducem, nec Electoris gessit personam, utpote qui nec fecit aliquem eligi, nec elegit, nec cognitoris, cùm neutrius electionem, quoad factum eligentium confirmandam duxerit, aut etiam infirmādam. Exercuit autem denunciatoris officium, quia personam Ducis ejusdem indignam & personam Regis denunciavit idoneam, quoad Imperium obtinendum nō tam propter studia eligentium, quàm propter merita electorum, quamvis plures ex illis, qui eligendi

positiò manus spectat. Numquid enim si Principes non solùm in discordia sed etiã in concordia sacrileg. quemcunq; vel excommunicatum, Tyrannum vel fatuum hæreticum in Regem eligerent, aut paganum nos inungere, consecrare ac coronare hominem hujusmodi deberemus? Absit omninò. Objectioni ergò Principum respondentes, asserimus, quòd Legatus noster Episcopus Prænestinus approbando Karissimum in Christo filium nostrum Regem Ottonem & reprobando Philippum Ducem Sueviæ, nec Electoris gessit personam, juxta quod nobis per literas suas quidam Principum opponebant: utpote qui nec fecit aliquem eligi, non elegit: & sic electioni se nequaquam ingessit: nec cognitoris personam exhibuit, cum neutrius electionem, quoad factum eligentium) confirmandam duxerit, aut etiam infirmandam. Et sic jus sibi Principum nullatenus usurpavit, aut venit contra illud. Exercuit autem denunciatoris officium, quia personam Ducis ejusdem denunciavit non

Regem in Imperatorem promovendum de jure ac de cõsuetudine obtinent potestatẽ, consensisse perhibeantur in ipsum Regem, & ex eo quod fautores Ducis, absentibus aliis & contemptis, ipsum eligere præsumpserunt, pateat eos perperam processisse, cum electione plus contemptus unius, quàm contradictio multorum obsistat: Unde privilegium meruerunt amittere, qui permissa sibi abusi sunt potestate. Videri non immeritò potest, quod injuria hujusmodi non obstante cæteri uti poterant jure suo. Et quoniam Dux prædictus, nec ubi debuit, nec à quo debuit, coronam & unctionem accepit, memorat⁹ verò Rex & ubi debuit, videlicet Aquisgrani: & à quo debuit, sc. à venerabili fratre nostro Coloniens. Archiepiscopo utrumque recepit. Nos utique non Ducem, sed reliquum reputamus & nominamus regem justitiâ exigente. In reprobatione verò præfati Philippi Ducis Sueviæ & propter ma-

idoneam quoad imperium obtinendum, non tam propter studia eligentium, quàm propter merita Electorum. Quamvis plures ex illis, qui eliẽgdi Regem in Imperatorem promovendum de jure ac consuetudine obtinent potestatem, consensisse perhibeantur in ipsum Regem Ottonem: & ex quo fautores Philippi, absentibus aliis, & contemptis, ipsum eligere præsumpserunt, pateat eos perperam processisse. Cùm explorati sit juris, quòd Electioni plus contemtus unius quàm contradictio multorum obsistat. Vnde privilegium meruerunt amittere, qui permissa sibi abusi sunt potestate, videri non immeritò potest, quod hujusmodi injuria non obstante, cateri uti poterant suo jure. Et quoniam dux prædictus, nec ubi debuit, nec à quo coronam & unctionem accepit, memoratus verò Rex & ubi debuit, videlicet Aquisgrani: & à quo debuit, sc. à venerabili fratre nostro Coloniensi Episcopo recepit utrumque. Nos ergò non Philippum, sed Ottonem reputamus & nominamus Regem justitia exigen-

nifesta

nifesta impedimenta personæ, non accusatione sed condemnatione potius fuit opus, quia non accusatione, sed damnatione indigent manifesta. Quod autem cum in Electione vota Principum dividuntur post admonitionem & expectationem alteri partium favere possumus, maximè, postquàm à nobis unctio, consecratio & coronatio postulantur, jure patet pariter & exemplo. Numquid enim si Principes admoniti & expectati vel non potuerunt vel noluerunt in unum propositum convenire, sedes Apostolica advocato & defensore carebit: eorumque culpa ipsi redundabit in pœnam? Sciut autem Principes, quòd cùm Lothar. & Conr. in discordia fuissent electi, R. Pont. Loth. coronavit, & obtinuit coronatus, eodē Conrado tum demum ad ejus gratiam redeunte. Eos igitur duxim⁹ commonendos, ut à prefato Duce justo quidem à nobis judicio reprobato recedant: & præfato Regi non abnuant adhæ-

te. In reprobatione verò præfati Philippi Ducis Sueviæ, propter manifesta impedimenta personæ, non accusatione, sed condemnatione indigent manifestâ. Quod autem cùm in electione vota Principum dividuntur, post admonitionem & expectationem, alteri partium favere possumus, maximè postquam à nobis unctio, consecratio & coronatio postulantur, sicut utraq; pars à nobis multoties postulavit, ex jure patet pariter & exemplo. Numquid enim, si Principes admoniti & expectati vel non potuerint vel noluerint convenire, Apostolica sedes advocato & defensore carebit? eorumq; culpa ipsi redundabit in pœnam? sicut autem Principes & tua nobilitas non ignorat, quòd cùm Lotharius & Conradus in discordia fuissent electi, Romanus Pontifex Lotharium coronavit, & Imperium obtinuit coronatus, eod. Conrado tum demum ad ejus gratiam redeunte. Nos ergo per nuncios Principum memoratos eos duximus commonendos, ut sicut nos à juris ipsorum cessamus inre-

 rere:

rere: nisi tum demum contra personam vel factum legitimum, quid ab eis objectum fuerit & ostensum: Sunt enim notoria impedimenta Ducis, scil. excommunicatio publica, perjurium manifestum & persecutio divulgata, quam progenitores ejus & ipse præsumpserunt in Apostolicam sedem, & alias Ecclesias exercere. Fuit quoque à præd. nost. excommunicationis vinculo innodatus, quod postmodum recognovit, tum per nuncium suum absolutionis beneficium postulavit: unde patet, quod ipse fuit excommunicatus electus. Et videtur non immeritò, quod adhuc sit ex ead. excommunicationis sententia innodatus, cum prædictus Episcopus cum sua auctoritate non posset absolvere, auct. verò nostræ delegationis, nec posset plus nec aliter liceret hoc ipsi, quàm ei fuerat ab Apostolica sede concessum, ex eo etiam excommunicationis sententiæ subjacere creditur manifestè: quod cum perfid⁹ Mo-

juria, sic ipsi contra in jus nostrũ se nequaquam injuriosos ostendant: sed à præfato Duce, justo quidem à nobis judicio reprobato, recedant, & præfato Regi Ottoni non abnuant adhærere; nisi tum demum, cùm contra personam ejus vel factum, legitimum aliquid objectum fuerit & ostensum. Sunt enim notoria impedimenta Ducis Sueviæ scil. excommunicatio publica, perjurium manifestum & persecutio divulgata, quam progenitores ejus & ipse præsumpserunt in Apostolicam sedem & alias Ecclesias exercere. Fuit enim à bonæ memoriæ Celestino Papa, prædecessore nostro, propter invasionem & devastationem patrimonii beati Petri, commonitione sæpius præmissa, publicè & solenniter vinculo excommunicationis innodatus, cùm in Tuscia moraretur, quod ipse postmodum recognovit, tum per nuncium suum ab ipso prædecessore nostro absolutionis beneficium postulavit: & postmodum à Sutrino Episcopo, quem tunc cum Abbate sancti Anastasii pro liberatione venerabilis fratris

renal-

renaldus (al. Marcoandus) Dei & Ecclesiæ inimicus cum universis fautorib⁹, tam Teuthonicis quàm Latinis excomunicationis vulgatæ vinculis, suæ iniquitatis meritis sit astrictus, sicut etiam illi per literas nostras directas per P. judicem Placentinum ipsius Philippi nuncium intimasse meminimus, quos ad ipsius Philippi audientiam credimus pervenisse. Ipse nihilominus, quamvis id non tantùm ex relatione ipsius judicis, sed etiam per publicam famam ad notitiam devenerit, eidem excommunicato non solùm communicat, sed eum in malitia sua vovet, & per nuncios & per literas suas exercuit vel exacuit furorem ipsius, ut Clariss. in Christo filio F. Siciliæ Regem illustrem nepotem suum, quem jam privavit hæreditate paterna, adhuc privet possessione materna.

nostri Salisnitan. Archiepiscopi nos in Teutoniam miseramus, contra formam mandati nostri de facto solummodo, quia de jure non potuit, post suam electionem apud VVormatiam occultè se fecit absolvi. Vnde patet, quòd excommunicatus electus: & videtur non immeritò, quod adhuc sit ex eadem causa excommunicationis sententiæ innodatus, cùm prædictus Episcopus eum authoritate sua non posset absolvere, authoritate verò nostræ delegationis nec plus nec aliter liceret hoc ipsi, quàm quod ei fuerat ab Apostolica sede concessum. Ex eo etiam excommunicationis sententiæ subjacere creditur manifestè, quod cum perfidus Marcoaldus Dei & Ecclesiæ inimicus cum Vniversis fautoribus tam Teutonicis quàm Latinis excommunicationis vulgatæ vinculis suæ iniquitatis meritis sit adstrictus (sicut jam vobis per literas nostras, directas per P. judicem Placentinum ipsius Philippi nuncium imitasse meminimus, quas ad ipsius Philippi audientiam credimus pervenisse) nihilominus, quam-

Idem

Idem etiam contra proprium juramentum, super quo nec consilium à sede Apost. requisivit, ambitionis vitio, regnum sibi usurpare presumpsit, cùm super illo juramento prius Romana Ecclesia consuli debuisset. Nec valet ad plenam excusationem ipsius, si juramentum illud dicatur illicitum, cùm nihilominus super eo nos pri⁹ consulere debuisset, quàm contra ipsum propria temeritate venire: præsertim illo exemplo, quod cùm Gabaonitæ à filiis Israel per fraudem subripuerint juramenta: ipsi tamen cognita fraude, contra illud ve-

vis id non tantùm ex relatione ipsius sed etiam per publicam famam ad notitiam ejus devenerit, eidem excommunicat, sed eum in malitia sua fovet, & per nuncios & literas suas exacuit furorem ipsius, ut Charissimum in Christo filium nostrum, Fridericum Regem Siciliæ, Illustrem nepotem ejus, quem jam hæreditate paterna privavit, adhuc privet possessione materna.

Idem etiam contra proprium juramentum, super quo nec consilium à sede Apostolica requisivit, ambitionis vitio regnum sibi usurpare præsumpsit, non alium causâ necessitatis in Regem eligere, quod utiq; tolerabilius videretur, cùm super illo juramento Sedes Apostolica prius consuli debuisset, sicut & eam quidam consuluère prudenter, ap. quam ex institutione dominica plenitudo residet potestatis: Nec valet ad plenam excusationem ipsius, si juramentum illud dicatur illicitum cùm nihilominus super eo nos prius consulere debuisset, quam contra ipsum propria temeritate venire

nire

nire temere noluerunt. Utrum verò dictum juramentum sit licitum vel illicitum, & ideò servandum; an non servandum extiterit, nemo sanę mentis ignorat ad nostrum judicium pertinere. Quòd autem Philippus de genere persecutorum existat, Principes non credimus dubitare, cum Henric⁹ qui primus imperium de genere ipsius hoc accipit bo. me. Paschalem pp. p. nostrum cum Episcopis & Cardinalibus & multis nobilibus Romanorum præsumpserit captivare. Fredericus autem pater ipsius Philippi contra fel. recordationis Alexandrum Papam p. n. longo tempore schisma fovit. Henric⁹ frater ipsius Philippi, qualiter se habuit circa interfectores sanctæ memoriæ A. Lodien. (Longon) Episcopi quem ipse prius coëgerat exulare, ac Corradum qui Hostiensem Episcopum ceperat, satis nostis. Quin etiam qualiter Ven. F. n. Auximianum Episcopum alapis cædi fecerit & pilos de barba ejus avelli,

re illo præsertim exemplo: quod cùm Gabaonitæ à filiis Israel per fraudem surripuerint juramentum, ipsi tamen cognita fraude, noluerunt contra illud suâ temeritate venire. Vtrum verò dictum juramentum licitum sit an illicitum & ideò servandum aut non servandum extiterit, nemo sanæ mentis ignorat ad nostrum judicium pertinere. Quod autem Philippus de genere persecutorum existat, Principes non credimus dubitare: Cum Henricus, qui primus imperium hoc de genere accepit, Paschalem Papam prædecessorem nostrum, cum Episcopis & Cardinalibus multis Romanorum præsumpserit captivare. Fridericus verò pater ipsius Philippi contra felicis recordationis A. Papam, prædecessorem nostrum, longo tempore schisma fovit: Henricus frater ipsius Philippi qualiter se habuerit circa interfectores sanctæ memoriæ A Leodiensis Episcopi, quem ipse prius coëgerat exulare, ac Corradum, qui Hostiensem Episcopum cæperat, satis nostis, qui & qualiter venerabilem fratrem nostrum Auxi-

 & tra-

& tractari eum in pluribus inhonestè, qualiter & quosdam familiares Ecclesiæ naso fecerit mutilari. Qualiter quoque prædictum Salernitanum Archiepiscopum captivari, & quosdam viros Ecclesiasticos flammis torreri fecerit, quosdam verò viros in mari submergi, ad tuam & aliorum principum credimus audientiam pervenisse. Insuper si prædictus Dux imperium obtineret, libertas Principum in electione periret, & imperium obtinendi de cętero cęteris fiducia tolleretur, nam si prout olim frater dicti Ducis patri eorum, sic Dux ipse fratri suo succederet, videretur imperium non ex electione, sed ex successione deberi, & in præjudicium Principum redundaret, si non nisi de domo Ducis prædicti videretur aliquis ad imperium adsumẽdus. Cùm ergò nos flecti à proposito nostro nulla penitus occasione possumus, sed in eo potius firmissimè persistamus, & tu nobis sæpè per literas tuas duxeris suggeren-

mianum Episcopum alapis cedi fecerit, & pilos de barba ejus avelli, & tractari eum in pluribus inhonestè, qualiter quoq; quosdam familiares Ecclesiæ Romanæ naso fecerit mutilari, qualiter prædictum S. Archiepiscopum captivaverit, & quosdam viros Ecclesiasticos flammis torreri fecerit, quosdam verò viros in mare submergi ad tuam & aliorum Principum credimus audientiam pervenisse. Insuper si prædictus Dux (quod absit) Imperium obtineret, libertas Principum in electione periret, imperium obtinendi de cætero cæteris fiducia tolleretur. Nam si prout olim Fridericus Corrado, vel Henricus postmodum Friderico, sic nunc Fridericus Philippo, vel Philippus Henrico succederet: videretur Imperium non ex electione, sed ex successione deberi. Præterea cùm multi Principum ex imperio æq; sint nobiles & potentes, in eorum præjudicium redundaret, si non nisi de domo ducum Sueviæ videretur aliquis ad imperium adsumendus. Cùm ergò nos flecti à nostro proposito nulla penitus

dum,

dum, ut eidem Duci nullaten⁹ faveremus. Nobilitatem ergò tuam monentes per Apostolica scripta mandamus; quatenus à præfato Duce recedas omninò, non obstante juramento, si quod ei ratione regni fecisti, cum (eo quantum ad obtinendum imperium reprobato) juramentum hujusmodi non debeat observari.

occasione possimus, sed in eo potius firmissimè persistamus & tu nobis sæpè per literas tuas duxeris suggerendum, ut eidem Duci nullatenus faveremus: Nobilitatem tuam admonemus & exhortamur in Domino, & per Apostolica scripta mandamus, quatenus, sicut de gratia nostra confidis & nos de tua devotione speramus, de cætero à præfato Duce Philippo recedas omninò, non obstante juramento, si quod ei ratione regni fecisti, cum (eo quantum ad obtinendum Imperium reprobato) juramentum hujusmodi non debeat observari: Prædicto verò regi Ottoni, quem nos (concedente Domino) ad coronam Imperii disponimus evocare, patenter adhæreas, & potenter: ut cum ei ad commonitionem nostrā adhæseris, inter primos gratiam & benevolentiam ejus obtinere præcipuè merearis, ad quod pro tuæ nobilitatis honore operam dabimus efficacem.

Hæc est famosa illa decretalis, de qua priusquam amplius videamus, addendum duximus judicium Abbatis Urspergensis: Exstat, *inquit*, adhuc epistola præfati Innocentii, directa ad Bartoldum Ducem Zaringiæ, in quâ contra Philip-

pum multa absurda, & quædam falsa inseruntur, quam fecit interseri in compilatione decretalium suarum, quas Magister Petrus Beneventanus, Subdiaconus ipsius, postmodum in uno volumine compegit. Tunc cepit Papa frivolis insistere objectionibus & exceptionibus, quatenus ipsum impediret, sententiam objiciens ei excommunicationis, &c. Non autem ad solum Zaringiæ Ducem ad hanc formam scripsit: sed ad plures alios, & nominatim, ad Philippum Galliæ, Johannem Angliæ Reges, Electum, & Capitulum Hildeshemense, Patriarcham Aquileiensem, Archiepiscopos Trevirensem, Bremensem, Saltzburgensem, Magdeburgensem, Coloniensem, Cantuariensem, Albertum Comitem de Taisburg, Comitem de Vianâ, Guarnerum de Bolland, Godefridum de Appelstein, & alios quàm plurimos Barones, ut videre est *lib. 3. Epistol. Inno. epist.* 33. *usq. ad* 57.

V. Cæterum œconomia totius epistolæ hæc esse videtur. Primò pertinet ad genus causarum, quod Rhetores judiciale appellant. Continet enim intentionem Principum, & depulsionem Pontificis. In quo causarum genere, cum quatuor status species numerent artifices, horum ille in hac epistola locum habet, quem qualitatis appellant, tamque absolutus, quàm assumtivus. Epistola tribus partibus constat exordio, causæ status tractatione & conclusione.

Exordium præparat Ducis Bertoldi animum ad benivolam audientiam, exponendo comitatem Pontificis, quam exhibuit, benignè Principum nuncios recipiendo, benivolè audiendo, literas diligenter perlegendo, & contenta notando. Definit ergò exordium in verbis; *notavimus universa.*

Status causæ tractatur primò intentionem Principum repetendo, qui à Philippi partibus stabant, Intentio: Legatus Pontificis nullo jure se immiscuit electioni Regis R.

Deinde

Deinde depulſione Pontificis. Sumitur illa in hac epiſtola tum ex ſtatu abſoluto, tum aſſumtivo. Ille ſtatus continet partim confirmationem: Imò jure egit Legatus, quia jus & auctoritas examinandi perſonam electam pertinet ad Pontificem. Probatur: Quia Pontifex Regem inungit, conſecrat, coronat. Quæ ratio confirmatur ab abſurdo, verſ. *numquid enim ſi &c.* Partim confutationem intentionis, verſ. *objectioni &c.*

Status aſſumtivus tribus partibus abſolvitur. Prima Græcis magiſtris ἀντίςασις, ubi factum noſtrum præfertur adverſarii facto. Ait ergò Pontifex, rectè rejectum Philippum, quia Otto plura habuit ſuffragia, quia Philippi electio ipſo jure nulla, præteritis & contemtis iis, qui jus elegendi habebant; quia Philippus non ubi debuit, nec à quo debuit, coronam & unctionem accepit.

Altera pars Græcis κατέγκλημα, cum in adverſarium ipſum confertur culpa, tractatur verſ. *ſunt enim notoria, &c.* Nec omittit Pontifex tertiam ſpeciem, μετάςασιν, ubi excuſatur factum, & ſatius fuiſſe oſtenditur, hoc factum fuiſſe, quod proponitur verſ. *inſuper ſi prædictus &c.* Quibus ſubjicitur concluſio, Zaringiæ Ducem animans ut ſequatur Ottonianam factionem.

CAP. II.

Quod proponit exegeſin Exordii.

ERgò, ut Pontifex nihil præter officium egiſſe videretur, in exordiô facilitatem in adeundo ſuam, quam Calliſtratus *lib. 1. de cognitionibus in l. 19. de off. Præſ.* Præſidibus commendat, & audientiæ patientiam, quam Imperator Proconſulib⁹ ap. Ulpianum *lib. 1. de off. Proconſulis, in l. 9. §. 2. de off. Proconſ. & Leg.* Bertoldo Duci prædicat, oſtendens, ſe quorundam Principum nuncios benignè recepiſſe. Eosq; nominat,

 ſcilicet

ſcilicet *Archiepiſcopum Saltzburgenſem.* Erat is hôc tempore Adalbertus, Ladislai, Regis Bohemiæ Filius, circa hoc tempus ſedi ſuæ, ex quâ hactenus fuerat expulſus, intruſô Conradô, Comite de Witelsbach, reſtitut⁹. Siquidem legatio Principum ad Pontificem anno 1199. facta. Habet hæc de Conradô Chronicon Moguntin. *tom.* 1. *Vrtiſii. p.* 573. ubi perperam in margine notatur, hunc Conradum rectius Sabinenſem, quàm Saltzburgenſem dici. Vide *Aventinum lib.* 6. *p. m.* 515. *Hund. Metrop. Salisb. p.* 10. *n.* 32. *Reineſium Virum & de tota antiquitate, & de me optimè meritum, Variar. lib.* 2. *p.* 263. Appellat hunc Pontifex *fratrem* ſuum *venerabilem.* Fratrum appellatio in primitivâ Eccleſiâ communis Chriſtianorum inter ſe fuit, & fraternitas ipſe Chriſtianorum cætus dictus. *Hieron. adv. Helv. tom.* 2. *c.* 8. *Omnes Chriſtiani fratres vocamur. Baſilius M.* homiliâ *in Lacizis*, πάντες συγγενεῖς, πάντες ἀδελφοί. *Auguſt. de diſc. Chriſt. c.* 1. *Athenag. apolog. pro Chriſt. p.* 41. *Tertull. apol. c.* 39. *Minut. Felix. octav. pag. m.* 36. Cujus nomenclaturæ, quod Gentilibus infamis, apologiam dant, quos dixi, *Tertul. Athenag. Minutius, Iuſtinus ad Anton. Pium.* Erant enim hæc nomina Gentilibus inter laſciva, ut vel ex *Petroniô* & *Martialis* illô:

Fratrem te vocat, & ſoror vocatur,
Cur vos nomina nequiora tangunt?

liquet. Vide Wouvverum *ad Minutium.* Cæterùm hodiè Pontifex Romanus ſolos Archiepiſcopos ita compellat. Addit, *Venerabilem.* Quem morem titulis ſeſe ſalutandi cæpiſſe à temporibus Conſtantini Magni, ait Pancirollus *theſ. var. lect.* 1. *c.* 1. quod *Bernardinus Ferrarius lib.* 3. *de Epiſt. Eccl. genere c.* 1. iisdem penè verbis affirmat. Inprimis titulus, Venerabilis, Epiſcopis inter ipſos erat communis. Etiam Romano, antequam audire cœpiſſet, Summus Pontifex, Epiſcopus Univerſalis, ſummus Sacerdos, Pontifex maximus. Nam inde Epiſcopis reliquis venerabilium proprius honor manſit. *Ferrar. de Eccl. epiſt. lib.* 3. *c.* 1.

II. Alter

II. Alter ex nunciis fuit *Abbas*: Cujas ille? Vulgò legitur de *Salonâ*, *Solonia*. Est hujus nominis urbs in Provinciâ inter Avenionem Cavarum & Massiliam. Est & Dalmatiæ alia, Stephano etiam notata, capta ab Asinio Pollione, unde filius ejus Saloninus. Sed nihil ad hanc rem gestam illæ. Quid enim Dalmaciæ cum Philippo? Cur Abbas hujus, quàm Pontificis potius sequuturus fuisset partes? Quâ gratiâ vel autoritate Abbas Dalmaticus potuisset apud Proceres Germaniæ? Et quis Abbatiam Salonæ ullam fuisse præstabit? In editione à Raymundo curatâ Decretalium Gregorii XIII. legitur de Salen. Sed Schardius, Salomona, habet. Salmone est promontorium Cretæ, hodie Salamone, vel Cabo Salamo. Quarum lectionum est neutra vera, veræ tamen proximæ sunt, & ad veram ducunt. Certum est, Abbatem, fuisse unum ex Germaniâ, & verisimile, ex Alemanniâ seu Sueviâ, qui Philippi partes sequeretur. Non igitur dubium, quin fuerit Abbas Cœnobii Salem, quod suadet Raymundana lectio, aliàs Salomonis villa, vulgò Salmons Weyler / in superiore Alemanniâ, Constantiensis Diœceseos, ad lacum Botamicum: Is erat tum temporis Eberhardus de Rhordorff. *Gab. Bucell. d.l.* quem Pontifex *dilectum* suum *filium* nuncupat. Hoc enim ex stylo Curiæ est indigitamentum Abbatum & Abbatissarum, ut ex infinitis ferè locis epistolarum pontificalium videre est. Honorius III. Episcopo Briocensi, Sainct Brieu, in compilatione *V. lib.* 1. *tit.* 16. ita: *Dilectus filius Abbas Monasterii Rothonensis.* Item *cap. XII. Extra de Maj. & ob.* Idem Honorius Abbati S. Michaëlis Halberstadensis (ita enim corrigendum, pro, *Abradensis*) diœcesis. *Dilecta filia in Christo Abbatissa* de *Bubringen*, ut vulgò, sed perperam ibi scribitur. Vera lectio est, de Quedlinburgen, ut habetur in compilatione V. In eâdem compilatione *tit.* 14. *cap.* 3. *Dilecti filii Abbas & conventus Monasterii* &c. & *lib.* 3. *tit.* 8. *c.* 2. *Dilecto filio, Ruffo Abbate S. Mariæ de*

ria de

ria de Carzâ. Mendum igitur eſt Gevoldianæ & Schardianæ lectionis, qui dilectum Fratrem præterunt, quô nomine Pontifex Abbates non dignatur. Satisque præclarè cum his agit Pontifex, quibus honorem Filiorum defert, communem cum Potentiſſimis ſecularibus Principibus. Sic Innocentius X. in Bullâ ſuâ, quâ pacem Germaniæ abrogare annifus eſt, Imperatorem & Regem Franciæ filios ſuos vocat chariſſimos. Idem & Alexander VII. ſucceſſor in literis ſuis circularibus fecit. Res notiſſima.

III. Poſtremus nunciorum ex ordine ſecularium fuit *Marchio* quidam orientalis, quem Pontifex *Nobilem virum*, Schardii editio Notabilem, errore forſan Typographorum, uſurpat. Nobilis, florente Romanâ re ille dicebatur, qui Magiſtratum curulem geſſerat. Huic enim jus imaginum (quas Poëtæ ceras appellant, quia nil aliud erant, quàm capita pectore tenus è cerâ effigiatâ) competebat. Hinc Suetonius, oſtenſurus Veſpaſiani Majores nullos Magiſtratus curules geſſiſſe, vocat gentem obſcuram, & nullis imaginibus claram: eoq; nobiliores illi cenſebantur, quorum atria pluribus imaginibus ornata erant. In funere potiſſimum pompa illa ſpectabatur: Præferebantur enim tùm imagines illæ, qui honor & mulieribus habitus, ſi modò Majores earum curulem aliquem Magiſtratum geſſiſſent. Sub Imperatoribus nomen etiam clariſſimum fuit. Sic in *l. 3. ff. de Natal. reſt.* ſanctiſſimus & Nobiliſſimus Imperator vocatur. In *l. 11 C. de Transact.* Majeſtatis deſignatus heres Valerianus, Nobilis Cæſar vocatur. Poſt Conſtantinum inclinante Imperiô, cum pueri, imò infantes Coſſ. proclamarentur, contra inſtituta Majorum, Nobiliſſimi pueri dicti ſunt. Multa ejus rei exempla. Quædam afferemus. Gratianus Conſul collega Dagælapho, cùm annorum eſſet quaſi ſeptem NB. P. Nobiliſſimus puer dicitur, in *C. Theod. l. 6. ad SCt. Claud. l. 9. de div. offic. & apparit. l. 9. de accuſ.*

& in-

& inscript. Valentinianus annos natus tres Cos. cum S. Aurelio Victore NB. P. Nobilissimus puer dicitur, *l. 7. C. Theod. de Med. & Profess. l. 2. de centonar. & dendroph. l. 6. de legat. & decret. legat.* Vide *Reinesium, variar. lect. lib. 2. c. 15.* Quin etiam Principum filiæ & sorores hôc titulô gaudebant, *l. fin. C. de Inst. condend.* Imò ipsæ Augustæ ita indigitabantur. Videatur *Ianus Meursius* in Glossar. Græcobarbar. in Νωβελίσιμ@, & *Iacobus Gutherius* de officiis Dom. Augustæ. p. 18.

IV. Cæterum, Marchionis vox, ut notum est, à marca vel marcha, id est finibus Imperii dicitur. Quæ vox cùm prius limen, termini signum vel notam significaret, latius posteà extensa fuit, ad significandam totam aliquam provinciam, quâ Imperium terminaretur. Inde Marchio, ceu præses limitaneus erat, qui assiduè ad Imperii limites excubabat in armis, populisque, quos armis defendebat, adversus vicinos hostes jura dabat. His præfectis limitaneos Romanorum quidam comparant, de quibus in *l. viros spectabiles, 8. C. de divers. off. lib. 12.* Certè fuere similes Ducibus limitaneis Romanorum, de quibus præclarè *Lazius de Rep. R. lib. 2. c. 9.* Græcis λιμιτάρχαι. Confer. *Voss. de vit. serm. lib. 2. pag. 242. Lindebrogii* glossarium, *Besold.* thes. pract. in Marggraff. *Spangenberg.* Adelspiegel. lib. 10. c. 19. *Ioach. Vadian.* antiq. p. m. 91.

V. Sed quis Marchio ipse orientalis? Quod genus? Unde domo? Equidem, qui notas Godofredo, Monacho S. Pantaleonis addidit, nî fallor, Frehærus, Marchiones Orientales, quorum meminit Godofredus ibi eâdem hac historiâ, exponit, Austriæ. Et satis notum est, Austriam olim Marchiam orientalem fuisse, quòd limes esset regni orientalis, partis illius alterius scilicet, in quas Regnum Francorum tum erat divisum. Sed quo minus intelligi possit Austriæ Princeps, facit, quod is jamdudum Marchionis titulum cum dignitate Ducis commutaverat, tempore scilicet Friderici primi, ut tra-

dit *Otto Frisingensis de gest Frid. lib. 2. c. 32.* Alia ergò, nec multum fortè, quærenda Marchia orientalis. Ita certè hoc tempore Lusatia inferior dicebatur, ut docet P. *Albinus, Chronico Misnico, c. 15 p. 188.* auctoritate cum veterum documentorum, tum *Conradi Lauterbergii.* Vide Chronicon Montis Seren. p. 14. Et ita disertè eum Urspergensis Marchionem Mœsiæ, id est, Misniæ nuncupat. Ergò fuit hîc Marchio Dietericus, Alberti, quem *Peucerus* nominat, frater, Ottonis divitis filius. Vide *Fabricium orig. Saxon. lib. 5. p. m. 562.* Ille ipse, qui Lipsiam, suæ ditionis urbem res novas tum molientem, muris nudavit, tribus arcibus, seu munimentis compescuit, privilegia ademit. Vide *Peifer.* in Lips. armatâ MSt.

CAP. III.

De causæ ipsius tractatione.

I.

ἌΝευ προοιμίου olim in Areopago, καὶ ἐπιλόγου καὶ παθῶν jubebantur dicere: *Pollux Onomast. lib. 8. c. 10.* Non sic Innocentius noster: Captavit jam benivolentiam eò, quod Principum Legatos benignè se recepisse, eos audiisse, literas Principum perlegisse scripsit: Jam accessum facit ad ipsum rei caput, intentionem scilicet Principum repetendo, & ad eam respondendo. Contendebant Principes, Legato Pontificis (quem supra diximus Guidonem fuisse, Episcopum Prænestinum. Unum scilicet ex illis, qui Lateranensi Ecclesiæ sunt assignati numero septem, qui statis diebus singuli coram Pontifice celebranti assisterent, atque ea propter Episcopi Cardinales appellantur. Sunt autem hi Episcopus Ostiensis, Portuensis, SS. Ruffinæ & secundæ, aliâs sylvæ candidæ; Sabinus; Prænestinus, Tusculanus; Albanus,) nullas fuisse in causâ electionis partes, Si quæ enim sint, vel fuisse possint, aut

Electo-

Electoris aut cognitoris fuisse. Sed fuisse neutras. Non Electoris. Hoc enim officium spectare ad Principes, non ad Pontificem, nisi falcem in alienam messem mittere velit. Neo fieri id posse, quin dignitati Principum derogetur. Falcem in alienam mittere prohibere debebat Pontificem ejusq; legatum can.1.*caus*.6.*q*.3. itemq; *cap. nullus*. 3. *X. de paroch.*

II. Sed fortè cognitori ei esse jus fuit. Negant Principes & hoc. *Cognitoris*, id est, judicis, in approbando Ottonem & rejiciendo Philippum. Eodem sensu vox cognitoris est apud *Symmachum* 2. 10. *sed intelligere cessurum sibi aliquid ad promerendum studium cognitoris, si meis literis fulciatur*: lib. 6. ep. 22. *impetratum quippe est ab altero cognitore, ne impune sit quod designavit apparitor*: lib. 9. ep. 31. *& cum ornares ante tribunalia defensor post cognitor jurgiorum talis advocationis errori plerumq; restitisti.* Exstat etiam in *l* 5. *C. Theod. aa L. Iul. repet.* Aliquando tamen & cognitor est defensor, qui causam rei præsentis suscipit & tuetur ut suam. *Ascon. Pædian in Verr.* Qui defendit autem in judicio, aut patronus dicitur, si Orator est, aut advocatus, si aut jus suggerit, aut præsentiam commodat amico, aut procurator, si negocium (*Hotomannus* deesse hic ait verbum absentis) suscipit, aut cognitor si in præsentis causam venit, & sic tuetur ut suam; unde cognitorem dicit *Cicero* familiarissimum defensorem. Idem alio loco: hoc genus defensoris in jure cognitor dicitur, maximè cum de alicujus statu quæritur. Exemplo declarat *Donatus in Terentium, Eunuch*. 4. *sc*. 7. ubi cum Chremes dicit; Principio eam dico esse liberam, civem Atticam, meam sororem, in tria, inquit, divisit, officium defensionis suæ: in assertoris: Principio dico eam esse liberam: in cognitoris, civem Atticam: in fratris, meam sororem. At cur non potuit Legatus? Quia sic absente alterâ parte Philippo scilicet, & nec citatâ quidem processisset perperam. Et ideò ex causâ contumaciæ non

debuit damnari. Quod abſente alterâ parte procedi non poſſit ipſe Innocentius III. reſcripſit Abbati & Conventui S. Sylveſtri in c. *Eccleſiâ* 10. *X. de Conſtit.* quod à Senatore factum fuerat in præjudicium monaſterii, non conventi, neç confeſſi, vel convicti, in irritum eſſe revocandum. Et Gregorius negat contra inauditam partem ſe aliquid poſſe definire *c.* 1. *X. de cauſ. poſſ.* Idem ſtatuerat Gregorius IX. *in c. in nomine. X. de teſt.* Imò Gratianus in decreto integram eclogam dedit, quam plurimorum ita ſtatuentium Pontificum quæ eſt cauſa 3. q. 9. Quod verò is, qui non citatus, non poſſit eſſe contumax, ſtatuit ipſe Innocentius idem ad Conſtantinopolitanum Patriarcham (Thomam Maurocenum, *cap.* 8. *X de Maj. & obed.* Et Alexander III. *c. cauſam.* 3. *X. de dol. & Contum.*

III. Hæc eſt, ὑποβολὴ quâ Pontifex à Principibus objecta proponit, ut refellat. At verò credibile eſt, non hæc ſola fuiſſe, ſed ſi non majoris ponderis alia, & graviora, certè hujus generis multò plura. Quæ enim cauſa eſt, cur Baronius, qui Principum factionis Ottonianæ epiſtolam ad Pontificem refert integram, hujus non niſi initium exhibeat? Sed mittamus iſthæc. Quid itaque Pontifex reſpondet? Primò omnium παρομολογίᾳ Rhetoricâ, ita Principum jus & poteſtatem eligendi Imperatorem agnoſcit, ut oſtendat, ſe pro officio ſuo aliter facere non poſſe. Ait itaque ſe, *ſecundum Apoſtolicum officium ſingulis in juſtitiâ debitorem eſſe*, igitur & ſibi & aliis, cuiq; ſua tribuere. Officium illud apoſtolicum in Raymundanâ collectione uſurpatur *ſervitutis*, in aliis, *ſollicitudinis* officium. Illa lectio ταπεινώσεως apoſtolicæ notam præfert, quâ, ex præſcripto Salvatoris, Apoſtolorum quisquis volens eſſe magnus, jubetur eſſe alterius miniſter, & qui primus, reliquorum ſervus. Hinc illa formula Pontificiorum reſcriptorum, qua ſe ſervum ſervorum profitetur. Cujus originem à Gregorio

gorio M. arceſſunt, qui primus uſurpârit, ad retundendam Conſtantinopolitanæ univerſalitatis ambitionem, ut habet *Archi-Diaconus* & *Iohannes Andreas* in procœmio libri 6. Decretalium. Et *Genebrardus* chronogr. ad annum 604. *Anonymus*, vitæ Gregorii ſcriptor, à *Caniſio* editus *lib. 6. antiq. lect.* Quam ita conſtanter ſtylus Romanæ curiæ retinet, ut Canoniſtæ nullum reſcriptum pro genuino habeant, cui character ipſe abſit. *Schoppius, annot. bull. indict. Iubilai Clementis VIII.* Sed revera antiquior hæc appellatio, Gregorio M. Sic enim Auguſtinus, *epiſt.* 107. ad Vitalem Carthaginenſem: Auguſtinus Epiſcopus, Servus Chriſti, & per ipſum ſervus ſervorum. Et *epiſt.* 121. ad Probam viduam: Auguſtinus Epiſcopus, ſervus Chriſti, ſervorumq; Chriſti. Parilis μειώσεως, an devotionis exemplum eſt, quod Epiſcopi quidam Peccatoris cognomentum adſcivere. Vide *Ferrarium de epiſt. eccl. lib.* 3. *c.* 1. Vide Amœnitates meas Canonicas *Eclog.* 1. *c.* 17. Hodie profeſſio vel præſcriptio iſta multis ludibrium debet, unde illud:

Servierant Tibi, Roma, prius Domini Dominorum,
Servi ſervorum nunc tibi ſunt domini.

V. Ex juſtitiæ ergò debito Electores Imperatoris recognoſcit Papa. Recognoſcit ergò, eſſe Principum jus proprium. Sed fortaſſe non aliter, quàm κατ' ἐπιτροπὴν quandam, ut maximam partem ſibi auferat. Ait enim præcipuè ſe quosdam Principes agnoſcere Electores, *quia hujusmodi poteſtas ad eos ab apoſtolicâ ſede pervenerit.* Ita ergò tribuit, ut ſedem apoſtolicam auctorem ejusdem in Principes tranſlati ferat. Quid ita? Romanorum enim Imperium in perſonâ magnifici Karoli à Græcis tranſtulit in Germanos. Habent ergò jus ſuum Principes: ſed à Pontifice. Habent ſuum jus, ſed eligendi: Pontifex autem poteſtatem electum examinandi, ſeu inquirendi in perſonam electam, adeoq; indignam repertam, etiam repudiandi, reprobandi. Unde verò habet Pontifex?

Primò ex confeſſione ipſorum Principum. Recognovere enim in præſentiâ, miſſi ſcilicet, ad Innocentium, quòd jus & auctoritas examinandi perſonam electam in Regem, & promovendam ad imperium, ſpectet ad Papam. Deinde propterea, quia Pontificis eſt electum inungere, conſecrare, coronare. Cuicunque proinde competit manûs impoſitio, illius etiam examinatio perſonæ. Id quod probatur, cùm ex obſervantiâ ſcilicet, quia regulariter & generaliter obſervatum ita: Tum quod abſurdum aliàs ſequeretur, ſi enim Pontifex non poſſit electum examinare atque pro re natâ reprobare, ſequeretur, ſi Principes in diſcordiâ eligerent plures, omnes eſſe à Pontifice coronandos, adeoque pro uno, plures habiturum eſſet Imperium Imperatores: Aut ſi in concordiâ eligerent inidoneum, ſacrilegum, excommunicatum &c. & hunc conſecrandum & coronandum eſſe. Quod Innocentius abominatur.

V. Ergò Pontifex ita ratiocinatur: *Sedes Apoſtolica Imperium Romanum à Græcis in Germanos tranſtulit.* Ergò eadem & jus eligendi Imperatorem ad Principes Germanos transmiſit. Quod argumentum ut rectè intelligi poſſit, conſtare oportebit, primò quid nomine *Imperii Romani* Pontifex ſignificet: Deinde cujuscemodi fuerit hæc Imperii translatio: Et denique videndum de propoſitionis ipſius veritate, an Imperium transferendo neceſſariò & jus eligendi Imperatorem eidem auctori acceptum ferendum eſſe conſequatur.

VI. Imperii Romani nomine aut intelligere Pontifex poterat, totum terrarum orbem; aut omne illud, quod ſub Auguſto & poſtea Trajano Imperatoribus Romano Populo paruit; Aut regnum Italiæ, quod Longobardi tum tenebant, aut reliquias illas, quæ Imperatoribus orientalibus in occidente ſupererant, Totum terrarum orbem à Græcis ad Germanos tum temporis Pontifex transferre non potuit, quia

Græco-

Græcorum non magis unquam, quàm aliûs Populi fuerat aut Principis, nedum Episcopi Romani. Et si tale imperium à Græcis transtulisset, & Græcorum Imperium seu orientale in eum quoque transtulisset, quod historiæ illorum temporum non admittunt. Eâdem ratione nec provincias, quæ Augusti & Trajani temporibus Imperii fuerant, sed tempore translationis amissæ, intelligere potuit, quia à Græcis illud transferre Pontifex non potuit, quod Græci vel nunquam habuerant vel amiserant, & cujus recuperandi animum jam dudum posuerant, teste *Alberto Pighio lib.5. Eccl. Hierar. c.*14. Regnum Italiæ Pontifex à Græcis ad Karolum non transtulit. Tenebant enim illud armorum suorum vi jam dudum Longobardi, neque recognoscebant id à Græcis, multo minus à Pontifice. Relinquitur ergò ut, si quid Pontifex in personam Karoli transtulit, reliquiæ illæ fuerint, quas Longobardi Imperatoribus Græcis in Italiâ reliquas fecerant. Id ferè erat urbs Roma, Pentapolis, & Exarchatus Ravennatensis.

VII. Porrò qualis fuerit Pontificis hæc translatio, jam multis hâc de re commentariis manifestum est. Nos rem ad compendium ponemus. Cum Karolus, jam tum sub nomine Patricii omnem potestatem, quæ Exarchorum ante fuerat, adeptus, Desiderium, Longobardorum Regem penitus debellasset, inque Franciam deportasset, ipse Romam profectus à Papâ, clero, atque Populo, condito SCto, Imperator salutatus est. Tradit hoc exserte Anastasius Bibliothecarius in vitâ Leonis: *Tunc universi fideles Romani videntes tantam defensionem & dilectionem, quam erga sanctam Romanam Ecclesiam & ejus vicarium habuit, unanimiter altisonâ voce, Dei nutu, atq; B. Petri, clavigeri regni cœlorum, exclamaverunt: Karolo piissimo Augusto, à Deo coronato, magno, pacifico Imperatori vita & victoria. Ante sacram confessionem B. Petri Apostoli plures sanctos invocantes ter dictum est, & ab omnibus constitutus est Imperator*

Roma-

Romanorum. Idem & Marianus Scotus *lib.3. chron. Karolus,* inquit, *hoc tempore à Romanis Augustus appellatus est.* Et Platina in Gregorio III. Karolum inauguratum scribit *Populi Romani scito ac precibus.* Nec refert, à quibusdam scriptoribus id Papæ soli tribui. Id enim eò fit, quod Pontifex tanquam urbis Archiepiscopus & primarium membrum primas in comitiis partes habuit, & decretum cum optimatibus subscribendo sanxit. Aliud autem & majus quidpiam non præstitit, quàm hodiè fortè Archiepiscopus Moguntinus.

VIII. Translatio ergò hæc non fuit nisi nominis & dignitatis, quod ipse Bellarminus *lib.1.c.11.* agnoscit, nec tàm à Græcis ejus facta translatio, quàm cum Francis, Populi R. suffragio, communicatio. Nec aliter Imperium à Græcis translatum, quàm si hodie, Turcarum Rege ab eodem Pontifice Imperatore salutato, Imperium à Germanis ad Turcas transferri diceretur. Nullam enim provinciam cum hoc nomine Karolus adquisivit, sed eas omnes partim hæreditatis jure, partim victoriis obtinuerat. Sed nec Græci admodum repugnabant, quòd nec multum sibi decederet, jamdudum harum provinciarum possessione, maximam partem dejectis, ut communicatum magis, quàm divisum imperium crederent, fœderibus cum Karolo sub Irene statim factis, mox sub Nicephoro, mox etiam sub Leone. Vide *Cedrenum, in Irene, Zonaram tom. 3. Annal. Regino lib. 2. Gotfridum Viterbiensem chron. par. 17. P. Æmilium Karolo M. Platin. in Leone III.* Neq; novum, alium in oriente, alium in occidente imperasse *Confer. Ioh. Barcl. vindic. advers. Bellarm. c. 4.* Deniq;, ut rectè Michaël Coccinius, *opusculo de translatione Imperii ad Germanos*, fuit hæc translatio sedis Apostolicæ nihil aliud, quàm consensus, ut transferretur, vel translationis declaratio, per subjectionem sui actualem & certas ceremonias facta. Quod verò Pontifex sub potestate fuit Imperatoriâ, videre est ex Adriani

decreto,

decreto, cujus summam repræsentat *Theodoricus à Niem tract. de invest. Episc. apud Schard. de imp. jurisd. p. 248 Ad eorum quoq;* inquit, *exemplum præfatus Adrianus Papa cùm omni clero & populo ac universa sanctâ Synodo concessit Carolo Augusto omne suum jus & potestatem eligendi summum Pontificem, & ordinandi Apostolicam sedem dignitatemq; principatus, sicut scribitur distinct. 63.* Hujus decreti memor fuisse videtur Leo, cum Pontifex creatus statim misit ad Carolum claves S. Petri urbisque Romæ vexilla. *Baleus in catal. Rom. Pontif.* per quarum rerum traditionem nil nisi plenum atque absolutum dominium intelligi potest, id quod etiam privatis in rebus obtinet, ut clavibus traditis dominium traditum esse censeatur *l.* 1. § *pen. de acquir. poss.* Idem, cum in quadam processione de equo dejectus, habitu Pontificali nudatus, ac multis verberibus multatus esset, ad neminem confugit, nisi Carolum, qui Romam veniens, tanquam judex de criminibus quæ Pontifici objiciebantur, cognovit, eumque juratò se purgantem absolvit.

IX. Non possum hîc penitus Bellarminum contra magnâ vi brachia tendentem præterire. Profert is *cap.* 5. *lib.* 1. *de transl. Imp.* multa, sed ea pleraque ficulnea. Rem ipsam auctorem dabimus. *Primus est*, inquit, *Carolus M. qui cum testamento filiis imperium divisisset, rem totam à Leone Pont. confirmari voluit, ut non sine consensu ejus, à quo illud acceperat, imperium aliis tradere videretur.* Sed quæ hic necessitas ita concludendi: Carolus voluit testamentum confirmari subscriptione Leonis. Ergò fassus est, se imperium à Leone accepisse? Pontifex testamentum condidit, jussit etiam subscribere Bellarminum. Ergò bona sua, de quibus disposuit, à Bellarmino accepit. Ridiculus est Hyperaspistes, si sic argumentatur. Deinde nec confirmatio testamenti actus ille subscribendi commodè vocari potest. Jam enim jurejurando Nobilium Francorum confirmatum erat testamentum, quod ipse Car-

dinalis non inficiatur. Quis etiam credat Carolum eo dementiæ processurum fuisse, ut id quod suum, alienæ libidini & arbitrio subjiceret? credat Judæus Appella. Sed concedemus, confirmasse testamentum Caroli Papam, anne ergò cætera regna, de quibus ultimo judicio disposuit, beneficio Leonis possedit? subscriptio enim actus est individuus. Causa autem cur Carolus voluerit subscribi à Papa videtur fuisse, quòd cùm non haberet privatos idoneos testes, publico ordini politico & Ecclesiastico testamentum suum approbari voluerit. Ulterius sententiæ suæ præsidium quærit in Lothario: *Hic*, inquit, *ut Ado scribit in Chronico, Ludovicum filium suum per se Regem Italiæ fecit; sed cùm Imperatorem quoq; eum fieri vellet, Romam per Drogonem Patruum ad Pontificem misit, atq; eo modo Ludovicus Iunior à Sergio Papa Imperator creatus est.* Sigebertus rem ita narrat: *Sergius Romanæ Ecclesiæ centesimus præsidet, ad cujus electionem confirmandam Ludovicus filius Imperatoris Lotharii à patre missus ab eodem Papa in Regem Longobardorum unctus est.* Bellarminus ipse fatetur, jam antea electum esse, ergò coronatio tantum peracta à Papa, quę non nisi majoris solennitatis gratia adhibita. Sigebertus addit magno beneficio devinctum Sergium id fecisse, quia confirmationem per illum impetraverat. Ergò Papa confirmatus est à Cæsare. Ultimò in Regem tantùm Longobardorum unctus est, non in Imperatorem: Nec refert, quòd Populus Romanus eum Imperatorem aut Augustum salutaverit: per imprudentiam, enim id fecisse nemini non patet. Non finem hic facit Cardinalis, sed & insigne testimonium *Caroli Calvi* profert; verùm cum pagina illorum temporum Historiam non capiat, dicimus Carolum illum Calvum imperium jure nancisci non potuisse, cùm fratri Ludovico Germanico deberetur, id quod etiam eventus docuit, cum Carolo & Ludovico Balbo filio mortuo verus successor virtute Dei imperio potit[9] est. Bellarminus

minus ipse fatetur multis muneribus datis à Papa illud impetrasse : Alii ejusdem temporis Historici à Romanis pecunia illud impetrasse scribunt, *Gotfrid. Viterb. imperium à Romanis, ut dicitur, pecunia impetravit. Ott. Frising. Patruus Ludovici junioris Carolus Senior occidentalis Franciæ Rex Romam veniens à summo Pontifice, civibusq; imperium pecunia, ut dicitur, obtinuit.* Carolum excipit Albertus: *Hic*, inquit, *à Bonifacio VIII. vehementer contendit, ut imperium sibi & heredibus confirmaret, id quod minimè impetravit: voluit enim Papa Imperatorem eligi, non nasci.* Occasionem petiti hic planè dissimulat, ne notam Pontifici inurat: nos ex Nauclero supplebimus: *Philippum*, inquit, *Franciæ regno per sententiam privat, ejusq; regnum Alberto Imperatori subjicit, quem initio Pontificatus sui repulerat, nunc autem confirmatum in Regem Romanum ad sumendam imperii coronam sollicitat. Nam de Alberto sic scribit Iacobus Moguntinus, quòd Bonifacius eum in odium Regis Franciæ approbaverit, & cùm Papa eum contra Regem Franciæ invitarit, non facturum respondit, nisi sibi & heredibus suis imperium confirmaret.* Non possumus hic præterire πολυπραγμοσύνην Pontificis, quem tamen vicarius Christi publicis profanisque multam salutem dicere, & ad pacem invitare, non classicum belli canere conveniebat. Nec tamen Alberti exemplo, id quod in quæstione est, deciditur. Albertus petiit illud à Papa, ergò jure illud fecit! hoc negatur: & cum non impetrarit (videtur enim voluisse illudere petitis Papæ, ea quæ non erant in ipsius potestate ab eo petendo) cur hic adducit Bellarminus. Et si tantùm valet Papæ autoritas, dicat nobis Cardinalis, quare màndato illius non solùm non paruerit, sed filiam insuper suam Philippo filio in matrimonium collocarit. Henricus VII. mittit, inquit, in *oram Narbonensem, qui à Clemente postulent, ut ratam sibi facere subrogationem pro more dignaretur.* Hic *morem* vocat *Conradus Vercerius*, cujus hæc verba sunt: Bellarminus

jus esse probare conatur. Scilicet noverant Turbaliones esse Papas, ideòque sibi eos adjungendos ducebant, tum magnum ad causam suam pondus accedere autumabant, si species religionis autoritate Pontificis accederet: Atque hoc ita se habet in Henrico nostro, quippe cùm Philippus Rex cum ipso simul imperium ambiret. Ludovicus Quartus, quod, licet excommunicatione sede dejectus imperatoriâ, tamen nunquam destiterit occasiones quærere, quibus in gratiam Pontificis rediret, observavit illud Plauti Amphit. act. 2. sc. 2. *Bacchæ, bacchanti si velis adversarier, Ex insana insaniorem facies, feriet sæpius, sin obsequare, una resolvas plaga.* Fecit tamen id instantibus proceribus, qui tamen & ipsi posteà judicia Papæ in conventu Francofurtensi reprobarunt *Naucler. Anno* 1344. Quàm longè aliùs posteà apparuerit, apparet ex decreto publico, quod promulgavit, in quo imperialem dignitatem & potestatem à solo DEO immediatè esse, illosque, qui contrarium sentiant læsæ majestatis damnandos esse censet. Videatur decretum illud apud *Reinking. de R. Sec. & Eccl. lib. 1. cl. 2. c. 3. Carolus IV.* inquit, *jussit electionem Wenceslai per Urbanum Sextum confirmari.* Quid tum? factum illud tempore turbarum & schismatis inter Urbanum & Clementem VII. Antipapam exorti. Wenceslaus insuper non dignus erat, ut delicium Imperii Romani vocaretur: ideoque coronationem, ut res magis rata esset, ab eo petebat. Friderici I. exemplum jus Papæ non probat: fecit, sed an jure? putavit pulchrum esse, si ad actus humani confirmationem religiosus accederet. Audiamus ipsum hoc dicentem apud *Otton. Frising. c. 21. Gloriaris me per Te vocatum esse, me per te primo civem, post Principem factum, quod tuum erat à Te suscepisse. Quæ dicti novitas, quàm ratione absona, quàm veritate vacua sit, æstimatione Tuæ, prudentumque relinquatur arbitrio. Revolvamus modernorum Imperatorum gesta, si non Divi nostri Principes Carolus & Otto nullius beneficio tradi-*

traditam, sed virtute expugnatam Græcis seu Longobardis urbem cum Italia eripuerint, Francorumq; apposuerint terminis. Docet hæc Desiderius & Berengarius tyranni tui, in quibus gloriabaris, quibus tanquam Principibus innitebaris. Eos à Francis nostris non solùm subactos & captos fuisse, sed & in servitute ipsorum consenuisse, vitamq; finisse, vera relatione didicimus. Addit posteà: *Implorasti misera felicem, debilis fortem, invalida validum, anxia securum: nam ab hostibus pulsabaris, nec propria manu Græcorum mollitie liberari poteras.* Ultimò Philippum (nam Græcos Imperatores omittimus, ut & instrumentum Germanorum) ad partes vocat, qui post mortem Alberti Imperatoris, ut regnum in Gallos transferret, à Clemente V. per solennes nuncios id petiit. Sed non impetravit: antequàm enim nuncii venirent, scripsit Electoribus, ut maturarent Electionem, & Henricum Lucemburgium Comitem, si eis videretur, eligerent. Hic sanè quid probare velit Cardinalis non video. Ponamus, Philippum fassum, imperium esse beneficium Papæ? fecit id ideò, quia Papalem noverat astutiam, putabatque nisi eum deliniret, turbas in imperio excitaturum. Deinde, si imperium Papa potest in alium transferre, cur disputat Bellarminus jus eligendi Electoribus tantum Germanis competere, ad quos jam morte Alberti electio devenerat. Electores etiam admonentur, si eis ita videretur, Henricum eligere. Ergò liberæ illud voluntati Principum relictum. Hæc sunt, quæ Bellarminus assertionis suę fundamenta esse voluit. Nos Fridericum I. sequimur apud Gunth.

Ecclesiam regat ille suam, divinaque jura
Temperet, imperium nobis sceptrumq; relinquat.

X. Constat ex his, quàm nullam speciem veri habeat Innocentii nostri ratio, quando ex tali, quam descripsimus translatione, quę ipsissima erat subjectio, jus eligendi ad Principes Germanos pervenisse asserit. Nam, si maximè in Ponti-

ficis Hadriani & Populi R. manu fuiſſet translatio iſta, quod ſecus habere oſtendimus, ipſique, quod ſuum fuiſſet, tranſtuliſſent, tamen quia per naturam ſuam ejusmodi alienationis actus nihil aliud operari poteſt, quàm meram abdicationem & privationem ejus, quod transferens habet, nullo modo autem in jus adquirentis poſitivè, ut ſic loquar, influat, adeoque hac ratione modum cauſari nequeat, ſecundùm quem adquirens rem acceptam ad alios transmittere poſſit, facilè apparet, vi alicujus translationis, jus eligendi ad Principes pervenire non potuiſſe, niſi expreſsè id actum fuerit, aut convenerit, de quo verò in hiſtoriâ altum ſilentium. Quare hoc ſupereſt, ut Innocentius his verbis Pontificem juris electorii non quidem auctorem facere; ſed hoc duntaxat indicare voluerit, à Pontifice qualemcunque occaſionem præbitam fuiſſe, ex quâ oriri electorale collegium potuerit. Quam etiam veram Innocentii mentem eſſe ſeriò nobis perſuademus, cum ignorare non poterat Innocentius, jus eligendi ad certos Principes, non Hadriano ſed multum poſteriori, Gregorio V. adſcribi. Quâ de re porrò videndum.

XI. Quæ ratio propagandi in poſteros Imperii à Karolo M. & ſucceſſoribus ſervata fuerit, non convenit ſcriptoribus, ſucceſſionem hæreditariam multis obtinuiſſe ſentientibus. Qui ſi ſucceſſionis nomine factum nudum vacui imperii capeſſendi intelligunt, nil vero diſſimile dicunt. Nam & qui per electionem ad imperium adſcendit, mortuo anteceſſori ſuccedere dicitur. Cæterum ſi jus & modum ad imperium perveniendi deſignare volunt, arbitror oppidò eos falli, ſed rationibus agamus. Igitur negamus, unquam apud Germanos ſucceſſionem, & omnium minimè ſub Carolinis meram obtinuiſſe: Sed Reges ſuos ex nobilitate, Duces ex virtute ſumſiſſe, ut jam olim Tacitus de Germanis. Id verò in primis de Francis probari facilè poteſt. De Pharamundo

mundo Rege Trithemius in compendio annalium ex Hunibaldo ſcribit, *poſt obitum Ducis Genebaldi, conveniſſe in unum proceres & majores natu Francorum, conſiliumque habuiſſe inter ſe maturum, utile indicantes, ut more veterum ſibi Regem conſtituerent ex Ducibus, qui bonus viſus fuerit in oculis omnium.* Idem de *Sigeberto* habet *Gregorius Turonenſis lib.* 4. *c.* 51. de *Gundebaldo lib.* 7. *c.* 10. *De Carolo & Karolomanno Eginhardus*: *Franci facto ſolenniter generali conventu ambos ſibi Reges conſtituunt.* Et Karolomanno defuncto idem Eginh. narrat, *Karolum conſenſu omnium Francorum Regem conſtitutum.* Idem de utroque *Hincmarus Epiſtol.* 1. *ad Ludov. Balbum. Ludovicus congregatis, ſolenniter de toto regno Francorum primoribus cunctorum conſilio conſors regni & Imperialis nominis heres conſtitutus dicitur* eidem *Eginhardo*, & *Thegano in vitâ Ludovici.* Fuit tamen hæc electio ita comparata, ut filii imperio digni, prærogativam haberent. *Vide Hotoman. Franco Gallia c.* 6. Adeoque quoties auctores hac de re loquentes, ſucceſſionis meminerunt non jus ſeu titulum, ſed factum hoc nomine deſignant. Id quod vel ipſa conſtitutio Forchemenſis probat, tantum abeſt, ut ſucceſſio Karolinorum inde firmetur. Si enim ſucceſſionis jure imperium transferri mos tum fuit, quid eſt, quod §. 1. ejusce conſtitutionis dicit Bruno, ex multis, quos probitate dignos in electione propoſuerint Saxones & Suevi, tandem Rudolfum, Ducem Suevorum electum fuiſſe. Igitur hæc conſtitutio non tàm novi juris ſanctio, quàm jamdudum receptæ, ſed per frequentiores ſucceſſiones non ſatis in vulgus notæ legis renovatio.

XII. Diſſentit equidem Goldaſtus in Seniore ſuo, *lib.* 3 *c.* 14. ad finem & in replicatione pro imperio *c.* 18. & 26. Cui reſponderi poteſt ſuis verbis, ejusdem Senioris *lib.* 3. *c.* XI. *regna, quæ ſuffragiis deferuntur, non propterea hereditaria cenſentur, quod in his ſæpè filii parentibus ſuccedant, & prærogativam*

aliquam

aliquam pro tempore, & publica necessitate habeant, ut in nostro Imperio Domus Austriaca. Quare uti electio ab origine Germanorum propria, ita ad hunc quoque diem mansit. Sed ea non certorum olim Principum, sed cuncti populi, nempe Principum, Episcoporum, Nobilium, sed & Civitatum. Quæ quando ad paucos Principes, Electores, restringi cœperit, magna est disputatio. Sanè receptior est sententia, quod sub Ottone III. sanctione pragmaticâ collegium Electorale fuerit institutum. Et Innocentius hic recognoscit in hac epistolâ non ad totum populum, sed ad certos Principes de jure, & antiquâ consuetudine pertinere. Ita scribunt *Trithemius ad annum* 996. *Wernerus Rolvinck. fasc. temp. ætate 6. Ann* 994. *Nicolaus Cusanus, de concord. cathol. lib. 3. c. 3. Lupoldus de Papeberg. de Iure reg. c. 2. Marsilius Patavinus de transl. Imp. c.* 11. *Martinus Polonus anno* 1285. *Albertus Stadensis anno* 1240. *Magnum chronicon Belgicum anno* 1194. *Sigebertus Gemblacensis an.* 1002. Et nemo non, usque ad *Aventinum.* Quibus omnibus fidem derogare, est frontem de rebus tollere. Certè tantùm nobis permittere non audemus, ut omnium historicorum consensum susq; deque habeamus. Videantur *Simon Schardius* & P. *Heigius ICti eminentissimi. Ille peculiari diatribâ Onuphrio oppositâ; Hîc quæstione 3. p. 1.*

XIII. Probabile est ergò sub Ottone III. qui mirabilia mundi dictus: *Magn. Chron. Belg. p.* 89. Electores institutos esse suadente tamen Gregorio V. Pontifice, Saxoniæ Principe teste Platina. Cùm enim Otto ex Crescentio Consule Romano didicisset, quantâ Itali flagrarent cupiditate dignitatis Imperialis, à Germanis ad se transferendæ: recordaretur insuper etiam inter ipsos Germanos dissensiones exortas fuisse: ipse qui prole mascula careret, quo malis illis occurri posset, certos instituit, quibus onus eligendi Regem incumberet. Pontificis consilium & approbationem non inficiamur: Fuit

enim

enim & Ottoni cognatus: nec auſpicatò Cæſares illius ſeculi ſine Paparum calculo quid geri poſſe certiſſimè ſibi perſuaſerant. Eam autem conſtitutionem ſoli Gregorio V. adſcribere religio nobis eſt. Nec enim ex ullo illius temporis probato Hiſtorico, nec ex tanti negotii diplomate vel bulla, quas cæteroquin Papæ de iſtiusmodi rebus facere aut ſaltem comminiſci ſolent, illud oſtendi aut probari poteſt.

XIV. *Bellarminus* Papalis dignitatis Defenſor acerrimus *lib. 3. c. 1.* de *translat. imp. Rom.* totus in eo eſt, ut remoto Ottone rem illam Pontifici ſoli aſſcribat. Sed nec ipſe ſibi conſtat: capite enim 1. ſolum Pontificem ad partes vocat: c.3. autem conſenſum Imperatoris adhibitum eſſe affirmat. Audiamus Cardinalem Lamiæ turres & ſolis pectines fabulantem. Primò ex decretali hac epiſtola (quam falsò, niſi errore Typographi factum, ad *Ducem Thuringiæ* ſcriptam eſſe ait) producit ſequentia: Verùm illis Principibus jus & poteſtatem eligendi Regem in Imperatorem poſtmodum promovendum recognoſcimus, ut debemus, ad quos de jure & antiqua conſuetudine noſcitur pertinere, præſertim cum ad eos jus & poteſtas hujusmodi &c. Hic Bellarminus exclamaret

- - - - Populus quod clamat Oſiri.

Invento: εὑρήκαμεν, συγχαίρομεν. Verùm reperiſſe ſe ſciat, quod pueri in faba. Falſum enim illud eſt, quod ille probatione indigere non putat, quod imperium Græcorum in Francos à ſolo Pontifice ſit translatum: quod falſum eſſe oſtendimus. In ſeqq. multa Italorum & Gallorum ſuæ ſectæ hominum teſtimonia profert. Sed quid hoc ad rhombum? Res enim illa ex iſtius temporis Hiſtoriis decidenda; quod ſi Bellarmini veſtigiis inſiſtere vellemus, nec nobis deeſſent eorum teſtimonia, qui contrarium probarent. Denique nec nobis licuit omnia illa Autorum loca inſpicere, ideoque meritò nos fidem ei derogamus, cùm conſtet, quomodo per cali-

ginem nonnunquam & nebulam Autores inſpexerit. Pergit, & Jordanum Germanum pro ſe facere putat. Sed dicimus 1. ipſum Bellarminum Gregorio V. aſſcribere: ergò Caroli M. tempore res illa fieri non potuit. 2. Ex ipſis Autoris verbis Bellarmino ſatisfieri poteſt: dicit enim conſenſu Pontificis id factum eſſe. Ergò cùm ambo conſenſerint Cæſar & Pontifex unicuiq; partes ſuę aſſignandę erunt, ne alter jure ſuo defraudetur. 3. Verba de *mandato Papæ* ſuppoſititia eſſe haud immeritò nobis videntur: nam Papæ tunc fuerunt ſubjecti Principibus Romanorum, atque adeò Carolo ipſi, non autem eorum Domini, qui eis aliquid mandare poſſent aut auderent. Eadem reſponſio ferè ad ſeq. Bellarmini argumenta accommodari poteſt. Poſtremò accedit ad duo graviſſima teſtimonia, unum concilii generalis, alterum ipſorum imperii Electorum. Prius eſt in *Clement. Romani Principes. Eccleſia*, dicitur ibi, *Romana à Græcis imperium tranſtulit in Germanos, & ab eadem ad certos eorum Principes, jus & poteſtas eligendi Regem in Imperatorem poſtmodum promovendum pervenit.* Sed cur teſtimonium domeſticum profert ipſius Papæ Clementis, cui facilè erat rebus ubique turbatis (Ludovicus enim IV. cum Friderico Auſtriaco de imperio certabat) talia Principibus obtrudere? Eodem modo nec publicum Germanorum Principum inſtrumentum Bellarminum juvat: in procœmio enim Principes leges Rhetorum obſervant, favoremque Papæ captant: Deinde ſi inſpiciantur verba, epiſtola iſta non ab Electoribus, ſed omnibus & univerſis imperii Principibus confecta eſt: ultimò non dicunt, ſe illam poteſtatem habere à ſede Apoſtolica, ſed quod tantum Eccleſiæ autoritate ſuffulti Imperatorem germinent.

XV. Vocantur ergò illi Electores ab eligendo ut Chur-Fürſten dicuntur à lingua vernacula Churen / quod eſt eligere, Wahl-Fürſten oder Wahl-Herren. *Baldus in l. benè, à Zenone*, C.

ne, C.de quadr.præſcript.Electionarios vocat: Septemviri à numero ſeptenario vocantur, ut olim Duumviri, Triumviri. *Gail.lib.*1. *Obſerv.* 2. *n.*2. Septem olim fuerunt numero: Sed quare? Hic meritò dicimus: NON LIQUET. Recenſebimus potiſſimas diverſorum ſententias. Quidam inde factum ajunt, quod ſeptenarius ſemper ſacer & perfectus fuerit habitus numerus. Religionem huic ineſſe credebat Pythagoras: unde & per illum jurare ſolebat. Sic *Heſychius*: τετρακτὺς πυθαγορικὸς ὅρκος: ipſe *Pythagor. in Carminib. ſuis aureis.* Ναὶ μὰ τὸν ἁμετέρᾳ ψυχᾷ παραδόντα τετρακτὺν Παγὰν ἀενάου φύσεως. Vid. *Hierocl.veter.Scholiaſt.*& *Theod.Marcil.*in eund.locum ex *Plutarch.de placit. Philoſ. lib.*1. *c.* 3. pulchrè hæc illuſtrantem. Alii inde factum putant, quia jam inde à Caroli M. & Ludovici Pii temporibus Eccleſiaſticis magna autoritas atque potentia tributa fuerit, ac ideò æquali numero, qui dignitatis Archiepiſcopalis & Cancellariatus autoritate & potentia cæteros anteirent, hoc ſibi jus ex longæva conſuetudine uſurpaſſe: ſeptimum autem adjectum eſſe, ut plurium arbitrio res ſtaret: hunc verò fuiſſe Bohemiæ Regem, &, cum Imperio Romano parere coactus propter maximam, qua pollebat potentiam, & ut magis imperio fidelitate aſtrictus eſſet, hoc officio donatum eſſe. *Schardius de Elect. c.* 9. inde Septemviros eſſe autumat, quia quatuor quondam ordines, Reges, Duces, Marchiones & Comites eligere ſolebant Imperatorem, ne ullus ſe præteritum queri poſſet, ex ſingulis unum numero Laicorum allectum eſſe: cumque ordo Eccleſiaſticus propter ſummam autoritatem uno contentus haud fuerit, duos verò propter votorum paritatem eligere non licuerit, ſeptimum ad numerum imparem conficiendum addi, concordiæ rationem ſuaſiſſe. Nec olim numerus ille augeri potuit. Ita Maximilianus I. ab Electoribus petens, ut jus ſuffragii in Electione Imperatoria cum Archiducibus Auſtriæ communicaretur, repulſam

 tulit.

tulit. *Freher. in not. ad Petr. de Ando lib. 2. c. 1.* Nec Gabriel Transsylvaniæ & Zeculorum Princeps dignitatem Electoralem efflagitans eam obtinuit. *Goldast. de regn. Bohem. lib. 3. c. 5. n. 5.* Hodiè postquam in conventu Ratisbonensi Electoratus dignitas Palatini translata in Dn. Maxilianum Bavarum, quod deinceps ad ejusdem heredes & totam lineam Guilielmianam extensum fuit imperio Romano, non potuit aliter pax coalescere, nisi hoc nomine satisfieret Palatini Electoris heredibus: unde primogenitus Friderici Electoris Carolus Ludovicus ejusq; successores octavum Electoratum obtinuerunt. *Dn. Reinking. in addit. ad l. 1. Class. 4. cap. 3. de reg. secul. & Eccles.*

XVI. Gaudent autem Electores Ecclesiastici nomine Archicancellarii. Id cur factum quæritur? Cancellarii nomen vix apud antiquiorem invenire est, quam Vopiscum in Carino. Nimirum ut in *Exercit. Exoteric.* notavi, fores veterum fuere cancellatæ, ex lignis reticulatim compositis textæ. *Aristoph. Scholiast. ad Vesp.* Κιγκλὶς ἡ θύρα τοῦ δικαστηρίου, ἣν καὶ καγκελλωτὴν καλοῦσι. *Pollux lib. 8.* αἱ μὲν τῶν δικαστηρίων θύραι κιγκλίδες ἐκαλοῦντο, ἃς οἱ Ῥωμαῖοι καγκελωτὰς λέγουσι. Igitur qui ad eos cancellos stabant, Cancellarii dicebantur, ut velarii, qui vela, quibus Consistorii regii fores prætensæ erant. *Gloss. Basilic.* Καγκελλάριοι οἱ ἐν καγκέλλῳ ἑστηκότες. *Agath. de imp. & reb. gest. Justin. Edit. Bonav. Vulcan. p. 26.* Ναρσῆς δὲ ἐπὶ Ῥάβενναν ἰὼν μόνους ἐπήγετο τοὺς ἀμφ᾽ αὐτὸν θεραπευτάς τε καὶ δορυφόρους, καὶ ὅσοι τῆς ἀρχῆς αὐτῷ ὑπηρέται ἐτύγχανον ὄντες. οἷς δὴ τὰ ἀρχεῖα ἐπεφρόντιστο τῆς ἄλλης εὐκοσμίας πέρι, καὶ ὅπως μὴ χύδην ἅπασι τοῖς βουλομένοις ὡς αὐτὸν εἰσιτητέα εἴη. τούτους δὲ ἔθος Ῥωμαίοις ἐκ τῶν κιγκλίδων ἐπονομάζειν, καὶ τῆς ἐν τούτοις ἐπιμελείας. Tribuebatur vox hæc illis, qui judicum responsa, literas, atque edicta scribebant. Postea præcipui id factum peculiare, idemque fuit quod Ἀρχιγραμματεύς. Quanta fuerit eorum dignitas, apparet ex Hincmaro Ep. 3. c. 16. Apocrisiarius, quem nostrates Capellanum, vel palatii custodem appellant, omnem clerum palatii sub cura & dispositione regebat: Cui

Cui ſociabatur ſummus Cancellarius, qui à ſecretis olim appellabatur, erantq; illi ſubjecti prudentes & intelligentes, & fideles viri, qui præcepta regia, absq; immoderata cupiditatis venalitate ſcriberent, & ſecreta illis fideliter committerent. At inquis: Viros Eccleſiaſticos ſeculi negotiis abſtinere par erat. Verùm id quidem: ſed dicendum vel illud factum, quia iſto ævo eruditio in clauſtris Monachorum latuerit, vel ob ſuperſtitionem Principum proſperum rerum eventum ſibi ſpondentiũ, ſi Eccleſiaſticis in negotiis civilibus primas partes tribuerent. Et quia imperium Francicum tria ſub ſe continebat regna, Teutonicum, Gallicum, & Italicum, ex ſingulo regno ArchiCancellarius fuit electus, qui cujusq; regni negotia fideliter & dexterè curaret. Moguntinus eſt ArchiCancellarius per Germaniam, Trevirenſis per Galliam & regnum Arelatenſe, Colonienſis per Italiam. Seculares certas etiam dignitates ſuſtinent, quarum intuitu nequaquam olim, ſervorum inſtar, à Cæſaribus habiti fuere, ut nugatur *Bodin. lib. 1. de republ. c. 9.* Sic Rex Bohemiæ S. R. I. Archi-Pincerna eſt & habet Vicarium den von Limburg. Elector Bavariæ Archi Dapifer, præſtatque ſervitium ſuum per Baronem de Waldburg: Elector Saxoniæ Archi Marſchallus per Baronem de Pappenheim. Elector Brandenburgenſis Archi Camerarius imperii per den von Hohen Zollern. Elector Palatinus Archi-Theſaurarius imperii Vicarium, habet Comitem de Sintzendorff. Penes hos Electores ſolos hodie omne jus eligendi eſt. *A. B. tit. 1. in pr.* Hactenus oſtendimus, falſam eſſe Innocentii aſſertionem, quod Imperium Romanum de Græcis translatum ad Germanos, quod translatum à ſede apoſtolicâ, & quod transferens eo ipſo, & quod transferat, modum ſimul præſcribat ſuccedendi.

XVII. Sequitur, ut jus, quod Pontifex circa electum Imperatorem prætexit, videamus. Eſt illud jus examinandi

ſeu inquirendi in perſonam electam. Quod Pontifex ſibi arrogat, ex conceſſione Principum ipſorum. *Principes*, ait, *recognoſcere debent, & utiq; recognoſcunt, ſicut iidem recognovere in noſtrâ præſentiâ, quod jus & auctoritas examinandi perſonam electam in Regem, & promovendum ad Imperium ad nos ſpectat.* Utrum verè recognoverint Principes, quâ ratione, quousq;, ex opinione propriâ, ad mandatâ legantium, verbisne conceptis, an nudo facto, Pontificem adeundo & de electione Philippi certiorem faciendo, non liquet. Et eſt facti. Videtur ſubeſſe ὕπουλον, quod dicitur, *debent recognoſcere*, nolentes ſcilicet, volentes. Quod deprehendit etiam Hoſtienſis, dum dicit: *Et ſi hoc non facerent, nempe, ſi non recognoſcerent, dat eis intelligere Pontifex, quod ſic credit, & eſt color rhetoricus, qui præoccupatio dicitur.* Sed transeat. Nec Pontifex fundum cauſæ in eo quærit, ſed quaſi jure agit. Dicit: Quem Principes Germani ſibi eligunt Regem, is ſi Imperium quoque Romanum vult capeſſere, ſi ad illud vult promoveri, debet à nobis ante examinari. Quare verò, Innocenti? Procul dubio, quia Principes Germani ſine Pontificis interventu ſibi quidem Regem eligere: Romanis autem civibus Imperatorem, ſine ſuo interventu, dare non magis poſſunt, quàm Perſiæ, aut Indiæ, aut Tartariæ. Præterea cum trina ſit Imperatoris coronatio, & ſingulæ coronæ ſingularis regni ſymbolum & inſigne, nonne Romanum Imperatorem non Principes Germani, ſed Romani facient? Ad illos igitur & examinatio ſpectabit, quorum ſcilicet intereſt. Itane verò? Scilicet

Hoc Ithacus velit & magni mercentur Atridæ.

Sed nec acquieſcit Innocentius in ſolâ coronatione, ſed adjungit certioris fidei gratiâ & inunctionem & conſecrationem.

XVIII. Quod attinet inunctionem, ritus is ex veteri teſtamento repetitus videtur, quo Reges populi Judaici præcipuè

cipuè inungebantur 1. *Reg.* 1. *v.* 39. 1. *Sam.* 10. *v.* 1. *&* 16. *v.* 12. *&* 13. Ante Saulum unctos esse Principes non constat. Fit quidem ejus mentio in apologo Jothami, qui clamavit ad Sichemitas, ligna ivisse, ut ungerent sibi regem, attamen non dicitur Abimelechum unctum esse. Si Rabbinis habenda fides, in fronte solita fuit delineari figura specie coronæ, quo facto oleum super caput effusum est. Videri potest etiam *Cunæus de repub. Hebr. lib.* 1. *c* 14. Pontificis Romani unctio, quam Principibus adhibet, expressa est in *c. un. X. de sacr. unct.* Principem ungi vult à capite ad bracchium translatâ unctione, in humero vel armo, quod principatus congruè in illo designetur, allegans illud Scripturæ: *Factus est principatus super humerum ejus.* Et quod Samuel armum poni fecit Saulo, inde probat Pontifex rationem suæ unctionis. Hodie in unctione Cæsaris Consecrator Pontificalibus, seu Episcopalibus vestimentis magnificè ornatus oleum accipit, & signum crucis vertici primum capitis, postmodum cervici inter utrumq; humerum, porrò pectori & tandem dextro bracchio inter carpum & cubitum inungit, verba hæc subinde repetens; *Vngo TE in Regem oleo sanctificato in nomine Patris, & Filii & S. S. Goldast. in act. Imp. p.* 177. Inter consecrationem autem & unctionem hæc est differentia, quòd illa chrismate fiat, hæc autem oleo sacro & sanctissimo. Bis verò inungitur Princeps Romanus, primò Aquisgrani à Coloniensi Archiepiscopo in Regem; Et deinde Romæ in Basilicâ S. Petri ad altare S. Mauritii per Ostiensem Episcopum. *P. de Andlo lib.* 2. *c.* 6.

XIX. Videamus etiam coronationem. Novi Imperatoris electio, ut omni populo innotescat, more recepto atque solito, triplici coronatione olim electus coronatus est. Rationem numeri ternarii quam assignent, videatur apud *Hieronymum Balbum Episcopum Gurcensem lib. de coronat. c.* 3. apud *Goldast. Polit. imp. p.* 3 *Schneidevv. comm. Instit. in rubr. n.* 6. Erant

autem

autem illæ, Lombardica, Romana, Germanica. Lombardica coronatio quondam ab ArchiEpiscopo Mediolanensi in oppidulo Modetiæ sola coronæ impositione sine unctione fieri solebat. Cujus autem substantiæ fuerit illa corona, de eo non certò constat: alii argenteam, quidam ferream dicunt: nos auream & pretiosissimam fuisse scimus ex *Carolo Paschal. in comm. de coronat. Imp. c. 7.* qui & ferream dictam addit, propter quandam laminam in summitate ferream. Romanam Coronam Imperatores electi à manu Pontificis Romæ vel alibi accipiebant; de cujus coronationis ritibus videsis apud *Goldast. p. 4. polit. Imp. à p. 290 usque 343. & Ceremoniale Roman. Freheri notis ad P. de Andlo* annexum. Et hæc olim sumtibus ingentibus expediebatur propter Comitatum Imperatori Romam proficiscenti à statibus & Vasallis sub pœnâ amittendi feudi præstandum, qui vulgò expeditio Romana, ein Römerzug/ dicta est; de qua exstat *Constitut. Caroli Crassi apud Goldast. tom. 1. Constit. Imp. p. 207.* Sed, ut videtur, supposititia.

XX. De hac jam quæritur, an Imperatori electo ea præcisè sit necessaria, ita ut neglecta illa imperium administrare non possit? Nos in negantium descendimus sententiam. Simul enim electus est, omne jus & potestas ei competit, ita ut omnes actus legitimè peragere, & feudum de bonis imperii alicui concedere possit. *Matth. Steph. de jurisd. lib. 2. part. 1. c. 1. num.* 138. eoque nomine etiam Francorum Regem coronatum jam & plenariè regentem jure præcedat, de quo *Anton. Quetta apud Goldast. p. XI Bald. Consil. Consil. 326* Communem, ait, *esse opinionem Legistarum, quod Imperator licitè tanquam Rex Romanorum potest omnia, quæ potest Imperator, quia corona non sit de substantia potestatis: licet inferat incrementum majestatis & honoris. Glossa distinct. XCIII. c. 1. Legimus: Ex sola*, dicitur ibi, *electione Principum dico eum verum Imperatorem, antequam à Papa confirmetur.* Quod etiam non ignorarunt

Basile-

Basileenses, quando post obitum Ludovici Imperatoris Episcopo Bambergensi ita responderunt: *Quemcunque Imperatorem Electores nobis dederint, hunc recipimus, etiamsi nunquam Papam requirat. Mut. lib. 25. Chron. German.* Optimè ergò, cùm nec Aurea Bulla Caroli Quarti Pontificiæ religionis addictissimi, nec constitutio Imperialis Ludovici Bavari Coronationem eam requirat, Maximilianus I. cùm ad ordines Imperii orationem haberet, Coronam Imperialem à Romano Pontifice accipere minimè necessarium sibi videri dixit, quia imperii majestatem in ipsis ordinibus inesse intelligebat. *Bodin. de Rep. lib. 2. c. 6.* Sic neq; ullus Imperator, jam inde à Carolo V. Pontificis coronationem avidè desideravit, ita ut non vanum hucusq; augurium eorum fuisse videatur, qui, cùm in coronatione dicti Imperatoris Bononiæ celebrata pons ingens, super quem ingrediebantur, corrueret, rem in omen vertentes ex fracto ponte, nullum deinceps alium Imperatorem coronatum iri, vaticinari ausi fuerunt, ut ex *Corn. Agripp. refert Arumæus ad A. B. disc. 2. th.* 20.

XXI. Pontificii omnem hic movent lapidem, ut sententiam suum stabiliant. Multum enim inde competere existimant Papæ, si coronatione destitutus Pontificis, nomine Imperatoris non insigniatur. Hæc enim mens est Paparum. Multos hic in testimonium citare possemus, sed brevitatis ergò unico contenti erimus. Hadrianus Papa ita ad Episcopos Germaniæ scripsit: *Romanum Imperium à Græcis translatum est ad Alemannos, ut Rex Teutonicorum non ante, quàm ab Apostolico coronaretur, Imperator vocaretur: Ante Consecrationem Rex, post Imperator. Unde igitur habet imperium nisi à nobis? ex electione Principum suorum habet Regis nomen: ex consecratione nostra habet nomen Imperatoris, Augusti & Cæsaris. Ergò per nos imperat.* Unde verò hæc omnia probat? Si Pythagoras esset, nosq; ejus discipuli, inquirenti rationem diceremus, αὐτὸς ἔφα.

Honorius III. inquit *Platina in vit. ipsius*, *Petrum Imperatorem Constantinopolitanum in Basilica S. Laurentii intra muros coronavit*: Ergò imperium habuit ab Honorio Papa, falsum hoc esse norunt & illi, qui nondum ære lavantur. Galliæ Rex ab Episcopo Rhemensi, Hispaniæ ab Episcopo Toletano, Angliæ à Cantuariensi Archiepiscopo, Poloniæ à Gnesnensi Episcopo, Hungariæ ab Strigoniensi, coronatur; Ergò regnum ipsorum est beneficium coronantium: næ toto erras cœlo, qui id credis. At inquis: jusjurandum hi præstant Imperatores? sit ita, quid tum? Primò non est jusjurandum, per quod in rebus secularibus Imperator obstringitur, ut vult Papa, *Clement. de jurejur. Capit. Rom. Princip.* sed fidei, & defensionis, ut optimè ibidem Heinricus VII. defendit. Deinde idem Constantinopolitani Cæsares suo fecere Patriarchæ. Coronandus enim jurabat ante omnia de conservandâ religione orthodoxâ per sacrosancta ac vivifica crucis ligna: cavebat etiam de confirmandis juribus & privilegiis Ecclesiæ: hoc facto, stemmate demum aureo coronabatur, ut pluribus deducit sæpius laudatus *Freherus p.* 184. Quæso, quis Romanus Pontifex coronavit Imperatores Constantinopolitanos? Quis ante Constantinum consecravit Ethnicos Imperatores? Et quis ante Carolum M. Christianos Cæsares? Ergò coronationem & consecrationem præcisè non esse necessariam videt. Sed quid, Annon Imperator, Augustus aut Cæsar quis est ante coronationem? Igitur Ludovicus III. Conradus I. Henricus I. Berengarii etiam ab Italis Cæsarum nomine honorati, Rudolphus I. & II. multiq; alii non fuerunt Cæsares, quippe qui coronationem Papalem nunquam desideraverunt. Constantinopolitani etiam, qui post tempora Caroli M. imperium tractarunt (duos hic excipimus Balduinum & Petrum à Papa coronatos *Sigismund. Seld. S. R. I. Vice-Cancell. in consilio suo ad Ferdinand.*) non fuerunt Imperatores, quos tamen honore eo mactat ipse

Papa,

Papa, ut patet ex *C. Hadrianus 63. dist. & c. solitæ. de major. & obed.* Et quamvis concedamus coronationem facere Imperatorem, quid dicit Papa, anne in Imperio Romano Germanico duo fuere Imperatores? Ludovicus enim Pius vivus adhuc Lotharium coronari voluit à Papa Paschali: idem vicissim fecit Lotharius in Ludovico, & Otto I. in filio suo Ottone. Si itaq; coronatio facit Imperatorem, filii æquam cum Parentibus imperium administrandi habuere potestatem. Scilicet.

XXII. Restat ut etiam secundum Capituli nostri ductum de Germanica dicamus. Hanc necessariam esse dicimus partim propter ordinationem imperialem *A.B. tit. 25.* R.A. zu Worms *Ann.* 1521. *in præf.* Unsre Krönung zu förderst in der Stadt Aach. partim propter antiquam & laudabilem consuetudinem. R.A. zu Augspurg. *Anno* 1566. *in præfat.* ibi und löblichen Gebrauch. Circa ipsius Coronæ materiam mirum, quomodò in alia omnia eant Autores: ferream faciunt alii: sunt qui argenteam dicant. Nos si fides oculatis testibus habenda, ex puro auro fabrefactam esse dicimus. *Balb lib. de coron. c. 21. Hartm. Maur. in relat. de coron. Carol. §. insuper coronam Caroli* &c. apud *Goldast. part. 3. Polit. imp. p.* 260. *in fin.* & *p.* 271. *in fin. Buxtorf. ad A. B. th.* 46. De hac coronatione sic Innocentius: *Et quoniam dux prædictus nec ubi debuit, nec à quo debuit coronam & unctionem accepit, memoratus verò Rex & ubi debuit, videlicet Aquisgrani, & à quo debuit sc. à venerabili fratre nostro Coloniensi utrumq; accepit.* Duo hic requirit Papa. Locum ubi debet fieri, est Aquisgranum, quod etiam per Carolum IV. in *A. B. tit. 25.* cautum est, à quo recedere noluit Carolus V. in Imperatorem coronandus, qui de peste Aquisgrani grassante nonnihil admonitus, respondit, se constanter decrevisse, nullibi nisi in antiqua Carolorum sede regni diadema assumere. *Hartm. Maur. de coronat. Carol. V.* Sed locus ille

hactenus ita strictè non est observatus, cùm multos in ipso electionis loco coronatos fuisse constet. Ferdinandus I. & II. Maximilianus II. & Matthias I. Francofurti, Rudolphus verò Ratisbonæ coronati fuerunt. Sic & in Gallia, utut jus coronandi sibi vindicet Rhemensis Ecclesia, & si alibi fiat, inhibitorias literas à Pontifice soleat impetrare, his tamen insuper habitis, sæpius Reges Galliæ, alibi & ab aliis Episcopis se consecrari curaverunt. Videatur tractatus Ivovis Carnotensis inter epistolas *n.* 189. Sugerius *in vitâ Ludovici*, chronicon Altissioderense *ad annum* 1154. Idem jus quamquam in Anglia Cantuariensi Archiepiscopo sit, tamen quandoque ei fuit derogatum. Nam Anselmo Cantuariensi exulante à Thomâ Eboracensi Henricus I. coronatus fuit. Henricus II. filium Henricum III. in Regem Angliæ coronari voluit apud Westmonasterium à Rogerio, Archiepiscopo Eboracensi, in Provinciâ Cantuariensi. *Matth. Paris p.* 117. *Roger. Hoveden. Sarisberiens. Epist.* 277. *&* 280. Sic in Hungariâ Rex Bela ab Archiepiscopo Colocensi coronatus fuit. *Vide Innocentii III. gesta. p.* 67. Et in Legibus regni Sueciæ cautum, ut, quamvis Rex Upsaliæ soleat coronari, alibi tamen, si necessitas urgeat, posse, *lib* 2. *Leg. Suec. c.* 7. Ipse coronandi actus est Coloniensis Archi-Episcopi, cui & assentitur *A. B. tit.* 4. Cùm enim Moguntino jus convocandi & interrogandi, Trevirensi primò censendi potestas & dignitas data, quid obstat, si Coloniensi jus coronandi Regem assignemus, cum verba *A. B. cui competit dignitas, nec non officium Romanorum Regi primum diadema regni imponendi*, clara sint & perspicua. Tum autem Coloniensi competere negamus, si nondum Episcopali pallio vestitutus sit, cùm consecrare, inungere, & coronare Reges sit muneris Episcopalis, quod Episcopus electus ante pallium acceptum expedire non potest. *C. nisi specialis* 3. *C. ad honorem* 4. Hinc alius Elector Ecclesiasticus succedit: In coronatione

Maxi-

Maximiliani II. Rudolphi II. & Matthiæ I. Moguntino coronandi dignitas delegata est: Eleonoræ verò Imperatricis coronationem Anno 1630. cùm nec Moguntinus nec Coloniensis essent infulati, Archiepiscopus Trevirensis peregit.

XXIII. Cùm igitur hæc coronatio pura puta sit ceremonia, quæ functione ministeriali Imperatori præstatur, nulloq; modo examinationem vel approbationem secum ferat, non persuadet Innocentius, quòd jus & auctoritas examinandi personam electam in regem, & promovendum ad Imperium ad se spectet. Quod jam dudum statuere veritus non fuit *Nicolaus Cusanus Cardinalis lib. 3. Concord. Cathol c. 4.* Cujus verba è multis pauca adducam: *Unctio*, inquit, *& coronatio, quos etiam legimus aliis Regibus tribui, nec arguunt in Papâ majoritatem super ipsam electionem confirmandam, vel infirmandam, vel super ipsum etiam Imperium, quod ad temporalia. Sicut nec unctio, quæ fit Regi Franciæ Rhemis, aut coronatio ipsiusmet Imperatoris per Archi-Episcopum Coloniensem Aquisgrani*: Et paulo inferius: *Ex quibus patet, unctionem & diadema nihil præstare imperiali potestati. Insignia enim illa, quasi ad majestatem sacram, quæ imperio inest, ostendendam, materiali visibili subjecto imperii, cum ceremoniis impenduntur, ut sint signa prædicantia admirandam illam potentiam, sicut similia in Romano Pontifice videmus fieri: Tamen ante omnia talia Papa est, post electionem. Fuit itaq; in veritate Imperator, dum in liberâ potestate habuit imperare, etiamsi vulgò ita non nominaretur.* Hæc Cardinalis, quem exhibet *Simon Schardius ICtus Syntagmate de Imperiali Iurisdictione p. m.* 361. Quin concludamus igitur cum *Antonio de Rosellis tractatu de Monarchia parte* 1. *cap.* 48. *Non sequitur: Papa examinat, inungit, coronat: Ergò ex hoc Imperator istam potestatem habet: Quia eâdem de causâ diceremus de Electoribus. Et tamen falsissimum esset dicere, hos coronantes vel eligentes habere universam potestatem terreni imperii, vel Principem habere ab*

illis imperii potestatem. Confer *Lupoldum Papeburgensem de juribus regni & imperii c. 5. & seqq.*

XXIV. Hæc fuit prima Pontificis ratio: Sequitur altera, ab absurdo. Si enim Papa non haberet jus approbandi, & adeò quoque reprobandi electum, fieret ut sive Principes in discordiâ, sive concordiâ eligerent sacrilegum, excommunicatum, tyrannum, fatuum, hæreticum, paganum, Pontifex eum coronare cogeretur. *Sacrilegus*, inquit *Sergius, in Eclog. IX. Virg. is est, qui sacra legerit, id est furatus fuerit*, quod desumsisse videtur ex *lib.* 1. *Satyr.* 3. *v.* 17. *Horat.* Ille autem sacrilegii reus est, non qui abstulit rem è loco sacro, e. g. privati alicujus bona (solebant enim sæpius ea in fanis deponi vid. *Brodæi Miscell. lib. 4. c.* 17.) Sed qui rem Deo consecratam surripuit. Ea sententia & placuit Imperatoribus nostris *l.* 5. *ff. ad L. Jul. pecul. Divi Severus & Antoninus Cassio Festo rescripserunt res privatorum si in ædem sacram depositæ subreptæ fuerint, furti actionem non sacrilegii esse.* Contrarium tamen placuisse Johanni Papæ videre est XVII. *quæst.* 4. & 5. Ingens autem est crimen sacrilegii: inde sacrilegus pellitur à sacramentis Ecclesiæ, *ita ut nemini fidelium misceantur. Caus. XVII. quæst.* 3. *c.* 5. *c.* 8. *c.* 21. Apud Athenienses pœna sacrilegii manifesta fuit capitalis. *Xen. lib.* 1. Ἀπομνημόν. Κατὰ γὰρ τοὺς νόμους, ἐάν τις φανερὸς γένηται ἱεροσυλῶν, τούτῳ θάνατός ἐστιν ἡ ζημία. Eadem pœna fuit statuta à Dracone, *Plutarch. in Solon.* testis est: Μία γὰρ ὀλίγου δεῖν ἅπασιν ὥριστο τοῖς ἁμαρτάνουσι ζημία, θάνατος, ὥστε καὶ τοὺς ἀργίας ἁλόντας ἀποθνήσκειν, καὶ τοὺς λάχανα κλέψαντας ἢ ὀπώραν ὁμοίως κολάζεσθαι τοῖς ἱεροσύλοις καὶ ἀνδροφόνοις. Imò nefas fuit illos in terra Attica sepeliri. vid. *Kirchmannum in append. ad libr. de funer. Rom.* Olim *Paganus* opponebatur militi, *Plin. lib.* 10. *ep.* 18. *Et milites & pagani certatim ei, quâ privatim, quâ publicè testimonium retribuerunt. Sueton. August. c.* 27. *Nam & Pinarium equitem Romanum cum concionante se admissa turba paganorum apud milites subscribere quædam animadvertisset* &c. *Iuven. Satyr.* 16. *v.* 33.

Ci-

- - - Citius falsum producere testem
Contra paganum possis, quàm vera loquentem
Contra fortunam armati, contraq; pudorem.

Originem *Iohannes Britannicus interpr. hujus Poëtæ* inde deducit, quòd Roma, teste *Dionysio Halicarnass. lib.* 4. divisa fuerit in tribus quatuor, pagos nominatas, in quibus habitantes pagani dicti fuerint, qui in nullam aliam habitationem transferri potuerint. Non capio sensum horum verborum: Vero similius videtur, quòd cùm pagani rustici, κωμῆται dicti fuerint, inde paganum ἀστράτευτον notare, quia hi de opere suo solùm sollicitii arma & gladios militibus relinquant. Posterioribus temporibus paganus Ethnicum notavit, ἄπιστον, quales homines antea nationes sive gentes vocabant. De ratione inter Autores non convenit. Vide sis *Doctissimum Rittershusium in Analect. Observat. ad Salvian. p.* 564. Placet *Desiderius Heraldus in animadvers. ad Arnob. Edit. Lugdun. p.* 4. qui inde appellatos censet, quòd sub Imperatoribus Christianis (sub Constantino potissimum id factum videtur) cùm omnes ferè fidem Christianam amplexi essent, horum religio coarctata in agris & pagis tantum hæserit. Subscribere huic sententiæ videtur, quem ipse etiam in testimonium citat, *Prudentius lib.* I. *contr. Symmach.* ubi

Sunt hæc barbaricis gentilia numina pagis
Quos penes omne sacrum est, quicquid formido tremendum
Suasit. Quod etiam innuit idem Prudentius, quando Romanum martyrio coronandum ita gentilis alloquentem inducit:
Non erubescis stultè, pago dedite.

XXV. Quid ergò? Estne tam grande inconveniens, si contingat eligi sacrilegum, excommunicatum, & deinceps, quòd Papa cogatur eum coronare? Quod nobis tantisper negare licebit, donec id aliter Papa Iñocentius probet, quàm per suum, *absit.* Quin enim sacrilegi, excommunicati, tyranni, fa-

ni, fatui, hæretici, pagani ſummum imperium habere poſſint, & habuerint, ſæpiſſimè adeoque reverâ ſummi Principes audiverint, non eſt dubium, quidquid fiat de coronatione Papali.

CAP. IV.

Ubi examinatur Pontificia confutatio.

I.

AGgreditur Pontifex Principum intentionem confutandam. Theſis Principum: *Legatus Pontificius neq; Electoris geſſit perſonam in approbando Ottonem & reprobando Philippum, neq; cognitoris. Ergò nullo jure egit.* Concedit utrumque Pontifex: *Non Electoris, quia nec fecit aliquem eligi, nec elegit. Non cognitoris; Quia eligentium factum neque confirmavit, neque infirmavit.* Id eſt: Non magis alteri eligentium parti favit, quàm alteri: Electores uni parti adhærentes non præhabuit alteri. Ideoque electionem, quantum ad eligentes non improbat: ſed quantum ad perſonam electam. Quid ergò? Datur tertium, ait Innocentius. *Nempe denunciatoris egit perſonam.* Quid ergò denunciavit? Philippum privatum eſſe per ſententiam Papæ ſperatâ dignitate, tanquam inidoneum, ad imperium obtinendum. Cur verò inidoneum: *An propter ſtudia eligentium, quod Electores ſtudio partis Philippea id fortaſſe dederint?* Minimè. Jam ante enim prædixerat Pontifex, ſe factum eligentium non incuſare. Et ſi propptereà impugnata fuiſſet electio, citandi fuiſſent utique Electores, & locum habuiſſet Principum objectio. *Ergo propter merita electorum*, id eſt, eorum, qui electi erant. Ergò electio fuit reprobata, non vitio eligentium, ſed meritò eorum, qui electi erant. Benè ſcilicet merito Ottonis, malè-merito Philippi.

II. Er-

II. Ergone nihil habet Pontifex, quod circa actum Eligentium desideret? Ita præ se fert. Sed statim vela vertit. Et primum Electioni Philippi opponit paucitatem Electorum. Plures enim in Ottonem consensisse ait: sed falsò. Videantur Historici suprà à nobis allegati. Et ait *Hostiensis, solum Coloniensem & quendam alium in Ottonem consensisse.* Deinde vitiosum electionis actum pronunciat, quod fautores Philippi, absentibus aliis & contemtis eum eligere præsumserunt, cùm explorati juris sit, quòd electioni plus contemtus unius, quàm contradictio multorum obsistat. Et facit huc *c. quod sicut* 28. *ibi*: quod si eos non vocatos fuisse. *c. in genesi.* §. *X. de Elect. & el. pot. can. obeuntibus* 30. *inf. distinct.* 63. Hocque accidit in Cunrado III. cujus electionem Saxo & Henricus Bavariæ Dux, quòd non invitati essent, planè improbarunt. *Sigon. lib.* 2. *de Reg. Ital.* Sic cùm in electione Maximiliani I. Ladislaus, qui Bohemiæ imperabat, non vocatus esset, tàm ægrè tulit, ut non solùm arma minatus fuerit, sed & electionem ante ratihabere noluerit, quàm sub pœna 500. marcarum auri, ne in posterum præteriretur, transactum esset. Unde non solùm electionis actum vitiosum, sed Electores eligendi jure privatos fuisse Pontifex concludit. Tertium, quod in electionis actu desiderat, est, quod nec ubi debuerit, nec à quo coronam & unctionem acceperit Philippus. Debuisse enim Aquisgrani & ab Episcopo Coloniensi accepisse.

III. Jam pergit Pontifex ad alteram Principum objectionem: At non debuit Pontifex statim ab exsecutione & condemnatione incipere: sed ab accusatione. Respondet dupliciter: Primò, quòd manifesta impedimenta Philippi non accusatione, sed condemnatione indigeant. Deinde, si maximè impedimenta nulla fuissent, tamen Pontifici jus esse, si vota Principum sint paria, alterutri parti accedere, seu favere. Quod jure pariter & exemplo probari ait. Ex jure: Quia

Apoſtolica ſedes advocato non debet carere, ob culpam alienam. Ergo ſi Principibus de perſonâ eligendâ non convenit, Papa alterutri favere poteſt, ut defenſorem accipiat. Ergo Electoribus negligentibus Imperatorem eligere, Papa eliget, & ſi plures electi ſunt, de jure utriusque cognoſcet & definiet, & ſi aliqua partium contumax fuerit, non obſtante ipſius abſentiâ in causâ procedet, &, ſi omnia paria ſunt, favere poterit, cui voluerit. Scilicet hæc ſunt ποεἰσματα Canoniſtarum. Quæ omnia gratis dici ex ſuperius traditis conſtat.

IV. Imperatorem Innocentius appellat Advocatum Eccleſiæ. Advocare eſt cogere, qui adſint & conſilium ſuggerant in judicio periclitanti, ut oſtendit contra Lipſium *Gronovius in not. ad Senec. p.* 54. Sic Demipho in *Phorm. Terent. act.* 1. *ſc.* 1. inquit *at Ego Deos penates hinc ſalutatum domum divertar, inde ibo ad forum, atq; aliquot mihi amicos advocabo, ad hanc rem qui adſient.* Inde advocatus, qui præſentiam ſuam ita commodat amico, & advocatio, pro numero hominum in hanc rem convocatorum. *Plaut. Epid. act.* 3. *ſc.* 3. *Res magna amici apud forum agitur: ei volo ire Advocatus*: Idem *Pœnul. act.* 3. *ſc.* 6. *factum à vobis comiter: bonam dediſtis advocati operam mihi: Cras manè quæſo in comitio eſtote obviam. Cicero pro Quint. c.* 14. *nil hoc tanto negotio; nil tam invidioſo judicio, nil tam copioſa advocatione uterer, ſi petendum eſſet.* Hinc advocationem petere eſt *Ciceroni lib.* 7. *ad famil. ep. XI.* contendere à prætore ſeu illo, qui jurisdictioni præeſt, temp⁹ advocandi àmicos & cum iis conſultandi de re, ob quam quis & in jus vocatus vel litem expertus. Sub Imperatoribus Advocatus pro patrono cauſarum & reorum defenſore uſurpari cœpit. Res clara eſt ex *Dial. de corr. cauſſ. Eloq. c.* 1. *horum autem temporum diſerti, cauſſidici, & advocati, & patroni, & quidvis, potius quàm Oratores vocantur.* Sed quare Innocentius vocat

cat Imperatorem Advocatum & defensorem? quia scil. Ecclesia Romana est sub tutela Imperatoris, adeoque Imperator tutor honorarius: *Res humanæ*, inquit, *Leo Pontifex in canon. res autem 23. quæst. 5. non aliter tutæ esse possunt, nisi quæ ad divinam confessionem spectant, & Regia & Sacerdotalis defendat autoritas.* Videtur autem tutela illa in Carolo M. initium habuisse, quippe qui subjugatâ Italiâ, Desiderioq; Longobardorum Rege ejecto, ipse Romam profectus, à Papa, Clero, atq; Populo, condito Senatuscons. quod decretum Adriani Papæ appellatur, Patricius Romanorum & Advocatus Romanæ Ecclesiæ creatus est.

V. Sequitur probatio Pontificis ab exemplo Conradi & Lotharii: Sed falsò causam, quare Lotharius retinuerit imperium in coronationem transfert. Res ita se habet. Decesserat Henricus V. superstitibus ex sorore sua Hagna nepotibus Friderico Duce Sveviæ & Conrado Duce Franciæ. *Mut. lib.* 17. Principes imperii Moguntiæ conveniunt, ibique habito de successore consilio, unum ex quatuor optimatibus (erant ii Lotharius Dux Saxonum, Fridericus Dux Svevorum, Leopoldus Marchio Orientalis, & Carolus Comes Flandriæ *Godofr. Viterb. p.* 509.) successorem designare laborant. Lothario tandem quamvis acriter renitenti imperium ingestum est. Malè id multos habuit, imprimis quòd nepotes Henrici dignitate tantâ privati essent. Unde Lotharius periculum imminens sentiens, in id incubuit, ut autoritati nepotum illorum quid detraheret. Inde Honorium Papam excommunicationis fulmine percuti eos jubet, quo illi non exterriti (horrificaverat enim hoc dignitatem illorum) copias contraxere. Conradus à fratre & quibusdam aliis Rex creatus in Italiam movet, primum Mediolani, corona ferrea ab Episcopo coronatus: *Mut.* Sed cùm nec ibi res ex animi sententia succederent, nec fratris res in Germania florerent, gratiam pacis in-

tercedente Bernhardo Abbate Claræ vallensi, *Vrspergens.* cum Lothario reconciliat, depositaq; regia appellatione suis contentus vivit. Circa coronationem ipsam Lotharius, si vera sunt quæ vulgô narrantur, vesaniam suam, immane quantum prodidit. Ad pedes enim se Papæ dejecit, & confirmatis Papæ primùm honoribus coronam à manu ejus recipere non erubuit. Unde posteà in summum Imperatoris ludibrium in Laterano Historiam coronationis depingi curarunt, Innocentio Pontificali insidente cathedræ, & ad genua sua provolutum habente Imperatorem subnexis seqq. versic.

Rex venit ante fores jurans prius urbis honores:
Post homo fit Papæ, sumit quo dante coronam.

VI. His ita præmissis incipit Pontifex recensere impedimenta Philippi, quæ sunt *excommunicatio*, *perjurium*, *persecutio Ecclesiarum.* Excommunicatio gravis olim disciplinæ Ecclesiasticæ severitas, præsertim major illa, quæ non tantum à perceptione sacramentorum, sed etiam à consuetudine & societate fratrum aliorumque fidelium repellebat. *cap. pen. de sentent. excomm.* Hinc excommunicatus Satanæ tradi dicitur *c.11.q.3.c.32.* à Corpore Christi separari nec Spiritu ejus vegetari: *ibid. c.33.* Ita in Ecclesia Græca excommunicati segregantur à conjunctione Patris, Filii & Spiritus S. nec non à communicatione trecentorum & octodecim Spiritu Dei actorum Patrum Nicænorum omniumque sanctorum, ita ut ipsos eadem, quæ Diabolum & Judam maneat hereditas. *Christoph. Angel. de statu & ritib. Eccles. Græc. c. 25.* Sed Philippi excommunicatio ita habebat. Apulia cum Sicilia & Calabria imperio Henrici VI. jure belli cesserat. Sed ille Herculis sidere procreatus esse videbatur. Ita quasi ab angue Lernæo cæsa hostium capita de sanguine ipso renascebantur. Gens sub suo Rege, suisque legibus vivere consueta, servitutis jugum pati nesciebat. Igitur Imperator omnia, quæ rebel-

lionis

lionis materiam esse putabat, planè tollebat. Reginam Apuliæ Sibyllam in monasterium mulierum Hohenburg, quod est in Alsatia, mittebat. *Mut. in Chron.* Vades insuper quosdam ex Apulia adducebat, ut de subjectione, & fidelitate certior esse posset, inter quos erant Archiepiscopus Salernitanus, Duo Comites Germani fratres, ut & quidam, qui piraticam fecerat, nomine Margaritus. *Vrspergens. in ann. Henric. VI.* Sed nec sic deterreri potuerunt, quin fidem sæpius datam more suo perfidissimè violarent. Henricus licet ab armato hoste etiam pœnas expetiturus erat, de obsidibus tamen etiam supplicium sumere voluit. Oculis ergò omnes excepto illo Archiepiscopo privari, privatosque in ulteriori custodia detineri jussit. Post mortem Henrici misit ad Philippum Papa Episcopum Sutrinum ad repetendum ab eo vades & imprimis Archiepiscopum Salernitanum. Philippus non solùm Papæ obsides remisit, sed ut ab eodem Episcopo audivit de sententia excommunicationis. *Vrspergens.* (ergò non publicè & solenniter vinculo excommunicationis erat innodatus) eundem, ut se absolveret, rogavit. Annuit petito Legatus. Papa autem, quòd illicitè eum absolvendo fines mandati excesserat, privatum Episcopatu in quandam insulam relegavit. *Vrspergens.* Dicis: Ergò non est electus excommunicatus; Respondet Papa, imò eodem excommunicationis vinculo est innodatus, quia absolutio illa Episcopi non potest non esse irrita, quia eum, qui à Papa excommunicatus, Episcopus propriâ autoritate absolvere non potest. Addit, quòd nec licuerit illud facere jure legationis, cum legato mandata migrare Domini sui concessum non sit.

VII. Sutrinus autem Episcopus dicitur à loco, cui fuit præpositus, Sutrio nimirum, unde illud Plautinum, *cum cibo suo venire quasi eatur sutrium*, quod Festus explicat,

acunis ita explendis ut videtur: *Sutrium quasi eant, utique in proverbium abiit ex hac caussâ. Gallico tumultu quondam edictum est, legiones Sutrii ut prasto essent cum cibo suo, quod usurpari cœptum est in iis, qui suis rebus opibusque officii quid præstarent, quibus deberent.* Archiepiscopus Salernitanus *fuit Romualdus seu Rumoldus cognomine Guarna (cognomen hoc reperi apud unicum Iohannem Ant. Summont. qui res Neapolitanas lingua populari scripsit, ediditq; Neapoli Anno* 1601.) *familiaris Wilhelmi II. Siciliæ Regis scriptor Chronici & Concordatorum inter Fridericum I. Imperat. & Alexander III. P. R. ann.* 1177. *Iste Romualdus & fratres ejus tanquàm fautores Tancredi antiCæsaris & conjurationis adversus Henricum VI. conscii unacum Sibylla vidua VVilh. & filio Rogerio (falsò VVilhelmum III. adpellari à nonnullis scribit Fazellus) ex filiabus tribus captivus in Germaniam fuerat missus ann.* 1195. *& custodiendus traditus Vecillo Bercensi, quem Bzovius ex Epistol. Innocent. VVicelium Berclejum vocat. Ità Sigon. lib.* 15. *de regn. Ital. Potuit & inter vades Apuliæ esse, de quibus Nauclerus.*

VIII. Quod attinet Marcoaldum, hic est Marquardus de Anvvieler, qui cum dapifer & minister esset Henrici, ab eo dimissus, ducatu Ravennæ & Romaniæ, cum Marchionatu Anconæ honoratus est. *Vrsp.* Seniscalcus imperii generalis dicitur *Naucler. gener. c.* 40. Est autem senescalcus Regiæ mensæ præfectus, Oeconomus sive architriclinus. *Voss. de vit. ser. lib.* 2. Illustris fuit hæc dignitas tempore Caroli M. ut ex *Hincmaro Rhem. ep.* 3. *c.* 16. *&* 23. idem pluribus demonstrat. Perfidum hunc vocat, quia cùm tutorem regni professus esset, viam ad Regnum occupandum affectans, à Constantia matre Friderici hostis regni judicatus erat. Dei autem & Ecclesiæ inimicus erat, quòd ab Innocentio ob Patrimonium D. Petri devastatum excommunicatus erat. Imputat autem ei, quòd Fridericum possessione maternâ privet. Duxerat enim Henricus

ricus vivô adhuc Patre suo Friderico Constantiam Rogerii Regis Siciliæ neptem Gvilielmi I. filiam, quo mortuo, cùm filius Gvilhelmus II. imperii heres non diu superstes esset, regnum Apuliæ & Siciliæ affini suo Henrico reliquit. Hinc possessionem maternam vocat, quia mater ejus regno Siciliæ quasi dotata Patri Henrico nupserat.

IX. De excommunicatione primo notorio crimine prolixè satis egit Innocentius: succedit alterum, cujus Philippum insimulat, quod est perjurium manifestum. Jure civili in perjuros nulla pœna constituta, si per Deos pejeraverint, contra si per Imperatoris venerationem pœnis præsentibus castigantur *l.13. § ult. ff. de jurej.* Scilicet jusjurandum perinde æstimandum, quàm si quis Jovem fefellisset: deorum injuriæ Diis curæ sunt, ut in accusatione *Rubrii Tiberius*, dicebat. Tacitus 1. *Ann. c.* 73. Inde creditum priscis; eos, qui pejerando Deos lædere veriti non fuissent aliqua corporis parte debilitari mutilarique, vel statim ab ipsis puniri. Res clara est *Horat. lib. 2. Od.* 8. ubi perjuræ meretrici non solùm nullam earum, quas ridiculè narrat, pœnarum, inflictam esse memorat; sed eam etiam multò jam pulchriorem melioremq; in publicum prodire mirabundus refert. Ita à Jove solere ejusmodi violatores fulmine tangi ex Luciani Timône, & Aristophane probat *Turneb. Adversf. 25. c. 9.* ab Iside autem oculis privatos observat. *Andreas Schott. observ. hum. lib. 1. c. 6.* Hæc omnia licet suo modo stare possint, tamen in perjuros pœnam etiam constitui ab Legislatoribus non solùm utile, sed & necessarium est. Laudandi eo nomine Ægyptii, quibus perjuri supplicio capitis afficiebãtur, quòd duplici se scelere polluissent, puta, lædendo pietatem erga Deos, & fidem, quæ humanæ societatis firmamentum esset, violando. *Diodor. Sic. Biblioth. Hist. lib. 2. cap. 3.* Acres etiam in delicti hujus censura videntur fuisse Honorius & Theodosius Imperatores; in criminalibus

libus enim, si pejerassent dignitate spoliari voluerunt, quippe qua se per suum perjurium indignos probarint, ut in eos, utpote illustri dignitate per suũ facinus privatos, inconsulta etiam principum pietate judicibus legum severitatem exercere liceat. *l.*17. *lib.*12. *C. de dignit.* Jure Canonico non solùm non debent promoveri ad honores, sed etiamsi promoti sint, debent repelli *capit. querel, de jurejur.* Et hæc mens etiam est Innocentii. Cur autem perjurum vocet, illud ipse inferi' probabit. Quod attinet Philippum, promiserat is vivo adhuc Henrico, filio ejus, jurejurando fidelem se fore, non solùm ut patruum decebat, sed effecturum insuper, ut cùm Rex Romanorum jam electus esset, post mortem Parentis Imperator quoq; consensu Principum creari posset. Hoc Papa eum violasse putat, quia ambitionis vitio regnum sibi jam usurpare præsumsit, sed quid tum? ipse ab aliis electus est Imperator: Ergo non poterit dici perjurus: Si vi invasisset imperium, effatum Papæ esset verum: jam cùm à Principibus illud ipsi delatum sit, nullus non videt, quàm benè hæc dicat Innocentius. Accedit, quòd tutoris autoritas minimè sufficiebat ad instaurandas reipubl. parietinas. Imperatore ergò opus erat, cui dignitati capessendæ, cùm Fridericus junior esset, nemo præter Philippum idoneus erat. Geminum huic est, quod apud *Iustin. lib.*7. *c.* 5. habetur. Philippus Parens Alexandri M. egerat tutorem pupilli: regnum erat ægrum & fatigatum, imminebant graviora bella, serumq; auxilium in exspectatione infantis erat: quid fiebat? Philippus à populo regnum suscipere suoq; nomine administrare compellebatur. Par hic ratio: *Cùm viderent, inquit Mutius lib. 19. Chron. multi Principes, distrahi, quæ erant, imperii propria in Latio & Sicilia, nec satis autoritatis esset tutori, quidam Principum elegerunt Philippum in Regem.*

X. Sed poterat Philippus excipere, neq; se jus jurandum violas-

violaſſe, quia imperium Friderico non eripuiſſet, ambitionis vitio: neq; opus fuiſſe abſolutione cùm per ſe impertinens fuerit jusjurandum. Reſpondet Innocentius, quòd nihilo minus debuiſſet conſulere ſe, abſolutionemq; illius juris jurandi petere. Facit hîc pro Philippo Gloſſa: *Vnum tamen notandum* inquit, *quod non ſolum in temerariis, ſed etiam in juramentis licitis licet venire contra ſine autoritate ſuperioris, ſi neceſſitas urgeat, nec posſit haberi ſuperior, à quo petatur abſolutio.* Neceſſitas enim urgebat, nec erat ſuperior, qui abſolveret ipſum. Papa enim, licet ſuperiorem eo fuiſſe fingamus, hoc beneficium ipſi non præſtitiſſet, niſi donis eum expugnaſſet.

XI. Jam ad progenitores Philippi movet Papa, quam tamen cenſoriam notam meritò lucrifacere debebat Philippus. Et eſt hoc tertium notorium crimen, perſecutio manifeſta. Primus, quem producit, eſt Henricus, quem tamen, ut à tanto crimine liberemus, laborandum erit: facilè autem hoc fieri poterit, ſi illius temporis Hiſtoricorum fidem appellemus: Agebat in Galliis Synodum Paſchalis II. Papa, ubi inter multa, quæ pro tempore & neceſſitate corrigenda, corrigebat, decretum etiam de coërcenda Laicorum in Eccleſiaſticas dignitates poteſtate promulgabat. Henricus ut audivit, miſit ad Papam totamq; Synodum, nunciavitq;, ſe privilegio de inveſtitura clericorum cedere non poſſe. Nec id injuriâ: Carolo enim M. jam antea id erat conceſſum in decreto illo, cujus jam ſuperius mentionem fecimus, Adriani: *Inſuper*, dicitur ibi, *Archiepiſcopos & Epiſcopos Adrianus ab eo*, ſcil. Carolo, accipere inveſtituras definivit. Idem jus poſteà fuit Ottoni I. Imp à Leone VIII. Pontifice confirmatum, cujus bulla ſuper hac re exſtat. *C. in Synodo diſtinct 63.* Papa, qui in Gallia peregrinus concedit Imperatori inducias, ut de hac re cogitet, donec veniat ipſe Romam. *Vrſpergenſ.* Non longo tempore poſt Romam inſtructus exercitu venit, ubi

post mutuum complexum, cùm à Pontifice sollicitaretur, de se non immiscendo investituris Ecclesiasticis, ille non solùm id denegavit, sed eundem Pontificem ipsum aliter coronare recusantem, cum Cardinalibus & magna clericorum parte captivum sub militari custodia sexaginta & unum dies apud castrum quoddam in Sabinis detinuit, donec Pontifex nunquam se Henricum de investituris Ecclesiarum inquietaturum, aut eum excommunicatione perculsurum promittere coactus fuit.

XII. Pergit ad Fridericum Pontifex. Hic est Fridericus ille à rufa barba Ænobarbus (Italis Barbarossa) nominatus filius fratris Conradi Imperatoris, Imperator ipse rebus gestis clarissimus. Imprimis laudandus illo nomine, quòd Papam in ordinem redigere, ejusq; potestatem circumscribere in animo habuit: Majori sanè laude dignus, si propositi tenax fuisset. Primus, cum quo contendit fuit Hadrianus Papa, qui in literis ad Imperatorem, dignitatis & honoris plenitudinem, coronamq; imperialem se ei contulisse, gavisurumq; si majora beneficia ei conferre posset, scribere non erubuerat. Mortuo Adriano, duo de principatu Ecclesiastico certabant Alexander, & Victor. Fridericus utrumq; jubet ad se Papiam venire, ut caussâ eorum per prudentes & sapientes cognitâ justè in tanta re judicetur. Alexander non confidens Friderico, cujus tam apertè semper hostis fuerat, Anagniam se confert. Fridericus animo oppidò iniquo fert, quòd fidei ejus se credere noluerit. Mittit ergò legatos, qui, ut ad Papiensem Synodum veniret, imperarent: in illa legatione nominat eum Imperator Cardinalem; id quod non mediocriter commovit Alexandrum, ut responderet, Romanum Pontificem à nemine judicari debere: Victor vero vocatus ab Imperatore comparet: hunc Synodus Papiensis uno omnium consensu Papam declarat, Cæsarq; eum Papam salu-

tat

tat, eqvumq; ejus majorum more per urbem deducit. *Mut. l.* 8 Hæc fuit origo & caussa schismatis illius, quod per 20. annos duravit: eam si inspexisset Innocentius, Fridericum eo nomine inter persecutores referre nullo jure potuisset.

XIII. Hæc de Friderico. Quid jam de Henrico fratre Philippi? Sanè plurima inter quæ istud, quòd *Auximianum Episcopum alapis cædi fecerit. & Pilos de barba evelli.* Si M, Papirius Gallum barbam manu tantum permulcentem ferre non potuit, nec se continere, quin scipione eburneo in caput incusso se ulcisceretur *Liv. lib.* 5. 41. multò major sanè injuria & ignominia erit, pilos è barba planè evellere, quod quamvis olim inter modos depilandi fuerit, si fides *Martiali lib.* 8. *ep.* 48.

Pars maxillarum tonsa est tibi, pars Tibi rasa est,
Pars vulsa est; unum quis putet esse caput:

tempore tamen illo planè exolevisse videtur. *Feudor. lib.* 2. *de pac. ten.* §. *si quis aliquem ceperit*, vocatur barbam expilare, & delictum hoc perpetranti pœnæ loco injungitur, ut decem libras ei, cui injuria illata esse videatur per compositionem impendat, judici verò viginti libras persolvat.

XIV. Sequitur μετάστασις quà à principibus ipsis dolosus ille captator argumenta persvadendi sumit: sed sunt illa ficulnea, ex quibus nil præter plebejum vanæ opinionis succum exprimere possis. Tum enim electio cessaret, nullusq; nisi ex domo Ducum Sveviæ ad majestatem imperialem evehi posset, si Fridericus Conrado, vel Henricus Friderico successisset jure hereditario, non electione consensu principum facta. Sed cum electos esse à principibus constet, non prolixi erimus in his refutandis, cùm pluribus hac de re actum sit. Viderit Innocentius, ne eo ipso, quo obtrudere Principibus Ottonem voluit, eos libero eligendi arbitrio privare in animo habuerit.

XV: Tandem ad caput rei accedit: ſcopus Epiſtolæ erat perſvadere duci Zaringiæ, ut Philippi partibus relictis Ottoni adhæreret: in eo autem minus ſe impetrabilem fore confidebat, ſi apertè rem ipſam loquens nulla circuitione uteretur Principum primò extulit, deinde de ſua poteſtate quid addidit, Philippiq; flagitia commemoravit: His jam præmiſſis, ut Ottonis partes eligat, Ducem adhortatur *in Domino & per Apoſtolica ſcripta mandat*. Nos finem hic facimus.

Cùm vacaturas nunciaret Typotheta aliquot pagellas, viſum fuit adjicere Epiſtolam πολιτικωτάτου Forſtneri, ad Bæneburgium Baronem. Mæcenatem quondam etiam meum benigniſſimum.

Illuſtriſſime Domine.

LIteræ Tuæ 8. Octobris datæ, nudius tertius mihi redditæ fuerunt; prolixi amoris tui, & erga me benevolentiæ teſtes. Quid reponam non habeo, niſi animum beneficii gnarum & cognoſcentem, & ſiccubi occaſio erit, redhoſtiturum. Quod autem mea, Tuâ commendatione, Eminentiſſ. Electori placent, quod is mei meminit, qui de ſtatu meo ſtudiisq; ſæpè percunctatur, id verò tale eſt æs alienum, quod à me nulla ratione expungi poteſt. Illum enim ego Principem cum paucis ac propè ſolum Germaniæ noſtræ Atlantem, & libertatis ſimul ac pacis vigilantiſſimum cuſtodem novi, cui non Reſp. modò, ſed ſinguli quoque ſalutem & incolumitatem, ideoque viciſſim vota ſua precesq; ad Deum pro vita, ſalute, & incolumitate ejus debent. Venio ad præcipuum Epiſtolæ Tuæ caput, *quo me ad ſcribendam legum noſtratium, ſeu Imperii receſſuum hiſtoriam* invitas. Quæ profectò ſparta eſſet, quam ipſe nullo hortante arriperem, & ad quam genius meus nemine impellente ſponte perferretur. Sed cùm, uti par eſt

omnia,

omnia mecum reputo, quæ tantum op' aggredienti in promtu esse debent, à quibus me planè destitutum video: nimium temeritatis conatus ille mihi habere videtur, à quo nisi cum famæ jactura regredi non liceret. Noscenda Reipubl. quæ quoque tempore fuerit, natura, forma, facies, libertas. An uni' potentia prævaluerit? quis ad Comitia accedentium animorum habitus? qui fines? quæ spes metusvè? quæ causa Cęsarem ad vocandos Imperii Ordines permoverit? (plerumque enim aliam in publico edisserere, aliam in secreto seclusam tenere mos est.) Boni publici cura, an regnatricis Domus commoda? Necessitas an ambitio? Tenenda ad unguem illorum temporum historia: quæ *Fridericus III.* (sub hoc enim exordienda tela esset) cum Gallis & Carolo Burgundo, *Maximiliano I.* Pontifice Romano: cum Galliæ & Angliæ Regibus, cum Venetis, cum Helvetiis, quę *Carolo V.* pręter jam enumeratos cum Germaniæ Protestantibus, quæ Ferdinando I. Maximiliano II. & Rudolpho II. cum iisdem & Turcis res intercesserint, sanè multæ & magnæ. Et superioribus quidem, Friderico, Maximiliano, Carolo, cum Fratre Ferdinando, qui gesta ipsorum, quanquam impari successu laudeque perscripserunt, non defuere decora ingenia, non ex Germanis tantū, sed & externis; Gerardus Rous, Bilibaldus Prichhaimerus, Johannes Sleidanus, Bellaii Fratres, Guicciardinus, Johannes Baptista Hadrianus, Tarcagnota, Ulloa & alii. Maximilianus II. & Rudolphus II. quanquam multa gestorum fama, tanquam nihil egissent, pene silentio transmissi sunt.

Etsi enim bella Hungarica, ab utroque gesta, pluribus Scriptoribus memorata fuerint, celebribus, obscuris, claris, putidisq;; aulæ tamen facies, utriusq; Principis inclinationes, Maximiliani egregium erga Rempubl. & Ecclesiam concordiæ studium & moderatio; *Rodolphi* ingenium à Reipubl. curis, ad ignava pictoriæ, sculptoriæ, aurifactoriæ, Mathemati-

ces ſtudia traductum, ſimul omnis potentiæ in Poplios, Rumphios, Hannibaldos, cæteraq; publici odii nomina transſcripta; præterea arcanus erga gentiles Græcenſes favor, in Mathiam fratrem odium, tum hujus cum Auſtriacis & Hungaris conſpiratio, extortaq; Rudolpho regna, poſtremo Aquisgranenſis Donavverdenſisq; controverſia, & Iuliacenſis hæreditas, atq; inde nata infauſta Ligæ unionisq; nomina, haud perinde poſteritati innotuerunt. Poteramus earum rerum notitiam à *Nicolao Iſtuanfio*, Rudolpho Cæſari à Secretis, minimè abſurdo rerum Hungaricarum Scriptore, ſperare, ni præpropera mors hominem è medio curſu nobis eripuiſſet.

Fama eſt, Comitem *Kevenhillerum*, qui multos annos Cæſareum in Hiſpania Oratorem egerat, illorum temporum hiſtoriam condidiſſe, ſed illius, quantum mihi conſtat, nihil in publico comparuit. Una tantum in Bibliotheca mea exſtat *Contareni Veneti* apud Rudolphum Legati Relatio, manu exarata, ex qua aula illius, Cæſariiq; & Præpotentium miniſtrorum ingenium perdiſcere licet. Matthiam Imperatorem breve Regnum, & morbis invalida Senectus, & opportunus exceſſus turbis & bellis ſimulq; horum memoriæ ſubduxerunt. *Ferdinando II. Imperatori*, Conſilio, factis, fortuna verè maximo, unum ad felicitatem defuit, dignus parq; rebus geſtis præco.

Non me latet, à Tillio *Eryc, Puteanum, à Ferdinando Forteguerram* quendam Florentinum magnis ſtipendiis ad ſcribendam hiſtoriam invitatos. Ipſe Ferdinandus cucullato cuidam Auguſtiniano id muneris detulerat, & cum is exſpectatione minimè reſponderet, plures nominati, omnes rejecti fuerint. Ego ſemper *Nicolaum Burgundum tunc Ingolſtadii* agentem, præ cæteris tantæ Provinciæ idoneum credebam, attamen præter *Auguſtiniani*, quem modò dixi, exiguum ſpecimen nihil in lucem prodiit.

Suc-

Successere alii, nullis neq; publicis, neq; privatis suffragiis, non Principum mandatis, non auspiciis, non stipendiis, suâ tantum ambitione, & fœdâ adulandi libidine auctorati. Æquum tamen est, ex Proletariorum istorum numero eximere, *Leonhardum Papum* Canonicum Constantiensem, & Galeacium *Gualdum* Vicentinum, cum duobus aut tribus aliis Italis, qui Historiæ decus cum laude tutati sunt. Si qui sunt alii, mihi ignoti, ij meam potius inscitiam excusabunt, quàm accusabunt malignitatem. *Porrò*, etsi historia nihil nos ignorare sineret earum rerum, qui negotiorum, hominumq; intima cognitione nos instruerent, tamen quæ postea in ipsis Comitiis proponuntur, tractantur, disputantur, quotusquisque ita, ut oportet, novit, nisi qui rebus ipsis interfuit, aut qui *actorum* omnium copiam habuit. Ea verò omnia Emin.[mi] Electoris Moguntini Secretâ sanctaq; custodiâ asservantur, apud cœteros Principes, per partes tantum, & membra, in Principis mei Chartophylacio propè nulla extant. Quòd si & ista omnia suppeterent, quando tamen plerumq; aliud ore promtum, aliud pectore clausum habent homines, ad intima consultorum, verosq; fines penetrandos acerrimo judicio, & exactissima solertiâ opus est.

Omisi, quod minimè prætereundum fuerat, Germanicis rebus plerumq; Pontificis Romani, Gallorum, Hispanorum, Principum Italorum nepotia misceri, qui non minus quàm nostra exactè noscere necessum est: Postremum, ut nihil omnium istorum scriptori desit, quis tam demens, tamque suæ salutis contemptor erit, ut intractabilia, medentisq; manum refugientia Reip. vulnera, dominantium, ambitionem, immodicam Procerum & contumaciæ propiorem libertatem, horum illorumq? Consilia artesq;, exterorum quoque vulpinas, suisq; tantum utilitatibus tendentes fraudes, nostram ex diverso stupiditatem, bonas sed vanas sine auxilio leges,

ges, malos mores, lites ac controversias, quæ Judiciis habebatur, armis vindicatas, elusam deniq; potentia rerum judicatarum vim & auctoritatem tangere audeat. Sunt ista Ill. Baro, quæ non me tantum ista ætate, tamque affectâ valetudine hominem, sed alios quoq; corpore animoq; me valentiores â tanti non minus periculi quàm momenti incepto deterrere possunt. Quanquam fortasse non deerunt, qui vanâ virium præfidentiâ & necessarii ad tantum conatum instrumenti ignoratione, de posteritatis, quæ suam cuiq; decus rependere solet, judicio securi rem aggredientur, quæ nisi ipsis, nulli placebit. Mihi illud Plinii probatur, magis in studiis homines timorem quàm fiduciam decere. Vale Illustr. Dn. & me amare perge.

Mombeligardi Idib. Octob.
Anno 1662.

Tuus Illustr. Dn. omni obsequio, cultu, reverentia

Chr. Forstnerus,

Illustr. Dn.
Dn. Iohann. Christiano Baroni à Boineburg. Emin. Principis Electoris Moguntini Consiliario intimo & summo Aulæ Mareschallo.

FINIS.

INDEX RERUM ET VERBORUM.

A.

Abbatiæ in Germania sexaginta tres. 132. d. 5. th. 15.

Absentem & inauditum quenquam damnari Capitulatio Caroli cavet. 265. d. 10. th. 4.

Academia Lipsiensis à Friderico Bellicoso fundata 318. d. 11. th. 10. Est in clientela Episcopi Merseburgensis 141. d. 6. th. 1.

Academia wittebergensis pro Luthero Romam evocato intercedit 144. d. 6. th. 3.

Acht-Erklärung vid. Proscriptio.

Actorum Disputationis Lipsiensis contra Indulgentias Scriptores 143. d. 6. th. 2.

Acta cum Luthero Wormatiam evocato 164. d. 6. th. 19.

Adriani Pontificis confessio de corruptelis Ecclesiæ 138. d. 5. th. 21.

Advocatia seu patrocinium Ecclesiæ Rom. competit Imperatori dupliciter jure 98. d. 4. th. 12.

Advocatum seu patronum alicujus Ecclesiæ esse competit solis Regibus & Principibus 326. d. 11. th. 12

Ætas minor Principis in Electoratu successuri, octodecim annis circumscribitur 52. d. 2. th. 7.

Albertus Brandeburgicus, Magister Ordinis, Prussiæ Dux creatus, &c. 29. d. 1. th. 21.

Altaria primum erigi cœpta super sepulchra martyrum 129. d. 5. th. 12.

Ambasiator unde, & quis sit 179. d. 7. th. 4.

Ambacht/ Ambascia, &c. Ibid.

America detecta 19. d. 1. th. 15.

Angliæ Reges præscribunt sibi titulum Franciæ Regum 22. d. 1. th. 18.

Angliæ Regi jus olim dixit Justitia Magna 75. d. 3. th. 8.

Angliæ Reges juramentum fidelitatis præstant ratione quarundam provinciarum Galliæ Regibus 100. d. 4. th. 12.

Anhaltinus seu Ascaniæ Princeps primus fuit Bernhardi Ursi frater 318. d. 11. th. 10.

Annatæ quæ dicantur, earumque origo 133. d. 5. th. 17.

Annatarum exigendarum variæ occasiones & προφάσεις ibid. & seq.

Annatæ ab Alberto II. Imper. vetitæ. 134. d. 5. th. 17.
Earum quantitas per Germaniam, Galliam & Angliam collecta 137. d. 5. th. 20.
Appanagium quid sit, & quibus detur. 355. d. 12. th. 17.
Appanagiatus, certam principatus portionem accipiens, in parte sua Collectionem indicere non potest. 356. ead. th.
Apocrisiarius quis? 53. d. 2. th. 8.
Ejus officium. 54. ead. th.
Appellatio Lutheri. 155. d. 6. th. 12.
Appellationis formula à Protestantibus Principibus post Protestationem edita. 171. d. 6. th. 24.
Appellatio Protestantium ab Actis Comitiorum Spirensium fuit justa. 178. d. 7. th. 4.
Appellatio quando & cui detur. Ibid.
Arbor excommunicata exaruit. 148. d. 6. th. 7.
Arbitri, in quos compromissum est, Archi-Episcopo Magdeburgensi Jura Electoris, ut Burggravii, impediente. 312. d. 11. th. 7.
Archicancellarii tres. 53. d. 2. th. 8.
Ejus numeri ratio. 55. ead. th. vid. Moguntinus.
Archicancellariatus à Carolo M. initium habet. 35. ead. th. vide Cancellarius.
Archi-Episcopus Elector creatus, quamvis nondum confirmatus, Electorio jure fruitur. 45. d. 2. th. 3.
ArchiEpiscopus ante impetrationem pallii nec Episcopos consecrare, nec concilium convocare potest, nec sortitur ante titulum ArchiEpiscopi. 130. d. 5. th. 14.
ArchiEpiscopi datione Pallii fiunt sedis Apostolicæ Legati. Ibid.
ArchiEpiscopi si simul sustineant personam Electorum suffragari & eligere possunt Imperatorem, licet non suscepto pallio. 131. Ibid.
ArchiEpiscopo Magdeburgensi à Burggravio Magdeb. ministerium non præstandum. 311. d. 11. th. 7.
ArchiEpiscopi Magdeb. jus quodnam. 315. d. 11. th. 9.
ArchiMareschalli voc. Etymologiam vide Mareschallus.
ArchiMareschallatus origo 81. d. 3. th. 11.
ArchiMareschallus in processione Imperiali præfert Imperatori Ensem. 82. Ibid.
Arelatensis Regni origo 55. 56. d. 2. th. 9.
Arelatense Regnum unde ita dictum 56. seq. d. 2. th. 9.
quas regiones comprehendat. Ibid.
fuit pars Regni Germanici, sed à Rudolpho Habspurgense Karolo siculo concessum, & juris Gallici factum Ibid. & 93. d. 4.
Arragoniæ situs. 18. d. 1. th. 15.
Arragoniæ Regum series. Ibid.
Arragoniæ Regi jus dicit Justitia Arragonica. 75. d. 3. th. 8.
Ascania Princeps vide Anhaltinus.

Au-

Augustana confessio composita 189. d. 7. th. 10.
Offertur Carolo V. & prælegitur. 191. th. 12.
Vertitur Italicè & Gallicè. Ibid. p. seq.
Latissimè propagatur 192. Ibid.
Circa eandem exhibitam triplices sententiæ. Ibid.
Aurea Bulla Caroli IV. 56. seq. d. 2. th. 9.
κατ' ἐξοχὴν *ita dicitur.* Ibid. Et 102. d. 14.
Eam perpetuò valituram & à se-se observandam Imperatores juramento confirmant 103. d. 4. th. 14.
Quomodo immutabilis dicatur ib.
potest abrogari Ibid.
vitiosè alicubi translata 79. d. 3. th. 10.
Ausschreibende Fürsten. 7. d. 1. th. 7.
Austregarum jus habentes, in prima instantia licet immediatè imperio subjecti, non conveniuntur. 366. d. 13. th. 6.
Austria feudum Imperii. 2. d. 1. th. 1.
olim orientalis Marchia dicta. Ib.
Ejus antiqua divisio. Ibid.
Austriacorum continua successio in Imperio non tollit libertatem Electionis. 111. d. 4. th. 24.
Austriaca domus in ducatu Würtenbergico nudam investituræ solennitatem & spem successionis habet. 290. d. 10. th. ult.
Quo fine titulum Ducis Würtenbergici sibi retinuerit. p. seq. ibid.

B.

Bajoariæ Dux ab Ottone III. ad Dapiferatum adhibitus. 66. d. 3. th. 2.
Et custos insignium Imperii. Ibid.
Retinet ipse insignia Imperii. Ibid.
Bambergensi Episcopo tenentur Electores ad officium per Subofficiarios præstandum ob quædam loca ad Electoratus pertinentia, ab Episcopo in feudum data. 83. seq. d. 3. th. ult.
Banni utriusque, quo Lutherus excommunicatus est, justitia, ad Leges & Canones examinata. 144. d. 6. th. 3. & seqq.
Banni ordinaria pœna nec Ecclesiasticis nec fœminis irrogatur 162. d. 6. th. 7.
Basileense concilium mederi debebat querelis super Pontificum tyrannide, &c. 123. d. 5. th. 6.
Begnadigung Kayser *Friderici III.* und Bestätigung dieser Begnadigung König *Maximiliani* dem Hauß Sachsen über die Fürstenthümer Gülich und Berg. 291. seq. d. 10. in fin.
Belgæ Germanis accensendi, fuerunt sub

sub Imperio, ejusdem feudum 93. d. 4. th. 8.

Belgium olim Galliæ pars, dein Germania inferior dicta 91. d. 4. th. 6.

Bellum Italicum Francisci Sfortiæ contra Galliæ Regem. 12. d. 1. th. 11.

Bellum Germanicum superioris seculi ex mutata religione ortum. 117. d. 5. th. 1.

Bellum sacrum indicendi potestatem sibi sumsit Papa. 136. d. 5. th. 18.

Belli gerendi jus competit Principibus Imperii suo auspicio & marte 250. d. 9. th. 13.

Belli jus est pars Superioritatis. 251.

Beneficia Imperii vacantia ad Imperium referenda ab Imperatore 110. d. 4. th. 23.

Beßkau & Storkau *sunt Dynastiæ* 248. d. 9. th. 12.

Olim non ad Electorem Saxoniæ sed Dominum de Biberstein spectabant. Ibid.

Bohemia an constituat peculiarem Imperii circulum 5. d. 1. th. 4.

Bohemiæ Rex inter Archiprincipes seculares est primus. 58. d. 2. th. 11.

& Elector. 59. ibid.

Minus rectè à quibusdam Jus eligendi de facto possidere, & paribus tantùm intercedere suffragiis dicitur. Ibid.

Est Teutonicus h. e. jus Teutonicorum Principum habet. 59. d. 2. th. 11.

Bohemiæ duces Torneamentis Germanicæ Nationis admissi. Ibid.

Bohemiæ Rex habet jus eligendi Imperatorem à seculo XI. huc usque continuatum 60. d. 2. th. 12.

non per A. B. demum acceptum. Ibid.

Cur ad Electionem aliquando non fuerit citatus Ibid.

Est Imperii civis & ex ordinib9 Ib.

Ejusdem, tanquam Pincernæ Imperatoris officium in celebratione Imperialis curiæ 61. d. 2. th. 13.

præcedit omnes alios Reges, etiam ipsam Augustam. Ibid. 107. d. 4. th. 14.

Majestas quomodo ei tribuatur. 61. d. 2. th. 13.

Potest crimen Majestatis in Imperatorem committere, inque Camerâ conveniri 62. d. 2. th. 13.

Eidem respectu Silesiæ jus dicit Judicium Vratislaviense 75. d. 3. th. 8.

Ratione Ducatus Glogoviensis Pares Curiæ Glogoviensis ei jus dicunt. Ibid.

Bohemiæ privilegia 62. d. 2. th. 14.

Brandeburgensis Marchio Archi-Camerarius habet votum in eligendo Imperatore sextum. 83. d. 3. th. 12.

Ejus officium in curia solenni. Ibid.

Brunsvigensis Ducis de Luthero commentum. 139. d. 5. th. 21.
Idem denegavit fidem publicam Electori Sax. Brunsvigam ituro 298. d. 11. th. 1.
Ejusdem deductionem dilatam Elector Saxon. pro negatione, Pacisque publicæ violatione accipiebat. 304. seq. d. 11. th. 4.
Idem An ad transitum præstandum Electori Sax. opus habuerit consulto Ferdinando 305. eâd. th.
Idem, non opus sibi fuisse transitum petere ab Electore excipit 308. th. 5.
Idem, an tantum juris in Brunsvigam habuerit, quantum Duces Luneburgenses. 344. seq. d. 12. th. 11.
Brunsviga diviso inter Magnum Sangerhusanum, & Ernestum Gottingensem territorio Brunsvicensi, pro indivisa retenta ibid.
Brunsvigenses Canonicatus, inter eosdem controversi 350. th. 14.
Brunsvigensis Ducis Transactio de Successione Primogeniti in Ducatu Brunsvigensi 351. d. 12. th. 15.
Brunsvigensis ager Cæsari permissus 358. th. 18. & 19.
Brunsvigensis Dux in agro Verdensi copias cogens Wolferbytum obsidione cingit & à Landgravio capitur. 359. ibid.
Cassellas ductus, custodia cum filio traditur. Ibid. th. 20.
Ejusdem cum Civitate Goslariâ controversia. 357. th. 18.
Idem Protestantium fœderis socius per ditionem suam profecturis fidem publicam non vult promittere. 171. d. 13. th. 11.
Burggravius unde dictus. 65. d. 3. th. 1.
Burggravii quinam olim dicti? 310. d. 11. th. 7.
Burggraviatus Magdeburgensis tandem ad Elect. Saxon. devolutus. Ibid.
an feudum sit dignitatis. Ibid.
Ejusdem dignitas unde probetur 314. d. 11. th. 7.
Ejusdem jura in quibus constiterint. Ibid. th. 8
Ejusdem insignia. 317. th. 9.
Burgundia juris Germanici. 3. d. 1. th. 2.
Burgundiæ Duces habent sessionem inter Principes Imperii. Ibid.

C.

Cajetanus de causa Lutheri non cognovit sed id egit semper, ut Palinodiam caneret, 153. d. 6. th. 12.
Camera Imperialis institutio à Maximiliano facta. 4. d. 1. th. 3.
Ejusdem institutæ Locus, Judex, qualis & à quo dandus, Assessores qui & quales 363. d. 13. th. 4.

Ejusdem Jurisdictio à quo & qualis. 364. d. 13. th. 5.
Ejusdem Assessores qualem habeant Jurisdictionem. Ibid.
Ejusdem Jurisdictio ad quas personas & causas pertineat. 366. seq. th. 6.
Ejusdem judiciale Collegium an recusare liceat. 371. & seqq.
Ejusdem Recusatio quomodo fieri debeat. 373.
Ejusdem cognitioni non omnes causæ subjectæ. 376. th. 15.
Camera Mindensem civitatem proscripsit. Ibid. th. 16.
Cancellarii unde dicti. 53. d. 2. th. 18.
Cancellariorum antiquitas. th. ead.
Cancellarii judicium 54. ead. th.
Cancellariorum officium. Ibid.
Eorum dignitas sub Imperatoribus Francicis. Ibid.
Cancellariatus per Diaconos interdum & Presbyteros administratus. Ibid.
C. Sacrosancta 2. dist. 22. Est supposititius. 121. d. 5. th. 4.
C. Tibi Domino 33. dist. 63. videtur esse Hildebrandi Papæ. 101. d. 4. th. 13.
Capitulationis ab antiquo in Imperio receptæ varia nomina. 95. seq. d. 4. th. 10.
Capitulatio male comparatur cum L. Romanorum Regiâ. 96. d. 4. th. 10.
Capitulationis formula perpetua, facienda ab Ordinibus universis. 106. d. 4. th. 17.
Capitulatio an lex an conventio sit 114. d. 4. th. 27.
Non est lex. 115. ead. th.
Sed conventio. 116. th. ult.
Quomodo obliget. Ibid.
Non derogat summitati sed plenitudini Imperii. Ibid.
Caraffæ de Luthero figmentum. 138. d. 5. th. 21.
Carolus Audax Dux Burgundiæ apud Nancejum interfectus p. 2. d. 1. th. 2.
Caroli IV. Imperatoris literæ, confirmantes omnia privilegia &c. ordini Teutonico concessa. 36. in fin. d. 1.
Carolus V. natus. 19. d. 1. th. 15.
Eidem Minorenni Claudia despondetur. Ibid.
fit avi materni heres potentissimus. Ibid.
Imperator eligitur. 90. 91. 92.
Fuit Germanus. 91. d. 4. th. 6.
Ejusdem capitulatio. 96. d. 4. th. 11. seqq.
Carolus M. cum Imperator eligeretur, Rex Galliæ fuit. 90. d. 4. th. 5.
Carolus VIII. Pacificationem à Patre initam violat & Margaritam Maximiliani filiam repudiat. 3. d. 1. th. 2.
Repudii illius prætextus. Ibid.

Idem Regnum Neapolitanum invadens rursus ejicitur. 8. d. 1. th. 8.
Causa invasionis, prætensio in Regnum Neapolitanum. Ibid.
Caroli Imperatoris, accusantis perfidiam Francisci I. Regis G. orationis summa. 15. 16. d. 1. th. 14.
Casimirus Marchio Brandeburgensis sancit, quid in suo territorio circa Religionem servandum. 169. d. 6. th. 23.
Causæ quæ Lutheri zelum contra Ecclesiam Romanam excitarunt. 138. d. 5. th. 21.
Causæ recusati à Protestantibus concilii Mantuani. 215. seq. d. 8. th. 17.
Causæ suscipiendi belli quatuor. 253. d. 9. th. 15.
Causæ ad statum Reipubl. pertinentes, ex antiquo Germanorum more in comitiis tractatæ. 362. d. 13. th. 3.
Centgravius unde dictus. 65. d. 3. th. 1.
Christina Johannis R. Daniæ conjux à Svecis capta. p. 26. d. 1. th. 19.
